10 cōd.& dem.quibus.§.fin. Tertio† casu, cùm tacuit, habetur pro consentiente quia suum officium est non tacere. C. ad velle. si fine. debuit ergo resistere transigenti. C. de appel. quoniam non quòd per eum non stetit: quia illud habet locum in conditionibus potestatiuis: secus in casualibus qualis ista propter dubium litis euentum. vt præ.l.quòd debetur. sed ostensa causæ iustitia præsumatur pro victoria: vt dixi. habet fortè plus coloris, quam saporis ista distinctio quæ vult consensum vel taciturnitatem nocere in actu: qui tamen per consentientem vel tacentem prohiberi vel impediri non poterat: & ad quam ipsius consensus non erat necessarius. & in casu medio non vult conditionem solã sufficere. Et si ad primum alleges decre. ex literis. de transact. respondet, quòd ibi de iure aduocati in re, de qua transactum erat, hîc extra rem scilicet. in palmario: quod de tertio membro dicitur, quòd officium aduocati est, non tacere, fateor: cùm de iure partis in iudicijs tractatur: quia ad hoc assumptus est sed si extra iudicium transigitur, quid ad eum. l.si fine. Non obstat, quia ex taciturnitate aduocati nulla fraus probatur transigenti cum clientulo, ibi. parabatur contrahentis, cum marito mulieris tacentis. Item negari posset casualis illa conditio, quam labore & voluntate aduocati oportet impleri. nec valent differentiæ quòd dubius sit litis euentus: quia etiam in potestatiuis de facto semper inest dubium, cùm non sint in homine. viæ eius. Io.x. in fine &.xlvij.distin.§.necesse. in fin. Quare, quod prius dictum est, videtur tenendum, quòd facilius concedetur, si formetur casus in clientulo, qui noluit in lite procedere. Dicebat autem Ioan. de Deo. in suo ordine iudiciorum, li.iiij.post princ. cuius dictum ponit Gul. in spe. præ.§.versi.& non generaliter quod aduocatus salarium promissum habebit, etiam si non procedat, ex quo non stat per

eum:sed per clientulum. ff.loca.qui operas sed talis est casus quæstionis transigens enim pius procedere noluit.
11 Item ille† vicisse videtur, cuius desiderium est impletum.ar.ff.qui satisd.cog.l.j.Quarta quæstio satis per prædicta dici potest expedita arguebat enim dama.salarium totum deberi, cùm non stet per aduocatum. per præ.l.qui operas &. ff.de var.& exor.cog.l.j.§.penulti.C.de conditio. ob tur. causam. l. pecuniam à te.In contrarium hîc regula cum concor. & regula, cùm quis in ius.eo.tit.cum concor.Item, quia † fortuitus casus
12 semper nocet locatori, ergo aduocato locanti operas. ff. loca.ex conducto &.l.se.Item, aduocatus certat de lucro captando:hæres de damno vitando quare fauorabilior est.C.de codicil.l.vlti.Soluit, quòd ad totum salarium teneatur hęres.ff.loca.sed addes.§.vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Cui licet quod est maius, vtique quod est minus.*

2 *Episcopus, statutum à se conditum, an possit in partem tollere, vel in aliquo contrauenire, sine pœna. Et an quis ligetur proprio statuto: maximè maior. nu.3. & .5. 11. Et quid de pari. nu.12.*

4 *Statuta communia vel singularia an ligent subditos tantùm.*

6 *Absolutio fauorabilior est, quàm condemnatio.*

7 *Expressè quod non possum, an possim tacitè, Et quod non specialiter, an generaliter.*

8 *Episcopus cùm non sit prouinciæ ordinarius, an ligetur suo statuto,*

9 *Episcopus an ligetur, facto damnato. Et quid de archiepiscopo. numero. 10. Et quid de papa, an ligetur suo canone.*

11 *Sermo generalis an personam loquentem includat.*

14 *Episcopus & archiepiscopus ratione delicti perdunt priuilegium.*

15 *Episcopus an habeat iurisdictionem in diœcesi sui suffraganei: aut in quibus casibus.*

16 *Episcopus & archiepiscopus an excusentur à statuto à se condito. & nu.25. An itidem & Papa. Et quid si ligetur papa, an etiam ligentur ipsi in participatione criminis.*

17 *Ius vnius ex socijs in eadem causa, an conferat consocijs. Et idem iudicium de priuilegio. & nu.19.*

18 *Augusta an participet priuilegium principis, qui solutus est legibus.*

20 *Prohibitum habetur pro permisso, in inseparabilibus.*

21 *Loci identitas facit, vt limitatio vnius ad fratres vterinos extendatur.*

22 *Socij vnius delictum, an noceat consocijs.*

23 *Si stipulor à Titio & pupillo, vel à Titio et seruo, constituendo ipsos quasi duos reos stipulandi, solus Titius obligatur.*

24 *Seruus partim, & partim liber quis esse non potest.*

REGVLA LII.



QVI LICET. Io.mo.dicit ponderandum exemplum per l.instit.manda.§.is qui exequitur, si mandaui fundum enim pro centũ, mãdasse videor quod ematur pro minori, haberi si potest remittit ad regulam, plus semper. Prima glo.dicit vnde sumpta, & ponit exempla. secundò gloss. ponit brocarda.

brocarda.iij.successiuè signat.vij.contraria & soluit vel remittit. iiij. signat contrarium ad negatiuam. ¶In glos.j.ibi:marcellus hic lex exemplificat,quod prædixit glos.in fili.famil. milite.idem.l.filius.in fin.quæ sequitur. & ibi tam his filiusfami. etiam patre nolente non testatur:potest tamen nolente eo donare causa mortis.¶In glos.j.ibi:cum his.Dyuus ponit exemplum † in parte,cui licet occidere adulterum inuentum cum filia multò magis contumelijs afficere.ff.de adulterio.nec in ea.§.ius occidendi. ¶Item,iudex potest deferre actori iuramentum in litem: quod est plus,poterit ergo taxationem iuris iuran. adijcere, quod est minus.ff.de iureiuran.videamus.§.penul. significat ipse duo contraria. primum de præside quòd habet ius gladij, quod est maius. & non deportat, quod est minus.primum patet.ff.de offic.præsi.l.illicitas.§.vniuersas secundum.ff. deleg.iij.l.j.§.hi quibus respondet illud procedere, quando præses non habet insulas sibi subiectas: aliàs secus.ff.de inter.& rel.l.relegatorum. circa princip.& no.cod.tit.inter pœnas fatetur, quòd quidam aliter dicunt:& textus & gloss. quas allegat concedunt,quòd relegare.etiam potest si insulam.habet sed non deportare secundum docto.l.fina.C.de præ di.cur.vt curialis donare potest predia quòd est plus& nō vendere quòd est minus.C.de contrario iudi.l.j.respondet, quòd facilius responderet propter precium habēdum.quod est causa prohibitionis,quæ cessat in donatione. & ibi cùm quæritur eadem

1

responsio ad.l.in causæ.ff.de procurver. licet procuratorem.in totum reuocare, non in parte:secundum Dy.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem de de episcopo faciente contra statutum † suum,quòd non incidat in eius pœnam.cùm enim possit in totum illud tollere, fortius licet ei contra facere sine pœna, vel in parte tollere & sic tenui in quæstione quam disputaui quam trimembrem hic integraliter inseram.& est talis.Bonon. episcopi statutum excommunicat ludentes ad azardum.ludit hic ipse episcopus,vel eius metropolitanus cum Titio. de prædictis tribus statutis conscijs quæritur,an sint excommunicati:& scien dum,quòd Dama.disputauit primum membrum scilicet. de episcopo, & Octanaretus de florentia. Ego non miscendo prima duo dubia,allegabo. vj.ad negatiuam subdens opiniones pro hac parte, quam soluendo teneo.Secundò tria faciam: ponam primò opiniones contrarias:& ipsas rationes infringam. Tertiò respondebo.& ad vj.alias rationes.Quartò,explicabo & improbabo dictum Octanareti.Primò autem allegat Dama. quòd quæstio fatua videtur:cùm certum sit quòd nullus potest sibi imperare.ff.de arbi.l.pe.& debet esse personalis distinctio inter iudicatum & iudicantem. iiij.q.iiij.nullus.Item, par non ligat parem. ergo nec seipsum de elect.innotuit cum concor.secundum Da.adiuuantur hic per illa vulgaria,quòd nemo in sua causa &c.C. ne quis in sua causa. per totum.ff.de iur.om.iud.qui iurisdictionem,& per

2

ea,quæ de correla:iuis no.de institu.
3 c.fina.¶ Ad † hanc partem,quòd statutum non liget maiorem:inducitur. xxj.distinctio.inferior. ff.de minoribus. l.minor autem. facit clementi. de electio.ne Romani. in principio. De seipso & de pari probatur. ff. ad Trebellia. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. de donatio. inter virum & vxorem.l.quod autem. §. vxori. de pari & maiori probatur. ff.de arbi.l. iij.&.iiij.Inducit ergo capitulum inferior illud verbum. Esa. x.nunquid gloriatur securis &c.quod etiam habetur.xxiij.quæstio.v.§.fin.post princip. quòd pro episcopo sic inducitur: statutum, est instrumentum securis, vel sæna episcopi,non ergo &c. pro archiepiscopo sic:episcopus est instrumentum securis.& sæna metropolitano ab eo scilicet. productum per confirmationem,& consecrationem,
4 non ergo &c.Secundò,ad† vltimum casum inducitur,quòd statuta communia vel singularia ligant subditos tãtùm de pœ.& re.c.quod autem. de senten.excom.à nobis.eodem.titu. c.romana.§.j.suprà eo.li.&.ff.ad trebel.omnibus ciuitatibus. C. de sum. trini.l.j.in princ.de iusti.Co.compo. l.j.ad finem de iud.rem non nouam. post princip.de incestis nup.l.fina.de colo.pale.l.vnica.libro xj.Cum ergo præ.decre.à nobis. negatiuè loquatur, quòd non nisi subditi tantùm.& decre.romana.quòd subditi tantùm. & hoc sapit negatiuã.de cã pos.c.cum ecclesia. restat quòd par vel maior non ligatur.Tertio sic constat quòd omnis delinquens habet iudicem.ad Roma.xiij.de sensi.c.ij.quòd si alius iudicat facit iniuriam proprio iudici, siue ille sit dominus,vt in occultis.ij. q.j.nomen. siue persona vt in exemptis & appellantibus.xvj.q.j.frater.de ap.de priore vel patriarcha, archiepiscopo vel episcopo.vj.qõ.iij.ca.j.ij. &.iij.&.xj.q.j.peruenit. vel inferior. de appel.dilectis.de ver.si.ex parte.j. Sed constat quòd episcopus est subditus metropolit. & metropolitani patriarchæ vel papæ: iniuriam ergo
5 †faceret episcopo metropolita.iudicando seipsum.& patriarchæ vel papæ,iudicando metropolita. Constitutio ergo generaliter formata sic intelligatur, quòd non includat hunc casum illicitum. de verborum si. ex parte.iur.de iureiur.c.j.suprà eod.li. præcipuè quia statuta sunt stricti iur.probatur.de iusiurã.l.in nostra.& dixi de hoc plenius super regula pro possessore.eod.titu.ita quòd non includunt etiam id,quod propria verbi significatio posset includere:ex quo non est verisimile,statuentem id intellexisse:vt ibi sed hîc non est verisimile statuentem se vel superiorem ligare voluisse ergo.&c.hîc eo.tit.in generali cum concor.&leges communes singulares & priuatas interpretamur secundum intentionem edentium.xj.q.j.§.his de ver.sig.ex parte &.c.dilecto.C.de lega.l.j.& fi.Quar-
6 tò † sic fauorabilior est absolutio, quàm condemnatio:siue tractetur de facienda,siue de iam facta.Ad primũ. xxvj.q.vij.alligant.de proba.c.ex literis.ff.de ac.& obli.articulo.iij.Adsecundum de re iud.c.fi.ff.eo.titu.inter pares vel saltem inter hæc duo sit paritas, de pœ.distinct.j.verbum.sed

constat

constat,quòd episcopus se vel superiorem nō posset absoluere : vt præalle.c.quòd autē de pœnis. ergo nec ligare.vnde notauit Vincē.eo.ti.cum ex eo.& Guil.in Spe.eo.titu. ad fi.archid.c.fi.eo.titul. hoc ea l. quòd dans indulgentiam vel remissionem , illa vti nō potest:& cùm illa habet vim & perpetuitatem statuti:vt no.de of. le.c.vltim.fortificatur hoc.quia legatus de latere absoluit non subditos: quos tamen ligare non posset.de off. leg.c.penul.Quintò † sic regulariter.
7 quod nō possum expresse nec tacitè. de præben.dilecto. & quòd non possum specialialiter:nec generaliter:de deci.tua.sed si episcop[9] specialiter & expresſè statueret de seipso, vel superiore,constitutio patenter esset iniqua,per prius alle .& sic non valeret. iiij. di.eccle. autem. & dicenda esset institutio.de re.ecc.non ali.c.fin.quia patens error faceret illam nullā.ij.q. vj. §. diffinitiua post prin.de re iudi. cū inter.C.quando prouo.non est ne. l.ij.Vltimo specialiter pro episcopo. inducitur,ꝙ persona loquens.&c. de iurejur.petitio.cum concor.

8 ¶Ad hanc partem sunt † opiniones Lau. enim de archiepiscopo tenet ꝙ non ligetur : quia non est ordinarius prouinciæ.ix.q.iij.c.ij.& hæc ratio cō cludit idē,& fortius in episcopo. vbi prouinciales tenet hanc partē de archiepiscopo per decre.graue.de præbē.de sen.excō.à nobis.in authen. de defen.ciui.§.non habente.Host. etiā in sum.de sen.excō.§.quis valeat excōicari.post prin. Dicit certo certius hoc tenendū, ꝙ superiorē nō ligat,sicut nec proferentē.Et soluēdo dico, quòd horum dictum placet iuribus & rationibus antè dictis.Sed damac. questionem de episcopo non soluit, sed disputationi reliquit.¶Quid dixerit octa.dicam in fi.Quia vero huius disputationis potissimum est illa.
9 † soluere , per que contraria fulcitur opinio, vt illam primò videamus,est sciendum,ꝙ de archiepiscopo. Hug. igitur tenuit contrarium:vt no.iij.q. vj.cum allegat,quòd incidit in factū damnatum. xxiiij. q. j.c. j.ij. & iij. ad quæ iura respondeo , quòd loquitur de facto damnato per ius cōmune.s. hæresi , & sic non probant non subditum ligari facto damnato per singulare statutum. illud tenet etiam Bartol. brix.per l.iij.ff.de offic.præ.l. quæ lex.dicit,quòd præses prouinciā suam purgare debet malis hominibus. nec distinguit vnde sint. sed lex illa licet excludat distinctionem loci : non tamen excludit distinctionem identitatis vel præsiden.de quibus loquitur. Hu. videtur etiā idem velle de episcopo per id,quod not.de successore. lxiij. di. Adrianus enim. vbi tenet,quòd licet canon episcopi non liget successorem , ligatur tamen quia se inuoluit in factum dam natum , per iura prius alleg. quibus iam est responsum.

10 ¶Archidia. † in decre.ij.de constitu. s. eo.lib.tenet idem de vtroque: scilicet , de episcopo & archiepiscopo. Cùm enim authoritate papæ vel canonis episcopo faciet statutum:ergo ligatur authoritate papæ dicens, ꝙ efficaciter facit.xj.q.iij.nemo condēnat ꝙ causa,si sic simpliciter recipiatur,vt inducitur , triplex insurget

absurdum. Primum, quòd cùm in authoritate papæ vel canonis episcopus ferat sententiam, non per modũ statuti: ergo etiam per illam ligatur. quod ipse & omnes negant secundũ quòd illa ratio concludit papam ligari suo canone: quasi ligetur à Christo cuius authoritate facit canonem: vt in prin. c. nemo. & hoc vt no. xciij. di. si inimicus. de senten. ex. nulli.

¶ Quintum, quia etiam sequeretur omnem prælatũ etiam non subditos ligare posse, cùm omnes sint subditi Christo & papę: cuius authoritate ligat. ponderetur ergo textus illius. c. qui sic iacet: nemo condemnat vincula ecclesiastica. præsupponit ergo, quòd vinculatum, quod non potest quis non subditum, vt probatum est sequitur. non enim homo est, qui ligat: sed Christus qui hanc potestatẽ dedit. Fateor ergo, quòd subditus vinculatus à prælato, vinculatus dicitur à Christo, qui clauium potestatem illi dedit. Mat. xvj. Io. vltimo. virtutem ergo vinculi exprimit & fortificat
11 ille canon: sed potestatem † vinculandi non ampliat. & sic pateat, quòd non sic efficaciter facit, vt dicebabatur. imò nil facit ad casus Petri de bello, & sequitur horum opinionem tenens de episcopo, quòd ligetur. hoc not. C. de sacrosan. eccle. authen. quibuscunque. & ibi Cynus ponit eius, rationem: quia statuendo gerit personam publicam, derelinquẽdo priuatam. & hoc ideò concludit idem in archiepiscopo. alle. ff. de admi. tu. cum hæreditas. ff. de pac. cùm in eo esset, illa iur. probant quòd in generali sermone persona loquẽs includitur. vnde si tutori vel pupillo tum expediret adire cum creditoribus hæreditatis pactum fecit de certa quota. sic ipse etiã creditor illa quota dicit esse contentus Ad leges. j. respondebo in primo commento. ad idem dico, quòd tollitur, præalleg. §. tempestiuum alle. in prin. constat. ij. quòd cõsul vel præsul institutus hęres, ne restituat, in adeunde gerit partem priuatam: & tamen à seipso vel alio consule vel pretore non cogitur, qui tamen in cogendo gerunt partem publicam: eodem modo tollitur per præall. leges iij. & iiij. de arbitris. Item, tollitur hic ratio, quia concludit etiam principem ligari lege sua, quam statuit vt princeps: & delinquit, vt priuatus: & argumenta ergo de tanquàm improprietatẽ habent quę excusanda est, non sequenda. & dicamus quòd l. si plures. ff. de pact. quòd difficilius est, quã gerere vices duorum. & hoc maximè in casu nostro, quo impossibile est statutũ fieri per dignitatem sepositam à patria. Item, ipse idem Pet. l. cùm ipse. de contrahen. empt. non audet asserere quòd possit se absoluere: & tamen illa ratio viget in absoluendo, sicut in ligando ¶ Fateamur ergo, quòd, cùm statutum episcopi totum pẽdeat à potestate episcopi, ita quòd illud tollere potest. xij. q. j. certè & hic nullus negat: licet aliàs dicatur ius facere, cùm est ius episcopi: vt ex denominatione. patet ergo, quòd nec ipsum nec superiorem ipsius ligare poterit coram quo etiam sine ipsius iussu non posset benedicere. xxj. di. deniq;. Solutio. rationibus, & iuribus

&c iuribus inductis per eos,qui tenebant opi. contrariam inducam aliâs rationes,& iura:quibus illa opin. fulciri videtur illis singulariter Respondẽdo & inducebat.Dama. illud quod quisque iur.&c. ff.quod quisque iur. l.j.de mu.pe.c.j.&.ij. eo.titu. cũ omnes.quod locum habet in statuto, vt ibi.& in prin.dictæ l.& in sententia. vt in fi.dictę l.sed non ratione differetur vti eodem iur.si non incideret in sentẽtiam,sicut subditi : ergo &c. Secundum Dama. ad hoc Respond.
12 iur.ista non probant,quòd ipso.† facto vel inre episcopo ligetur sua lege,vel iure, quòd aliâs dixi. sed loquuntur de pœna per iudicem inferenda iustè.ergo arbitratur archiepiscopo episcopum puniendum illa pœna pro ludo, qua sua l.punit subditos.& sic ad tempus priuabit illum communione hominum & sacramẽtorum:quod facit excommunicatio. Et facit quod dicetur.j.eo.in pe.Per eundem modum Respõde ad l. suprà alle.per pe.no.ij. ipso facto pactum tutoris cùm creditoribus factum dimittit creditum tutoris,sed prouidebitur ministerio iudicis : vt ea parte sit contentus.nos autem in quæstione loquimur de vinculo iur. sine de ministerio iudicis.Secundò , sic constat episcopum posse facere statutum.iij.q.iiij. nullus de condi. in c.j. de ma. & obe. si quis venerit. de loca.c.ij.de sent. excommu.à nobis.eo. tit.c.ij.§.eo.li.sicut authen.ius generale ligat totum , sic vt particulare ligat partem : quia quod iur. in toto quo ad totum , &c. ix.q. iij. cùm scimus.de off.dele. pastoralis. §. j. ff. de rei.ven.l. quæ de tota. Cùm ergo in suo territorio istud factũ sit damnatum,ergo &c.xxiiij.q.j.c.j.ad conclusionem.responsum est.§.prius dicta fateor , quo ad subditos &. legales ibi. Tertiò quandoque sic ligat quis maiorem.ad Gala.j.xxiiij.q.j. §. sed qui.xj. q. iij. si is. solue. vt ibi. & xl.di. si papa & ibi soluuntur. Item
13 †parem.xij.quæstio.ij.non liceat papæ.ibi soluit seipsum. xxj. di.nũc autem ibi soluitur.de pœ.distin.j. multiplex ibi proprio iudicio condemnãtes.sequitur.C.de sum.tri.claras. ver. hinc confessionem. C. de fideic. l. j. in fi. impropriè loquuntur : vt in eis no.Item arctat quis seipsum suprà de elec. cùm in veteri. in fin. ff. si quis cau. l. ij.§.si quis.cum concor. etiam iudex de off.dele.consuluit in fin.

¶ Solutio. ibi arctatio fit , quam possent tollere principes: non verbi , vel leg.datæ : vt not. præal.l.penul. ff.de arbi. Quarto sic cõstitutio ista est de re licita & à iure prohibita.xxxv. d. ca.j de vi.& ho.cleri.cap.clerici. de exces. præ. inter dilectos. C. de epi..& cleri. inter dilectos dicimus. & de reli. & sump. fu. quando alearum est , ergo iur.communis executiua per pœnam , quòd potest episcopus : vt scripsi de offi. archipres. cap.fin.sicut ergo.cùm papa . inchoat gratiam & successor exequitur ecclesia per prædecessorem grauata censetur. de rescrip. li-
14 teris.Ita hic†episcopus vel archiepiscopus à iur.cõi,tamẽ executiõe statuti ligati dicantur,vt sic iur.accessorij liget q principaliter id non posset.de of. dele.si super.§.e.li.Solutio.vt dixi in quæstione

in quæſtione primo.rerum ad finem
nec valet,ſi dicas quòd ſaltem ratio-
ne delicti perdat priuilegium.in au-
then.de man.prin.§.quòd ſi. C.vbi ſe
na.vel cla.l.j.iura nouiſsima. collegi
vide de ſepul.dudum.poſt prin. quia
illud fateor, quoad ius,quo aliâs li-
gari poterant.nec valet,ſi dicis quòd
tuſe debent oſtendere,quomodo alij
debeant in eccleſia conuerſari. fa-
teor ne,ſed homo non concludit eos
per hoc ligari ad pœnā,de qua quæ-
ritur:licet ligentur ad culpam,& pœ
nam iur.cōmunis.Item fateor, quòd
quilibet ſe poteſt iurando ligare ad
periurium.& ſic ſoluitur de iureiur.
c.j.ſ.e.li.vbi prælati ſeculares & ec-
cleſiaſtici ſe ligant per iuramentum
ad ſtatuta ſeruanda. Quintò,contra
epiſcopum ſpecialiter inducitur:quia
aut dicis non ligari. & tunc oportet
fateri id ſpeciale in principe. C. de
legi.digna.fin.eo.titul.princeps ergo
eius contrarium in alijs regulare, vt
ligentur lege, quam dant alijs fa-
cit de præben.pro illorum.C.ſi.man.
ita.tu.al.ne proſti.l.j.& facit, quod
dicitur perſonam loquentem inclu-
dit in ſermone generali.ff.de pigno.
Paulus.in fin.cum ſimi. Solutio.Fa-
teor principem non ligari commu-
ni lege,& hoc ſpeciale in ipſo: quia
ſibijpſi non ſubeſt, ſed alij ſibi ſub-
ſunt:ſed ratio communis eſt omni-
bus, qui non ligantur lege ſua vel
minorum. & ſicut princeps ligatur
lege maiori. l.canonæ. de elec. fun-
damenta. §. vt ergo. de re iudi. ad
apoſtolicæ.verſic.perpetrauit.ſ. e. li.
facit.cle.de pœ.iud.paſtoralis.ad fin.
ſic & alijs ligantur. legibus maio-
rum.papa verò loquens, non inclu-
ditur:quia ex hoc ſequeretur abſur-
ditas de qua dictum eſt in prin. Vl-
15 timo ſpecialiter † contra epiſcopum
inducitur, quòd non habet iuriſdi-
ctionem in diœceſi ſuffraganei, ni-
ſi in certis caſibus.not.de off. or. pa-
ſtoralis. de quibus iſte non eſt. er-
go ligabitur ſtatuto loci.Solutio ne
gari non poteſt, quin archiepiſco-
pus in diœceſi ſuffraganei habeat
ordinariam metropoliticam.Et ſi di-
cis illam reſtringi ad certos caſus,
fateor, quoad ſubditos epiſcopi: ſed
quoad ipſum epiſcopum, non: qui
ſic immediatè ſibi ſubeſt, vt cleri-
cus epiſcopo. ratione ergo iſtius im-
mediatæ iuriſdictionis illius ſtatu-
to ligare non poterit. ¶ Expeditis
his duobus caſibus, quia vt prædi-
xi. Octanarius diſputauit primum
membrum. ſolutionem ipſius licet
ridiculoſam,hîc inſero: qui dixit,ꝙ
Ray.& Goffr. in ſum. de ſenten. ex-
communica.fuerant in quæſtione cō
trarij:quia Ray. dicit. quòd non ſua
ſed iur. ſententia ligabatur. Goffr.
quod ſua ſententia ligatus erat. &
dixit, quòd moderni tenebant cum
Ray.Sed bene,in decr.ſtatuimus. In-
nocen.de ſenten. excommu. quòd in
dubijs.ar.eo.ti.c.ij.ſuprà.eo.lib.demū
ſoluit,quòd ſi nō epiſcopus ludit, li-
gatur duplici ſententia.ſ. epiſcopi &
iur.ſi ludit epiſcopus,tunc nō ſua,ſed
iuris & papę ligatur ſentētia occaſio
ne ſuæ conſtitutionis:ſed non per il-
lam inducens notata per Ho.in ſum.
de ſenten.excom.§.ſi.ver.quid ſi epi
ſcopus aliquid & verſicul. ſe ma-
lè induxit opini. prædictas, quòd
declaremus:

declaremus:quia facit ad infrà dicenda.Ray.in summa, de sen.ex.ad finẽ. vers.ꝙ si episcopus tenet,ꝙ bene ligatur episcopus participans excommunicato per se:quia nõ sua,sed iur. est sententia. Idem,si in crimine:per dec.nuper. de sen. ex. Idem dixit,sed in hoc malè,si excommunicauit cùm fautoribus.& ipse posteà faueat.secus si dicit ,& bene si prius fuisset : quia tunc sua est sententia. Gof. in sum. ipsius.tit. vltima charta.versi.quid si episcopus.& versi.seq.tenet ꝙ incurrit minorem.maiorem,non si cõmunicat in crimine : cùm illa sit hominis,Vel si communicat excommunicato per se cùm participibus:quia illa est sua vis.in dec.statuimus.de sen. excõ.eo.li. vt ibi notaui tenet, quòd non ligatur maiori communicans in crimine,cùm illa sit sua sentẽtia.Inno.in dec. ꝙ in dubijs dicit,quòd excommunicator participans à can. ligatur:sed sua non. vnde si excommunicauit aliquẽ cùm his,qui dederunt auxilium, licet ipse fuerit de illis,nõ ligatur.Ho.in prælleg.c. dicit,quòd si communicat extrà crimen, ligatur vt alius. Idem si in crimine , cùm sit canonis, sed si communicat cùm participibus , & participat in crimine, ipse vna: alij duabus ligantur.ex his patet opiniones istas fuisse inductas

16 malè per ipm Octa.¶ Veniamus† ad aliud,in quo duo sunt dubia an. s.ex quo excusantur episcopus & archiepiscopus,excusetur & papa:an verò ipso prædicto ligato, etiam prædicti ligentur in participatione criminis. Quòd non ligetur, probabo par. vj. rationes mei iur.& totidem iur.ciuilis.Secundò,ad contrarium.vj. inducam.Tertiò soluam,& contratijs respondebo.Pro Titio facit, de priuil. suprà eod. titu. cùm interdictum diuinorum datum singulari personæ respicit familiam. Sic datum episcopo vel archiepiscopo conttà interdictum ludi, respiciat collusorẽ. Vnde videmus, quòd olim antè dec.fin.de sen.excõ.suprà.e.li.tempore interdicti , quilibet poterat dicere horas suas:& tamẽ cùm socio suo vel duobus. de pe. & re.quòd in te.Sic & nihil interdicto ludi possit exemptus id cùm socio.Secundò, inducitur, de tempore ordi.cùm nullus.in fine.suprà.e.li.ver. episcopus beneficij sicut potest ordinare priorem diœce. suæ: sic & ipsius socium, quandiu manet socius. sicut ergo ibi quid iuris de priore,& socio: sic & hîc idem iuris, de lusore, & de socio. Tertiò,sit ex

17 pluribus † condemnatis vna sententia in causa communi,si vnus appellat,victoria ipsius prodest socijs.ij. quæst.vj.quandoq; dama. c.penul.C. si vnus ex pluribus.l.j. &.ij. ergo victoria episcopi contrà statutum,prodest socio collusori , vnico ludo & vnico tabellario. Quartò inducitur. l.si communem.ff.quemadmodũ seruitus amit. &.l.petentes.C. de re.mi. necesse.& quòd no. de iur.pastoralis capit.vno.suprà.e.l i. & quòd ibi addere soleo.post Gof & Dec.authoritate de conces. præ.e.li.cùm concor. vlt.glo.per quæ patet,quòd in re indiuidua, qualis videtur ludus, priuilegium pupilli transeat ad socium, dilatio reo data prodest actori, &ꝙ sequitur quis ex alterius persona, quòd

quòd ex sua non potest. Quintò inducitur ad idem dec. vnica.de sta.re. suprà.e.li. & hoc dupliciter. Primò, quia moniales nō debent exire clausuram.Secūdò, quia nullus debet illam ingredi. & tamen si abbatissa pro iuramento feudi præstando necesse habet exire, sine transgressione exibunt & socie. vt ibi. in. §. verum. Item, si visitator habet intrare intrabunt & socij: vt in cle. eod. titu. attendentes. ad finem. Sextò, si constat quòd ex societate quis pœnam incurrit,patet de pœ.felicis:post princip.& in cle.eod.titu.si quis Deo dante.sicut ergo pœnam sentit:sic & sentiat commodum. infià eod. titu. quis sentit cùm concor. ad hoc dec. quàm sit tibi tuisque socijs.de voto. magnæ.pro te tuisque famulis. Item æquum est hunc socium excusari, qui maiorem sequebatur errorem.de
18 transla.ca.ij.ad finem.¶De iure†ciuili principaliter allegatur. & sic princeps solutus est legibus, & licet Augusta soluta non sit, participat tamē priuilegiū principis.de leg.l.princeps. sicut ergo societas cōiugij, de qua.xxvij.quæst.ij.cùm societas eximit Augustam sic societas. ludi eximat Titium.Solutio. Si legata†sit li
19 beratio duobus reis permittendi, & alter sit capax: & alter non.& sint socij propter capacem capit non capax.ff.de li.l.si is,qui duos. & consocius absentis causa reipublicæ. propter illum gaudet priuilegio. ff. ex quibus causis ma. abesse. ad fin.ergo societas capacis transfertur ad non capacem.ita & hic. Tertiò,sic:si duo emunt illum simul, qui ad pretium participandum se vendi permittit,& alter sciens est, & alter ignorans:propter ignorātē qui nō deliquit.c.sciēs, qui deliquit.ff.de li.cau.l.liberos.§.si duo.secundū vnā lect.ad id, eod.tit.l. duobus cui.cōcor.de clan.despō.cùm inhibitio. qui filij. sint le. ex tenore. Quartò sic: si propter inseparabili-
20 tatem †prohibitum habetur pro permisso. ff. de donatio. inter virum & vxorem.si sponsus. §. generaliter. & subuenitur propter illud, vbi nō versatur delictum, etiam vbi versatur. ff.de statu.homi,imperator.ff.de pœ. prægnantis. Quintò sic: ludi identi-
21 tas facit,quòd†limitatio vnius ad fratres vterinos extenditur: in authē. vt li.ma.& aui.§.ad hoc.colla.viij.sic dicam,quòd identitas ludi vnius legitimitatem vel identitatem ad socios transfert.Specialiter pro ludente cum episcopo inducitur. ff. ad.l. iul. de arbi.l. vna. vbi si prohibitum lege dari: datur conditori legis,cessat pœna. ad contrarium allegatur, quòd ratione impossibilis separationis vtile vitiatur per inutile: vt probatur de re iudi. ad probandum. de offi.deleg.cùm super.ff. de aqua quo. & esti.l.prima.§.item quæritur.& de hoc.infrà.e.vtile.e.li. Item delictum
22 †vnius sociorum, nocet alteri.vnde si duo erant correi stipulandi,& debitor vni sub pœna promisit sistere, & per alterum sociorum stetit,quominus sisteret: etiam aduersus alterum danda est exceptio. ff. si quis cau. si duo. & facit. ff. si duo & sæpe videmus, quòd duobus coniunctis,quorum alterum prodest, alterum nocet,inspicimus quòd nocet.ff.ex quibus

bus cauſ. in poſſeſ. ea. Fulcinius. §. quid ſit. Item nil impedit Tirium ligari, quanuis epiſcopus vel archiepiſcopus nō ligetur. vnde dixit lex, quòd is, qui filio ſeruo, vel furtum facientibus opem fert, tenetur furti: quanuis illi actione furti non conueniantur. ff. de furt. qui ſeruo. §. item placuit. &. l. ſi quis vxori. circa princi.
23 Ad idem † vides, quòd pupillus ſine tutoris authoritate ciuiliter nō obligatur, niſi inquantum locupletior factus eſt. ff. de auth. tu. pupillus & tamen ſi ſtipulator à Titio & pupillo, vel à Titio & ſeruo, conſtituendo ipſos quaſi duos reos promittendi, ſolus Titius obligatur. ff. de duo. re. ſi ex duobus. §. primò. Item conſtat, quòd vera pœna vnius non liberat alterum. ff. ne quis eum, qui in ius. vo. C. l. pe. in fin. &. l. ſi. ſicut ergo nō liberaret, ſolutio ita nec exceptio. ex quibus concluditur Titium ligari. Solutio, pro vltimo allegata dico Titium ligari, non differendo nunc quæſtionem de ipſo Titio, qui niſi ſit ſtatuto ligatus, quòd aliâs tractabitur. bene & enim etiam in vno actu etiam poſt factum inſeparabile, vnus peccat, alter non, vnus punitur: alter non. xxxij. quæſt. v. proponito. aliâs incip. Lucretiam. xxxiiij. quæſt. ij. iij. lectum. ¶ Pone exemplum. cùm plures eligūt indignum, quorum aliqui ſciunt, aliqui ignorant: de elect. cùm in cunctis. capit. clerici. eod. titu. ſcriptum. ad finem. pone, cùm committunt actum plures, ex quo debetur ſuſpēſio iuris: ſed alter eſt epiſcopus. de elect. ſi compromiſſarius. §. huius. de ſenten. excom. quia periculoſum. ſuprà. e. li. tamen quo ad ludentem cùm epiſcopo idem intelligo, ſi epiſcopus conſtitutionem non tollit vel contrà illam non diſpenſat: ſed ſolùm ludit. aliâs ſecus. licet aliter nota. de elect. licet canon. ſuprà eod. li. epiſcopum contrà ſuam conſtitutionem diſpenſare nō poſſe dicat cuius contrarium ſeruat vniuerſum. & minimè ſunt mutanda, &c. de leg. minimè. ¶ Ad contraria reſpondetur primò, ad decre. licet. quòd ibi priuilegium facit celebrationem licitam, ſed hîc exceptio epiſcopi vel archiepiſcopi à ſtatuto, non tollit quin ludus ſit illicitus: vt in proxima quæſtione. priuilegium ergo actum licitum communicat familiæ. Sed immunitas agenti actum illicitum non debetur. in dec. quòd iure vtrique dicentium horas, ſimul competebat illas dicere: ſic reſpondetur etiam ad ſecundum, quia ſocietas prioris licita, & ad quartū & ad quintum: quia in illis nullum delictum. ¶ Ad tertium illud dico procedere: quia illorum ſociorum eſt eadem defenſionis cauſa, quòd non eſt hîc. quia epiſcopus & archiepiſcopus identitate & ſuperioritate ſe tuentur, vt dictum eſt in prima quæſtione: quæ defenſio ceſſat in Titio. ¶ Sextum facit ad hanc partem. probat enim, quòd ſocius inducto meretur. procedit ergo argumentum, ſi concluderet, quòd ſocius immerito mereatur.
¶ Ad primum legale reſpondetur quòd ibi nullum delictum. ad. l. ſi is qui duos. patet ibi reſponſio. in fin. quia idem, ſi ſoli ſolutio, capaci fuiſſet relictum. Ad tertium, de. §. ſi duo. reſpon

24 respondetur, quòd † diuersæ sunt le-
ctutæ. ibi nota. & tamen secundum
inductum id procedit: quia non po-
test quis partim esse liber, & partim
seruus. ¶Ad quartū respondetur, ꝙ
hîc pœna separabilis est, vt vltimo
dixi. ¶Ad quintū, quòd in fratre vte-
rino nullum delictum, & lex præsu-
mit legitimitatem id voluisse. ad.l.
vnicam de ambitu.i.ambitionē.& cu
piditatē quærentis administrationē
& pecuniā dantis populo, per quem
eligitur exprimens id non habere
locum in vrbe, nisi princeps magi-
stratus certat. Probat ergo hoc solū
lex illa, quòd si statutum diceret, qui
luserit alibi quàm in palacio nostro.
vel cùm alio, quàm cùm nobis, vel
familia nostra &c. quòd ludens in lu
do excepto vel persona excepta, liga
tus non esset. Quia breuitatis ama-
tor vereor quòd ista disputatio est
prolixa. Circa secundum & vltimum
breuissimè dico, quòd placet opinio.
Inno. & Ho. quæ habet in decre.nu-
per de sen. excō. quòd per participiū
in crimine habitum, etiam cùm ex-
cōmunicato ab homine ligatur quis
sententia iuris. vt ibi scripsi super gl.
25 colligitur, licet ergo vt prius † dixi
fatear episcopum & archiepiscopum
non esse ligatos sententia statuti: ex
participio tamen, quòd cùm Titio fa
ciunt in crimine damnato, cùm illud
sit participium criminis & crimino-
si, dico illos ligatos sentētia iur. Nec
ob. qnòd caueretur sentētia ista à suo
statuto, quòd patet etiam in excom-
municatione maiori, & hoc etiam
nullus negat. in dubium tamen redu
cerem. Solutio. an participans excom
municato in illo primo actu per quē
excommunicationem incurrit, ex eo
ligetur maiori. de quo scripsi de sen-
tentia excommunicatio. cōtingit. &
hoc videtur velle, quòd sic per illud,
quòd post eum scripsi. de loca. cap.j.
super.iii.gl. securius tamen procedit
hæc solutio. si dicamus ludum itera-
tum, ita quòd cùm iam excommuni
cato luserint, per præalleg. decre.nu-
per. & eo.tit. si concubinæ, ibi: post la
tam sententiam &c.

SVMMARIVM.

1 *Haredis defuncti ignorantia, vitium non excludit, neque vsurpat, neque prascribit.*

2 *Hares, qui stato tempore & prastituto à testatore sub pœna, non soluit promissum, non eò incidit in pœnam.*

3 *Stipulatore mortuo sine harede, vel tali relicto, cui de iure solui non potest, pœna ipso iure an posteà committatur.*

4 *Maritus lena an possit accusare eum de adulterio, qui captus amore cuiusdam puella cùm esset, sua vxor furtim in amasia locum se demisit. & nu 9.12.*

5 *Maleficia discernuntur voluntate & proposito. & an conscientia peccandi, tamen erronea, faciat quem reum.*

6 *Bigamia pœna an puniatur quis propter intentionis affectum, cum opere subsecuto.*

7 *Possessio sape habet proprietatis effectū.*

8 *Opinio communis an sit fortior, quàm fictio.*

10 *Opinio cedit veritati.*

11 *Adulterium an incurrat ignorans. Et an delictum requirat dolum.*

13 *Rem illicitam facientem sine culpa, ignorantia facti excusat.*

REGV

REGVLA XIIII.



Cvm quis in ius succedit alterius. arguit Dy. per hãc regulam, quòd hæres emphyteotæ qui ignorãs rem emphyteoticam, nõ soluit ecclesiæ, vel prælato censum, nõ incidat in pœ. Facit, quòd tẽpus non cedit ignorãti. ff. quãdo ap. sit. l. j. §. dies. &. §. si aduersus. ff. de calũ. l. annus. s. e. li. de ap. concertationi tenet contrarium, ꝙ incidit de rigore. ff. de ver. ob. ad diem. & l. Aenilius: & de nau. fœ. l. fi. sed propter iustam ignorantiã restitutio conceditur, per has regulas. & idẽ no. Gul. in Spec. de loca. §. nunc aliqua. ver. xviij. & idem in similibus casibus secundũ Dy. per præall. l. ¶ Prima gl. vnde sit sumpta: & ponit exempla. & finis dicit, quòd exẽplificat præcedentẽ. Secundò dicit duo. s. regulam loqui, quãdo cũ successore agitur, & de quolibet successore. Tertiò, soluẽdo vnũ contrariũ di-
1 stinguit. ¶ In. j. glos. † ibi: qui in alterius. Sequitur locum succedũt. iustam habẽt causam ignorãtiæ, an id quod peteretur, debetur: fideiussores quoq; nõ minus, quã hîc, iustam ignorantiã possunt allegare. hæc ita de hærede dicta sunt: si cũ eo agatur, nõ si agat: nã planè qui agit, certus esse debet, cũ sit in potestate eius, quando velit experiri. & ante debet. rẽ diligenter explorare; & tunc ad agendum procedere. & ibi: cũ hæres. ignorãtia hæredis defuncti vitium nõ excludit. vnde nõ vsucapit nec præscribit: quod
2 nec ille. Io. and. ¶ In glo. ibi: ad † pretium. Dy. ponit exemplum in eo, qui promisit bouẽ certa die: & si non daret, permisit centum, ante diem mortuus est. & hæres vt ignorans sua die non dedit, nõ committetur pœna cõtra eũ, cùm iustã causam habeat &c. & dicit Io. mo. cũ mora nõ tam cito constituitur in successore, sicut in defuncto. alleg. ff. de re. cre. l. quòd re. & ibi. qui in alterius. & ideò pœna tunc cõmittetur cũ effectu, vt si successor fuerat pupillus. ff. de ver. obli. si cùm filius. §. in hac stipulatione. Dy. & ibi præscriberet inchoando præscriptionẽ, vt statim dicam. & ibi. cùm hęres. Dyn. in regula, possessore. eo. ti. q. pe. dicit per regulam probari malam fidem prædecessoris impedire præscriptionem dicit tamen. de æquitate canonica dici posse, quòd si hæres à se vult inchoare volentem certum est. ff. de acquiren. posses. Papi. s. cùm quis dicit tamen, quòd rigor iur. ciuilis hîc non patitur, qui propter malam fidem defuncti malè fidei præsumptionem in hærede transfundit, & propter fictionem identitatis personæ. habet. n. pro successore vitiorum & culpæ vult in hac. l. ff. de publica. si ego. §. pactus. ¶ Sed si hæ. l. re
3 cipiant, vt † distinguit hic glos. cessabit hic diuersitas etiam in fi. Dynus quærit, quare est, quòd stipulatore mortuo sine hærede vel tali relicto, cui de iure solui non potest, posteà ipso iure non committitur. ff. de vsur. l. pecunia funebris & l. cùm quidam. C. si pupillo, & econtrà permittitur mortuo promissore: licet restitutio concedatur, vt dictum est respondet quòd ratio est: quia casus contingens in persona creditoris, non debet excedere obligationem debitoris.

ar.ff.eo.titu.l.nunquã crescit:& ad l.
aquil.qui occidit.§.vlti. sed contin-
ges in persona debitoris nõ debet va
riare obligationis conditionem.ff.de
verb.obli.l.ij.de præto.stip.l.ij.

QVAESTIO.

Hæc regula trahitur ad quæ-
stionem, quæ congruentius locuta
fuisset super regula ignorantia. eod.
tit.respectu primi dicti. sed propter
distinctionem Dyn.in qua imposuit,
& propter id,quod dicit hic finis vl-
timæ glosæ excusabiliter,hîc loqua-
tur præmittam:ante quæstionem Pi-
4 lei.xxiij.qua†quærebat,si Titius amo
re virginis,vel solutæ à lena,quę ma
ritum habebat deceptus fuit:quia se-
ipsam submisit illius loco,per mari-
tum illius lenæ de adulterio accuse-
tur.an sit,vt adulter puniendus iste
casus accidit Ouidio,vt ipse pulchrè
refert in libro de vetula. Pileus di-
xit Titium cum in adulterio non pec
cauerit,ab accusatione adulterij ab-
soluendum:per.l.ff.de adulterio.dice
bat tamen eum puniendum.vt si vir
ginem vel viduam cognouisset: per
l.eum qui.ff.de iniur.§.cùm aliquis.
vide quod not.C.de repudi.l.vx. per
quam ibi gloss.arguit ad primum di
ctum.titul.idem arguitur.xv.quæst.
j.illud.xxxiiij.quæst.ij.in lectum.
¶Allegationes autem Pilei,quæ tan
gentur super simili quæstione fra-
tris Vberti:qua quærebatur,an cleri-
cus cognoscens mulierem solutam,
quæ ab ipso & ab omnibus conue-
nienter habebatur pro maritata,vel
econuersò maritatam,quę viro præ-
dicto habebatur pro soluta veritate
detecta sit puniendus, vt adulter
pœna iurisdictionis vel synodalis
statuti:quo cauetur adulterantē cum
alterius vxore beneficio fore priua-
tum. primò probemus vtroque casu
illum,vt adulterum puniendum.¶Et
primò de primo inducentur tres ra-
tiones,de secũdo aliæ tres in contra-
rium inducentur.de primo duæ ra-
tiones,de secundo aliæ duæ & de-
mum aliæ de vtroque,tertiò dabitur
solutio distinguens forum casus &
5 intentionem delinquentis.¶Ad † pri-
mum certũ est,ꝙ maleficia discernun
tur voluntate & proposito.xvj.q.vj.
c.j.in fi.xxxij.q.v.proposito &.c.sicut
de sen.exc.cum voluntate.cum con-
cor.j.glo.hinc esse,ꝙ deficit vel non
fuit voluntas.l.dist.præsentis.xv.q.j.
§.j.& §.vt itaque.ver.cæcus &.c.me-
ritò.xxxij.q.v.reuera.& c.de pudici-
tia.cum sequentibus.xxxiiij.q.ij.mul
tum.Sic etiam in meritorijs volun-
tas informat actum.lxxxvj.dist.non
satis.& in præall.c.sicut.xxxij.q.v.fa
cit.ad vtrumq;.xlv.dist.duæ sunt.xv.
q.j.non est.concluditur ergo illum
adulterum qui coniugatam cognos-
cere intendebat,aliâs ex contrario se
queretur quòd conscientia peccandi,
tamen erronea,non faceret quē reũ:
vt in illo qui propriam vxorem co-
gnosceret quam crederet alienam.
quod est falsum.xxviij.q.j.§.ex his,
de resti.spo.literas.de pręscrip.c.fi.be
ne facit.xxij.q.ij.homines.in fin.& c.
is,qui.ver.potius & q.v.§.si ergo.post
princ.&.s.de iureiur.quando.ad fi.&
quod no. xxxiiij. qõ.j.in fin.summæ.
¶Secundò sic constat,quòd propter
6 † intentionis affectum, cum opere
subsecuto,nõ verè bigamus punitur
pœna

pœna bigamię.de biga.nuper.Et procedit hoc etiam in eo, qui scire potest se non verè non agere,quod agere videtur.vt ibi.fortius,ergo procedit in eo,qui verè credit agere,quod alius agere videtur. iudicetur ergo iste adulter propter affectũ,& opus. licet in veritate in numero adulterorum non sit:vt not.xxvij.q.j.quicquid facit.l.eum,qui. C.de adult.cuius verba habentur in præ.decre.nuper.facit.C.de fur.l.si quis seruo.vel propter intentionem tenentur serui corrupti,& furti,qui verè seruũ non corrupit, nec furtum fecit. Tertiò.
7 probatur † idẽ ex possessione & communi opinione.De primo constat,quòd possessio sæpe habet proprietatis effectum.de elect.quærelam.de causa pos.cùm olim.de iure patro.consultationibus.hic autem erat in possessione matrimonij.iudicabitur ergo, vt talis. & sic eam cognoscens, dicetur adulter.ff.de adulter.si vx.circa princip. ibi:siue iusta, siue iniusta, &c.§. diui.ibi neque qualecunque inueniтur.neque spem matrimonij violari oportet.¶ De secundo scilicet opinione
8 † communi dicitur,quòd est fortior,quàm fictio.ratio:quia fictio pręsupponit cõtrariam veritatem.lxxv. dis.quòd à patribus.xxvij.q.vij.sunt, qui dicunt communis opinio non: imò creditur & habetur pro veritate.sed fictio sumitur pro veritate. l. di.fratrum.de tempor.or.literas fortius ergo communis opinio.iij.quæstio.vij.§.verum.C.de testa. l.j.ponderato ergo initio, quod in delictis ponderandum est, ex quo iste & alij putabant illam coniugatam, à principio ille fuit adulter.veritas patefacta non mutabit naturam matrimonij.l.quęstio.j. principatus. de elect. dudum.¶ Circa secundum casum quęstionis probatur:quia qui vx.alterius cognoscit, adulter est. Sed iste egit, vt inchoatè.ergo adulter.primum patet.xxxvj.q.j.§.cùm ergo.xxxij.q.iiij. meretrices.&.quæs.vij.adulterij.ff.de adul.l.stuprum.nam quod est plus cognoscens, etiam separatam à viro per sententiam propter adulterium, adulter est.xxxij q.j.dixit.& si dicas, hîc non intendebat.Respondetur imputari alicui,etiam illud,quòd euenire poterit ex actu illicito,ꝓpter intentionem agentis,etiam si non euenerit.vnde etiam dicitur sui homicida,qui se aliâs abscidit,& homicida infantis, qui illum exposuit: licet homicidia secuta non fuerint.primum patet.lv.distinctio.si quis absciderit.secundum. lxxxvij.dist.c.vlt. fortius ergo imputari debet,quod verè euenit,licet intẽtio ad id non fuerit. ¶ Pileus allegabat.ff.ad legem aquiliã.l. scientiam.§.si meum seruum,quem liberum putabas occideris. l. aquil.tenebris.& ff.de iniu. eum qui.§.si iniuria.& ff.de verborũ significa. inter stuprum.& satis est, quòd delinquere voluit,licet aliter. ar.ff.de ma.vi. si pater de iur.& fac. igno.l.regula,nec mirum,cùm quandoque solùm factum dãnatur,etiam si desit nocendi volũtas.ff.ad l.aquil. §.hominem. ff.de pœni.si quem.§. qui abortionis.Item,de stupro nõ tenetur:quia illud non cõmisit:licet cõmittere putauerit.ff.de fal.l.impuberũ.§.j.si ergo de adulterio nõ punia-

tur remanebit crimen impunitũ.qua
re dicẽdũ eſt eũ de adulterio teneri.
ff.ad.l.aqui.itẽ Mela.§.Sed & ſi &.l.
9 ita vulneratus.§. ſi quis.¶†Secundò
ſic probatur: ex quo quis rem illici-
tam facit,omne quod ſequitur impu
tatur:iſte ergo illicitam rem egit co
gnoſcendo fœminam,quæ vxor ſua
non erat.xxxij.q̃.iiij.nemo.ergo in-
tentio vel ignorantia non excuſat eũ
à culpa quam in veritate commiſit
& hoc inducit res illicita, quam ag-
greſſus eſt,quæ facit etiam imputa-
ri caſus fortuitos: qui ſunt propter
propoſitum.xv.q̃.j.§.vt itaque.ver.
vt ante. de homic.continebatur,& c.
dilectus.in fi.facit eod.tit.c.fi.lib.vj.
Tertiò inducitur caſus,quòd in vtro
que quæſtionis caſu ſit verus adulte.
xxxij.q.iiij.nemo & c.meretrices.vbi
innuitur cum omni muliere præter
propriam vxo.adulterium commit-
ti.Ad idem.eod.quæſt.qui viderit de
pẽn.diſt.j.ſi cui ſcire enim debebat,
quod non erat ſuũ ad alium pertine-
re.C.vnde vj.cùm quærebatur.xiiij.
quæſt.vj.multi.Ex quibus cõcluditur
vtroque caſu thematis clericum adul
terum iudicandum.¶In contrarium
probatur clericum in neutro caſu
adulterum.De primo ſic,non eſt ad-
ulter verus niſi qui vxorem alterius
cognoſcit: ſed iſte primam cogno-
ſcendo,vxorem alterius non cogno-
uit.ergo &c.maior probatur.xxxvj.
q.j.§.cũ ergo.cùm inter aliâs.ſ.maior
præſupponitur in themate.ſ.quod de
tecta veritate patet illã eſſe ſolutam
& ſic concluditur propoſitum. tanta
10 †enim eſt veritatis virtus,ꝙ opinio
cõtraria ſibi cedit.viij.diſt.veritate.
& c.q contẽpta.& c.cõſuetudo.lxxxj.
di.quicũq;.de pe.di.ij.Titius.ſentẽtia
ergo ſuper adulterio teneri non po-
teſt:cũ vir in decretũ reſiſtat.de frig.
fraternitatis.xxix.q̃.ij.ſi quis inge-
nuus.nec mirũ,cùm quãdoq; etiã re
uocetur propter in ſnĩa iam lata:pur.
vulg.ſignificationibus.C.de re.credi.
l.ſi.qui cum proprietate accipitur.de
re iud.cùm inter nos.ff.de re.iur.res
iudicata fortius.ergo tollitur illa qua
liſqualis opin.bene facit de ſen.excõ.
licet. libr.v.ff.quando actio.de pecu.
eſt anna.l.de condi.ſine cauſa.l.ſi ful
lo.C.de tranſac.ſi ex falſis.de eo,qui
du.in ma.ſignificauit.Secundò indu-
citur regula,in pen.eo.tit.cũ concor.
vt.ſ.in pœnali materia nõ ſolùm vbi
de veritate conſtat,ſed etiam vbi du
bium eſt,benigna fiat interpretatio.
& ſicut potius præſumitur quis non
deliquiſſe.j.q.vij.l.ſenſimus. ſumpta.
C.ad l.iul.repetund.extrà de procur.
in noſtra.Sic in dubio potius præſu-
mendus eſt quis minus deliquiſſe,
quam plus:vt minor pœna ſequatur.
ij.q̃.iij.§.not.ff.de pœn.ſi præſes.fa-
cit.ix.diſtin. ſana quippe.l.diponde-
ret.xxvj.quæſtio. vij.aſsignant.for-
tius igitur cùm de veritate conſtat,
non debet propter præcedentem opi
nionem aggrauari delictum.iudica-
bitur ergo fornicatio,quæ minor eſt
adulterio.xxxvij.quæſt. vij.adulterij
malum.facit etiam regula odia.hoc
eo.tit.& l.vulgaris.§.ſi quis:eo caſu.
de pœ.diſtin.j.& ff.de cri.expi.hæ.l.
11 vlti.¶De ſecũdo†caſu.ſ.ꝙ nõ fuerit
verus adulter.cũ ſecunda ſit,ꝓbatur.
omnis adult.eſt doloſus.nullus igno
rans eſt doloſus,ergo nullus ignorãs
eſt adult.

est adulter. maior patet. quòd adulterium non committitur sine dolo. ff. de adulte. l. penulti. C. de repu. l. vxo. in fin. ¶ Pileus allegat. C. de falsis. l. j. & l. eum, qui. C. de iniur. si non conuitij. ff. de seruo cor. l. doli. in prin. ponderatur enim affectus, non effectus. ff. de sica. l. diuus minorem. probat lex ff. loca si ignorans apertius. ff. ad sil. l. si quis in graui. §. si ignorans. vbi innuitur, quòd in his, quæ dolum requirunt, ignoranti etiam iur. excusat. fortius ergo ignorantia facti, vt in regula, igno. eodem. titu. cum concor. Item, vt dicit Pileus, non refert an nullo viro voluerit delinquere, an non toti. ff. de furt. l. verùm. & l. qui iniuriæ concluditur ergo hunc ignorantem factum non fuisse dolosum. & sic nec adult. ar. xxij. q. iiij. §. illicitum. vbi iure communi requiritur dolus ipso deficiente non committitur delictum. ff. de furt. inter eos. §. rectè. & l. falsus. §. qui alienum. de iniur. re. apud. §. si quis virgines per quę allegat Pileus, quòd etiam de stupro non teneatur. ff. de rebus du. l. iij. de qua vide in suf. de offic. delegat. cùm super. super vlt. gl. ¶ Secundò, pro casu inducitur. xv. q. j. inebriauerunt, vir ignor. quam cùm incidit Loth. propter suam culpam scilicet ebrietatis, excommunicat ab incestu, ex copula filiarum. facit lex. ff. de re. iniur. illud cañ. xv. q. j. vbi hic no. & xxxiiij. q. ij. mulierem. s. in cañ. proposito non est adulterium. facit de sen. excom. si verò. ij. & c. in audientia. & de consan. & affi. c. vnà in verbo, scienter. & videtur casus. C. de adul. si ea. vbi cessat adulterij crimen in illa, quæ meretricio more se exhibuit. ¶ Tertiò, ad vtrumq; casum sic arguitur vbi deest rei essentia, vel aliquod essentiale ibi non potest dici rem esse. sed vtroque casu deficit aliquid de esse adulterij. ergo deficit adulterium. maior probatur. j. q. j. detrahere. & c. paulianistæ. de consec. dis. ij. cùm omne de baptismo. debi. probo minorem. essentia rei consistit in materia competenti, & debita forma. materia est mulier materiata, vt sæpius dictum est, sunt forma, decus, voluntas, & propositum, quæ sunt forma virtutum & vitiorum. xl. v. dist. duo sunt. lxxxvj. di. non satis. de pœ. dis. iij. ille rex, vt
12 autem patet ex superioribus. ¶ † In primo casu deficit materia adulterij, quia mulier erat soluta. in secundo forma: quia non adulterari sed fornicari volebat. ergo neutro casu iudicabitur, vt adult. ¶ Hic autem maximè procedant, quoad pœnam statuti, cùm statuta maximè pœnalia sint stricti iuris, & non latè sumenda ergo ipsorum pœna casum expressum non excedat. de hoc dixi super regula, pro possessore. sed in primo casu non fuit adulteratus quia non intendebat. in secundo illa in veritate non erat alterius vxor. & sic quoad pœnam statuti nullo modo est adulter. Secundo quantum ad forum pœnitentiale, vel æternum iudicem. Primo casu iudicatur adul. quia adulterari intendebat. de pœ. di. j nunquid. & c. si propterea, ver. de hoc xiiij. q. v. si quid inuenisti. & omnia quæ suprà ponderant intentionem delinquentis. Secundo casu si cùm ignoranti concurrebat intentio abstinendi, si sciret illam coniuga

ducam quatuor rationes, erunt prima & secūda pregnātes. secūdò inducā ij. glossas. ¶De primo certum est quòd principaliter in elec. ponderamus per ipsam electionis pronunciationē vt verbum sonat, & in testimonio ipsum dictum depositū. Primùm probat decre. perpetuò. de elec. li. eo. vbi per votū appositū in scrutinio nō censetur elector, nec pœnam electoris incurrit. nisi sequatur electio & dicunt iura inspiciendum tempus electionis. de elec. dudum. j. & ij. Secundum probat decre. primā excep. ibi. In ferendo testimonio probatur etiam ex eo, quia iuramētum nō est de substātia testimonij: q̄ patet, quia potest remitti de testibus tuis, & forte sequi. De hoc scripsi de testi. de testibus. Si igitur illa tēpora sunt inspicienda, & illis temporibus erāt inhabiles. ergo &c. Nā & quādoque de cautela absoluūtur excōmunicati vt eligere & testificari possint; de testi. veniens. ij. ad fi. de excep. apostolicè. sic ergo inspicietur omne tēpus electionis & testimonij, vt omni tēpore

23 habilis sit: sicut in canonica†prescriptione requiritur omni tēpore bona fides: de præscrip. c. fi. hoc eo. ti. possessor secundum vnā præsentationē sicut illius agit. exhibēdum dicit interesse tēpore litis conte. & tempore sententiæ. ff. ad exhi. igitur. in fin. Secundò video quòd superueniens

24 excommunicatio†repellit actorem à prosecutione iudicij inchoati, ti. de excep. pia. libr. vj. eod. Superueniens reuocatoria reuocat ius iam inchoatum & competens, ex quo perfectum non erat. de concess. præ. capit. fin. libr. eod. Superueniens suspicio facit iudicem recusari, de offi. deleg. insinuante. ff. de iudic. Iulia-

25 nus. ij. Superueniens†arrogatio soluit iudicium inchoatum. ff. de iudi. si à me sic dicam &c. Tertiò votum depositū in scrutinio equiparatur spōsalibus de futuro, & electio de sponsalibus de præsenti, sed post sponsalia de futuro superueniens impedimentum annullat matrimonium subsecutum: de eo qui cognouit consanguineam. veniens. j. & ij. & ca. ex literis cum multis similibus. Idem ergo dicam de impedimento quod notam sequitur, & electionem præcedit: & idem dicam in teste, quasi etiam iuramentum sit de futuro, & depositio de præsenti. Quartò de Iudæo quod ex parte electi impedimenti etiam q̄ sequitur electionem & præcedit confirmationē illam vitiat de iur. iur. ca. fin. eo. lib. & de elec. vt circa. Idem & fortius dicam de vitio eligentis quod pręcedit electionem. faciat. lex, quod in eum casum. ff. ad l. aquil. & insti. de inuti. stip. §. j. cū l. de teste videtur expressè. de testi. eo. præterea. Quintò facit ad quęstionem quod not. de affinitate superueniente ante declarationem vel additionem, quàm facit testis ad dictum suum. In auth. de testi. §. illud. colla. vij. facit. probat apertè opus Vincen. & Innocen. quam not. iij. in præ. dec. publicato. & quam ibi posui in xv. quæstione. Quòd autem prosit subsequēns absolutio etiam inducuntur. iiij. rationes prægnantes, & datur remissio. Illud autem sic probatur, sufficit quod tempore sententiæ ius compe-

competat actori, licet tempore lit. conte. non competierit. ff. de rei ven. sui autem. §. j. ff. ad exhi. ligni. §. si quis. quod intelligas vt de re iud. abbate. lib. eod. & si non rectè agebam pignoratitia, quia nondũ solueram, si post lit. contesta. solui, pro me fertur sententia. ff. de pigno. ac. si rem ij. §. fin. & idem in similibus, sic dicam &c. Sextò video quod sufficit partum quocunque tempore habuisse liberam matrem dum erat in vtero. ff. de statu ho. & seruorum. §. ingenui. Insti. de ingenu. §. sufficit. Itẽ sufficit quocunq; tẽpore fuisse de cognatis. ff. de re. du. si cognatis. & maximè vlti. tẽpore. ff. de do. causa mor. l. in mortis. sic dicã in proposito sufficere quocunque tempore, præcipuè vltimo scilicet factæ electionis, & dicti testimonij, illi sunt humiles: & si dicas quod fauorabilitatis vel testatorum inducat quæ sunt dicta, respondetur quòd etiam hoc est fauor libertatis vacationis vitandæ & veritatis proponẽdę de primò de elec. ne pro defectu & c. quia propter. eo. titul. cupientes. lib. eo. cum multis si. De secundo. xiiij. q. ij. quãquam. de proba. quoniam contra. vt lit. non conte. quoniam frequenter cum si. ergo & propter hunc fauorem sufficiat vlt. tempus istos humiles fuisse. ¶ Tertiò dico quòd si iudex, cui princeps causam commisit, tempore iudicij erat priuatus, & tempore sententiæ sit spectabilis, appellatur ab illo vt à spectabili. ij. q. vj. anteriorum ad fin. ad idem. C. de ap. præcipimus. §. sanè. Et qui reliquit alimenta quæ viuus præstabat, inspicientur quæ præstabit vlti. tempus mortis. ff. de ali. & ci. le. l. mela. §. sed si alimenta. ff. de iur. fin. non intelligitur. §. si quis faciat palam. pro hac parte ff. de lega. iij. de bo pos. interuenit. qõ. C. de iur. codi. l. eum qui. & l. conficiuntur. §. si post. ¶ Quartò constat quòd in dubio debemus interpretari vt res potius valeat quàm pereat. de verbo. signi. abbate. ff. de re. du. l. quocunque. Item nil impedit eum qui ius non habet scrutatores dare, vel votum deponere, dummodo nõ eligat. ad hoc de elec. Camuna. nec excommunicatio impedit obligationem iuramẽti: quod patet. quòd multa necessaria iuramenta præstet excommunicatus, vt patet. de senten. excõ. cum desideres. & not. de iura. calum. c. pen. sed & de iuramento, testis. aperte probatur de hæreti. in fidei fauorem. li. eo. per quæ concluditur quòd prosit absolutio facta ante electionem vel testimonij depositionem, & ex his conuictis probatur vltimũ tempus spectandum. Pro prima verò & pro secunda parte prin. ad hoc potes quærere argumenta in quæstione quam posui super regula. In obscuris. & per notata. de elect. dudum j. de censi. cap. iij. & in broc. Azo. in princ. ¶ Solutio istarũ quatuor quæstionum hoc modo dabitur, vt si primò soluatur quòd dicitur de electore. secundò quòd dicitur de teste, demum contrarijs respondebitur. Et in duabus quæstionibus de electione tractatur, puto quòd neutro casu valeat electio: & de primo casu. cum scilicet. post scrutinium publicatum excommunicatur fuit hic epi. Vinc. & Innoc.

Inno.no.pereos in decretis dec.publicato.vt ibi scripsi in.xv. quæstione. in casu verò conuerso videtur fuisse opinio eiusdem Inn.& clarius compo. vt scripsi in eodem cano. iij. vij. quæstione: & facit ꝙ not.de elec. si aliquis.quando in prima glo.eo. lib. Connexitas ipsorum actuū hic probet quæ satis patet pro cõcil. quia papa & per ibi not.& vt ibi no. & vt ibi patet substãtialia electionis.imò inchoari debent & perfici per illos qui possunt & debent interesse, sed excomunicatus nõ est talis. In primo tamē casu vel saluū remanet ius nominato.vt j.dicam.de teste.no.prima quęstio.not.per.Guil. in spe. de teste. §.j.versi. quid si testis erat& allegat ibi pro & contra.& ponit tres opi. & demū soluit:tamen ineptè credo tū quia si post iuramentū excommunicetur ꝙ repellatur deponendum vel depositum.In casu verò conuerso cū scilicet,tempore iuramenti excõmunicatus post modum antequā deponat absoluitur.credo ꝙ ex quo tēpus productionis & iuramenti non fuit exceptum post depositionem,opponi non poterit illa excommunicatio cū iuramentum: quod de iure naturali est astringat etiam excõmunicatum ad veritatem dicendā,vt est dictum. solutionē probat decre. preterea. de test.co.nā infamia superueniens post iuramentum repellit testem vt ibi: pręcedens non vbi ergo tempus receptionis ad quā de necessitate notandus. de testi.c. ij. in l.excipio contra testē propter ius paratum, approbo: & licet in casibus decre. præsentium post depositionem contra illum admittat.illud intelligo cùm durat impedimentum tempore depositionis illo non sublato.vt in casu proposito nil est quòd impediat fidem dicti. in casu vero cõuerso,si tempore productionis erat humilis, nil est quòd mihi imputetur si nõ opposui in humilitatem ante testimonium:cū nec ad illum vocari debueram,& fieri poterit me ignorante: repellam ergo fidem dicti ꝙ excommunicatus deposuit contraria inquantum solutioni contradicere videntur. Sic solue primo ꝙ dicitur de concepto.nõ ob. quia ibi post ceptum non est reperiri culpam.non enim fertur diuortiū ex culpa vel impedimento sequenti,sed præcedenti. Itē de necessitate naturæ cõceptus nascitur,nec id posset mulier etiā nolēs omittere,quod dicitur de indiuiduitate:non est verum de indiuiduo solēnitatis tantū, vt missæ sed necessitatis, vt canonis eius vt patet per alle. non ob. decre.
26 dilecti. Nam ibi iter † inchoatum annullat excommunicationem secutam ex vi appellationis. vnde nec per illam perficiendam impediri potest. Idem enim in casibus præpositis
27 si excommunicatio † esset nulla ꝙ dicitur de iurisdictione perpetuata ibi,non est vitiū in inchoante. Idem
28 dicitur de † negotiorum gestore,socio, iudice, & notario. nec sunt illi actus præcise prohibiti. ad l. is qui in fin.responde vt ibi nota.
29 ¶Item † non est damnatus ita prohibitus ab accusatione sicut excommunicatus à spiritualibus.Item damna-
30 tus†accusat in propria iniuria ꝙ excõicatus nõ facit.In teste etiā maius est periculum

est periculum quàm in accusatore. de symonia.licet.in l.cum insulæ.nõ efficiebat interdictũ paratum:nec in perficiente est reperiri culpam, ad id quod dicitur de iur.iur. quanto. ex scrutinio publicato:fateor illud verum:& dico illud ius nõ deperiri per superuenientem excõmunicationem canon. vt dixi secundum Vincen. & Innoc.in predi. xv. q. & sic obuiatur fraudi de qua tunc dicebatur. In teste verò, vbi essent indicia fraudis, prouideretur pro cõpulsione ipsius ad absolutionẽ.de resti.spo. frequẽs. li.eo.posset etiam fieri absolutio ad cautelam. quod dic vt dixi in prima decre. veniens.de test.ad fi. ad regulam istam dico quòd verbum factũ denotat actum perfectũ non inchoatum tantum. & sic nõ obst.ad quod facit quod dixi super gl. & super regulam, Qui prior.in quæstione portorum in parte secunda.post principium.Reliqua autem solutioni concordant aut facilè soluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus vendens sine tutoris authoritate,emptori seruare dubeat'ne fidem.*
2 *Promittens sub conditione, alteri non tenetur,nisi impleta conditione.*
3 *Obligatione generali quæ veniant verisimiliter.*
4 *Iracundiæ calor inconsultus an careat vitio.*
5 *Auxilio nouo egent, quæ de nouo emergunt.*
6 *Pax,charitatis vinculum dicitur.*
7 *Pactum qui non seruat in contractu, in quam pœnam incidat.*
8 *Stipulationis verba de non offendendo realiter, vel personaliter, quomodo intelligenda.*
9 *Stipulationibus pœnalibus quæ sint inspicienda.*
10 *Mulieris caput,vir.*
11 *Adulter vxorem alterius qui sciens cognoscit,iuris mariti est violator.*
12 *Stipulatio,est stricti iuris.*
13 *Adulterium, iure ciuili ponitur capite.*
14 *Electus adulter deprehensus deponitur.*
15 *Pœna corporalis modica, maior est qualibet pecuniaria.*
16 *Audiendus ne sit qui vindictæ domus suæ commodum pecuniarium præponere non erubuit.*
17 *Vxor contineatur'ne appellatione rerum.*
18 *Publicum bonum in punitione maleficiorum versatur.*
Lex priuata & conuentionalis propter quid rumpantur,ibidem.
19 *Homicidis,virginum raptoribus, adulteris nullus dandus terminus, & datus non seruandus.*

REGVLA LXXV.

FRustra. De hac dictione vide quod scripsi suprà eo. lib.de accus.c.j.dicebat Io. mo. ꝙ hîc poterat exemplum poni per l.C.de re.permu.quoniam.ff.de min.auxilium. in fin. Intelligit etiam regulam circa idem factum non circa diuersa.ar. ff. de leg. ij.cum pater.§.planè.Dyn.allegat.§. libertis.ratio etiã huius regulæ sumi potest ex regula.Ex eo eo.ti.recusat. Habet locum regula quando cõtrahentium est eadem conditio secundum Dyn. hoc dicit. Ad solutionem

legitur

legitur.ff.de ac.emp.& ven. Iulianus
1 §.si quis à pupillo.vbi pupillus† vendens sine tutoris authoritate nō seruat fidē emptori:qui tamen sibi seruare tenetur. Item, vt dicit, ibi fuit culpa contrahentis cum pupillo sine tutoris authoritate:si verò culpa deesset,quia contraxit cum authoritate tutoris, restituto in integrum pupillo,æquè subueniretur emptori vt ibi.C.de reputa.quæ fiunt.l.vna.& si aduer.cre.l.j.& ij ¶Primò glo. ponit exempla. Secundò successiuè signat. duo cōtraria,& soluit.tertiò instruit. ¶In j.gl.ibi cum proponas.Dy.allegat.C.de transac.l.si quis maior. & l. si diuersa.ff. de inof. test. si instituta in prin.ff.loca.quæro.§.inter locatorem.& ibi cum effectu.ff.eod.ti.cum par.in fi. Ioan. And.

QVAESTIO.

Huic regulæ cōueniunt tres principales quæstiones ad quas præmittam duas quæ non summantur, quia breuissimæ.scilicet quæstioni da.iiij. de iureiur.quæ quærit: si Seius iuret dare.x.Titio,si ipse Titius dabit sibi Stichum, & Titius iurauit dare Seio Stichum si dabit x.quis eorum teneatur primo implere promissum?alleg. illum teneri qui primò fuerit requisitus per decre.peruenit.ij. de iureiu. quia dicit ibi promittentem non teneri, si constat reliquum conditioni paruisse:& hoc constare non potest, nisi fuerit requisitus,& non seruauerit promissum:ergo &c.Soluit,illum qui petit teneri prius implere. Patet
2 ratio,quia qui† sub conditione promisit, non tenetur alteri nisi conditio impleatur.insti. de ver. obli.§.ex cōditionali.Oportet ergo illū prius implere si petere vult:aliàs nulla petitio cū nulla sit alterius mora.ff.de ver.ob.l.si pupillus.Est similis qō.Io. de Deo,quis prius teneatur ꝓbare excipiens vel replicans de quo satis scripsi.de excep.à nobis.in sum.ver. circa sextum. Adducitur etiam regula ad quæstionem dominicalem xlvj. qua quærebat:si A.& B.fecerunt pacem promittentes inuicem centum, si alter alterum offenderet , demum cum A.vulnerasset fratrem.B.ipse B: turbatus vulnerauit ipsum : an ipse A.possit pœnam petere.Sed amplian do quæstionem secundò videamus an recentis terminis locus esset pœnæ si horum alter cum alterius vxore adulteratus esset.¶Tertiò quærūt legistæ quid si alter ex his alterum tunc bannitū offendat vel occidat. Ad primam & principalem quod A. pœnam petere non possit , allegat Bartho. tres rationes. secundò quatuor in contrarium. tertiò ponitur ipsius solutio & solutiōis declaratio.
3 ¶Primò inducitur quia in generali† obligatione non veniunt quæ verisimiliter quis non esset concessurus in specie:hoc eo.tit. in generali cum concor. cum autem in specie nullus concederet non defendere vel vindicare fratrem:ergo ex illa pœnali stipulatione conueniri non poterit,præcipuè cùm videatur contra bonos mores, & contra ius naturale non iuuare fratrem:& sic non obligat.ff.de verb.oblig.generaliter,& l.seq.C.de pact.pacta quæ contra.suprà de pac. c.vlti.& temporis permissio seruanda non est : vt ibi & hoc.eod. titu.in malis.

malis.cum concor.¶Secundò iustum
dolorem habuit ille B.propter quem
excusandum à pœna de senten. ex-
com.si verò.§. vlti.C. de adul. grac-
4 chus. Caret † autem vitio inconsul-
tus calor iracundiæ.ij.q.iij.§. notan-
5 dum. Tertiò quæ † de nouo emer-
gunt indigent auxilio. Sed istud est
tale: ergo &c. suprà de iura. calum.
cæterum.cum concor. Subintellige-
batur ergo in promissione illa nisi
ille se & suos offenderet:sic ex vi &
subintellectus illius ille B. dicatur
immunis à pœna de iureiu.quemad-
modum. In contrarium alleg. quod
stipulatio fuit honesta de non offen
dendo & de pace seruanda: non fuit
ergo violanda suprà de pac,c.j. & iij.
ff.de pact.lib.j. Constat autem quod
A.per B.fuit vulneratus: ergo locus
est pœnæ conuentæ.C.de pact.si pa-
cto quo pœnam.xxiij.distinct.quan-
quam.de arbi.dilecti. in fine. Secun-
dò,cùm nil fuerit cogitatum de fra-
tre,ergo haberi debet pro omisso.ff.
de ver.obli.quicquid.ff.de transactio
nibus, cū Aquiliana. & C.si decreta:
Tertiò cùm promissio de non offen
dendo fuerit indeterminata, & in ea
nil exceptum, ergo generaliter est
intelligenda.xc.distinctione.c.j. & j.
q.iij.saluator.xv.q.j.nec is qui.
¶Quartò cùm non licuerit isti B.
propria authoritate vlcisci.C. de iu-
di.nullus. & ne quis in sua causa. l.
vna.& xvj.q.vj.placuit. ff. quod me.
causa.l. extat. ergo fecit iniuriam &
offensam.& sic locus est pœnæ. Sol-
uebat dicens Azo Hugo. dixisse il-
lum B.absoluēdum à pœna cùm fra-
trem iuuare posset, non ob.stipula-
tione pœnali. Certitudinaliter hæc
solutio esset vera,si ille B. defenden
do fratrem vulnerasset illum serua-
to modo.Suprà eo.lib. de sent. excō.
dilecto, sed quæstio loqui videtur
de vlciscente,nec dubitatur quin iste
B.teneatur pœna iur. communis vel
municipalis, nec de illa pœna quæ-
ritur,sed de conuentionali. Si stipu-
latio ita esset concepta quod ille A.
vulnerando fratrem B. incidisset in
pœnam, planū esset quod ab illo B.
non posset A.pœnam exigere: quia
aut dicemus B. non incidere, ex quo
ille A.fregit pacta de iur.iur. perue-
nit.ij.C.de pact. cum proponas. ij. &
de transact.l.si apud.& l. si quis ma-
ior.ff.de arbi.l.si duo.in fi.aut si actū
esset, pœnam totiens committi &c.
vt ibi incideret si fieret compensa-
tio. vt suprà de pœn. constitutus. &
hoc not.gl.vbi no. stipulatio fuit ita
strictè concepta quod solùm paci-
scentis offensam includit, tunc pro-
cedit dubium.¶Secunda quęstio fuit
Iac. de Baysio fratris archid. & for-
mabat eam,cùm fuit pactum pœna-
le quod vnus reliquum nō offende-
ret personaliter vel realiter.Et quod
ille adulterans incideret in pœnam
probatur tribus rationibus, & con-
trarium alle.tribus.tertiò soluitur,&
duobus contrarijs respondetur. ¶Pri-
6 mùm ergo sic probabat Pax † est vin
culum caritatis.suprà de iudi. nouit.
vbi licet autem ad eius obseruantiā
quilibet ex præcepto tenetur.ad Ro.
xij.ad Cor.viij.iij.q.vj.hoc quippe.in
fin.xj.q.ij.inter verba.suprà eod. lib.
de re.iudi.ad Apostolicę post princ.
contractus ergo initus super illa li-
citus.

citus.ergo seruandus.suprà de pac. c.
j.eo.lib.j.& l.epistola.§.pactum pœ-
7 nam.ergo accessoria † licito contra-
ctu incidit illud non seruans.hoc eo.
tit.accessorium.cum concor.nam, vt
dicunt legistæ.in pactis secundum.l.
tenet principale & accessoriũ vt no.
C.de pac.pœna quę contra.¶Solu.sic
8 illa verba † stipulationis, de non of-
fendendo realiter vel personaliter,
possunt intelligi actiuè ex parte of-
fendentis,scilicet quod nec offende-
ret nec cum persona nec cum rebus:
sed iste actu personali corporaliter
offendit: adulterando ergo locus est
pœnæ: & quod talis intellectus sit
amplectendus probat fauor pacis &
odium adulterantis.hoc eo. tit.odia.
Quod autem adulterando videatur
offendisse,patet in authen.vt cùm de
ap.cog.cum causas.& quid dicat not.
suprà de iur.iur.quintaual. Item ma-
ritus iure mariti agit ad pœnam ca-
pitis.C.de adulter.quanuis. Fortius
ergo ad pœnam conuentionalem.
nam quæ per l. possumus, & per pa-
ctum.ff.de pact. non impossibile. Et
9 † in pœnalibus stipulationibus non
inspicimus quid intersit, sed quæ sit
quantitas stipulationis.ff. de ver.ob.
stipulatio ista.§. alteri. ¶Tertiò sic
constat,ex iniuria facta vxori mari-
tum posse agere iniuriarum.ff.de in-
iur.l.j.§. vlti. patet ergo eum offen-
sum:nec iuuat quod mulier consen-
serit, quia speciale est propter deli-
cti magnitudinem. C.de epis. & cle-
ri.l.raptores & de rap.vir.l.j. facit de
sen.excom. contigit.j. constat etiam
quòd vir & vxor sunt vna caro & si-
bi cõmunicãt actus spirituales.xxx.

q.iiij.sciscitatur. &.c.si quis vnus. de
cog.spiritua.maritus.& sic vnum cor
10 pus.xxvij.q.ij.agathosa cuius † corpo
ris caput est vir.xxxiij. q.v.cũ caput.
¶In membris ergo caput offenditur
11 de pœ.di.j.vulgaris.& peruersor † est
iur.mariti, qui eius vxorem sciens
cognoscit.xxxiij.q.ij.cũ per bellicã.
& tanta est inter coniuges cõnexio,
quòd vsus viro concessus cõpetit &
vxori.ff.de vsu & ha.l.ij.quia nec de
bent ad imperia iudicari, de diuor.
gaudemus. non ob. quòd stipulatio
12 est stricti iur., quia sæpe extra id
quòd agitur, nascitur obligatio. su-
prà eod.lib.de despon.impu.c.j. &.ff.
commo.si is qui.§.fi. ¶ In cõtrarium
quòd agere non possit videtur, quia
13 † iur.ciuili adulteriũ punitur capite.
C.de adul. quoniam & l.quamuis.&
14 de iur.can.electus.† deponitur. lxxxj.
15 d.presbyter. ¶Quæ licet etiã † autem
modica pœna corporalis maior est
qualibet pecuniaria.ff.de pœn.in ser
uorum pœnis autẽ à iur. statutis de-
bemus esse contenti.de offi. dele. de
causis in fin.nec nostro ingenio pe-
cuniarias inueniri vel stipulari de-
bemus,& sic stipulatio videtur inu-
til.nec ex illa potest agi.insti.de inu-
til.sti.maximè cùm iudex corporalẽ
pœnam in pecuniariam commutare
non possit.de pœn.licet.& illa pœna
sit infligenda, quæ magis timetur.
xxiij.quòd. iiij. ea vindicta. & suprà
vt lit.non conte. quoniam & pœna
corporalis vel de publica prætereũda
est pecuniariæ vt priuatę,facit de po
stul.præ. bonæ. C. de cad.toll.l. vna.
Solutio,vt dicit lex,quòd audiendus
16 † non est qui vindictæ domus suæ
commodum

commodum pecuniarium præponere non erubuit.ff.de adult.l.miles.§.soc.Item constat istum in sui patria. non offensum realiter autem non po
17 test dici offensus cum vxor † non contineatur appellatione rerum.ff.de vsur.in pecud.¶Tertiò sic constat stipulationes esse stricti iur. nec egrediuntur personas in eis expressas.ff. de verb.oblig.quicquid quomodo.de excep.cum venerabilis.& ea sola veniunt de quibus est actum de causa pos.cum ecclesia,cum concor.nisi vbi lex exprimit tacitè agi potest.ff.si cer.pet.eū qui.& non expressa censetur omissa.de transla.iter.& in potestate ipsius fuit.legem apertius dicete.fiat ergo interpretatio cōtra eum. cum concor.maximè cum promissores sumus ad absoluendum. de probat. ex literis.¶Soluit quòd per vltima iura sibi videtur illum agere non posse.dicit autem non obstare quòd allegatū est de articulis,quibus actus in personam viri producitur ad mulierem,quia illud est de fictione iur. quòd dicitur ꝙ sunt vna caro.exponitur.l.ad vnam carnem procreandā. Tertiam quæstionem legistarum non prosequor quam disputauit Iaco.de Bel.& locauit eam.C.vt ĵ.cer.tē.ibi. vide in iij.quæstione,& omissis allegationibus distinguendo soluit quòd si ille bannitus erat,quia perdidit patriam,occidens non tenetur ad pœnam.C.de abolic.l.fallaciter.§.fin.ff. de cap.& postli.reuer.l.posthumi.§. filius.Idem si ob aliam causam,sed occisus est dum patriam impugnaret.ff. de relig.l.numme.si verò aliter fuit occisus.si ex delicto sunt bona publicata,& est bannitus,tunc similis est deportato.vt not.instit.quibus mod.ius pa.po.sol.§.regulari.sed deportatus caret hærede.ff.de test.eius qui.de inof.testa.si quis filio.§.initum.& de lega.iij.l.j.§.hi qui.ergo non est qui pœnā petet,vbi not.bona banniti publicata non sunt,tunc nō licuit rumpere pacem,& eius hæredibus tenetur ad pœnam licet bannitus in loco illo agere non potuisset propter offensam.arg.inst.de verb.ob.§.ex conditionali.vt actio ab hærede & contra hæredem.l.j.ff.de euic.si per imprudentiam.§.nimirum.C.de inof.doti.l.ij.& si in fraudem pa.l.Ian.& pro solutione contrariorū notabat quòd statutum non iubet occīdi,licet per illud permittat.non debuit ergo ille pacem volūtariè rumpere ex permissione statuti.Oldradus,qui disputauit hanc quæstionem in tali bannito propter homicidium solum simpliciter stipulationē pœnalem ibi commissam.primò quia.l. cauetur quod
18 propter bonum † publicum,quod versatur in punitione maleficiorum,priuata lex & cōuentionalis rūpitur.ff. ad sill.si quis in graui.§.vtrum.Solutio,quia per legis permisionem superuenientē,contractam ex alicuius maleficio nō solùm tollitur lex communis sed etiam priuata siue conditionalis.ff.de verb.obli.si seruū.& de lega.j.quid ergo.§.si hæres.¶Tertiò quia iste videtur omnino à suis tempore occisionis ab eo,ꝙ erat tēpore stipulationis.ff.ad Trebel.l.ex facto. §.ex facto.ibi,post deportationē nota susceptos quasi ab alio &c.¶Quartò inducit glo.in authen.de mā.prin.

h

§.neque autem homicidas,in j.gloss.
19 quæ innuit quod homicidis,† raptoribus virginum, & adulteris terminus non est dandus & datus non est seruandus.¶Regulæ digestorũ huius literæ.F.sunt hæ.

Vlpianus. Lex II.

¶Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus & publicis remotę sunt,& ideo nec iudices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire,nec procuratrices existere.Itẽ impuberes omnibus officijs ciuilibus debent abstinere.

Pomponius. Lex LXXIX.

¶Furiosi vel eius cui bonis,& interdicitur,nulla voluntas est.

Iabolenus Lex LXXII.

¶Fructus rei est,vel pignori dare licere.

Papinianus. Lex LXXXX.

¶Fraudis interpretatio semper in iur. ciuili non ex euẽtu dumtaxat,sed ex consilio quoque desideratur.

Metianus. Lex XCIIII.

¶Filiusfami.neque retinere, neque recuperare neq; adipisci possessionẽ rei peculiaris videtur.

Paulus. Lex CIX.

¶Ferè in omnibus pœnalib⁹ iudicijs & ætati,& imprudentiæ succurritur.

Vlpianus. Lex CXXXII.

¶Factum à iudice,quod ad officium eius nõ pertinet,ratum non est.

Caius. Lex CLXVIII.

¶Fauorabiliores rei potius quã actores habentur.

Paulus. Lex CLXXXXVI.

¶Ferè quibuscunque modis obligamur ijsdem in contrarium actis liberamur:cùm quibus modis acquirimus:ijsdem in contrarium actis amittamus,vt igitur nulla possessio acquiri nisi animo& corpore potest ita nulla amittitur nisi in qua vtrunque in contrarium actum est.

Idem. Lex CXCVII.

¶Factum cuique suum,non aduersario suo nocere debet. Non videtur vim facere qui suo iur.vtitur,& ordinaria actiõe experitur.In pœnalibus causis benignius interpretãdum est.

SVMMARIVM.

1 Generi per speciem derogatur. & nu.2.
3 Causis sufficienter multiplicatis,& effectus multiplicari possunt.
4 Actio vna quanã nõ tollatur per alterã.
5 Ius omne commune vel priuatum restringitur,si est odiosum.
6 Species præualet generi.
7 Substitutio generalis facta à testatore de hæredibus,ad quæ extendatur.

REGVLA XXXIIII.



1 Eneri.Dynus qui materiam† huius regulæ satis plenè hîc notauit, dixit eam exemplificari posse mulgatis siue substitutiõibus in contractibus,in legũ latoribus.& in rescriptis delegatis.Ponit exempla,si testator legauit vni speciem & alteri genus.generi per speciem derogatur. ff.de lega.j.vxorem.§.felicissimo & l.seruis vrbanis.§.vlti.signat contrarium de.l.quæsitum.§.pen.ff.defunc. instruc.ad cuius solutionem.dist.quã ponit gl.in prę.l.quæsitum hîc longè plenius prosequitur quàm hic.Per eũ videas:& hoc fit de his quæ in princ. rubricæ dixi me decisurum in substitutionibus.ponit exemplum per.l.co hæredi.ff.de vulga.& pup.sub.§.qui patrem

patrem & filium instituit pro parte, & eos inuicem substituit. secundò instituit reliquis parentibus alios hæredes. tertiò dicit, Hos omnes inuicem substituo. Ista generalis substitutio non extenditur ad patrē & filium inuicem substitutos: ad hoc exēplum opponit. de l. vlt. ff. ad Treb. vbi non derogatur substitutioni generali per specialem, respondet, ꝙ ibi substitutionis species erāt diuersæ. Specialis. enim erat vulgaris & reciproca, generalis erat fideicommissaria. Sed in §. qui patrem, ambæ erant eiusdem generis. In contractibus autem ponit exemplum per l. ff. de verb. obli. doli clausula. & l. stipulationes commodissimæ. quia si stipulor ab aliquo librū scribi de die non de nocte, per se non per discipulum, & generaliter dolum non committi, & ipse scribebat per alium æquè bonum non per discipulum, stipulatio committetur ex generali clausula de dolo, sed ad casum expressum non pertinet in legum latoribus. ponit exemplū per legem sanctio legum. quā alle. glo. & per decre. primam. s. eod. lib. de consti. in repertis dicis, & patent exempla. s. eod. lib. de præben. dudum. & c. quamuis tibi, dicit etiam quòd distinctio, quam po suerat Mulgatis, coadaptari posset. ad rescripta. Ioan. And. In gloss. dicit vnde sumpta, & ponit exempla. secundò dicit in rescriptis loqui regulam non in priuilegijs: & causam recludit, tertiò signat contrarium, soluit, remittit: ponit deinde Goffred. tres casus, excipit minus, notat duo, & ad secundùm signat contrarium, & soluit. In prima glossa. ibi: in toto

2 iur. sequitur generi † per speciem derogatur: & illud potentissimum habetur quod ad speciem dictum est & ibi: codicillis, dixit testator: libertis quos manumisi, vel his codicillis manumitto, vel posteà manumisero lego contubernales suos & filios & filias, nisi quos ad vxorem meam pertinere volui, vel illi nominatim legauero. Demum iussit hæredibus vxoris restituere certum fundū cum mancipijs vrbanis & rusticis, quæ sua erant exceptis manumissis. quæritur an qui erant in fundo filij naturales secundùm protestatorem in vita manumissi spectant ad patrem an ad cōiugem: dicitur ꝙ ad patrē: quasi species deroget generi. & ibi. §. quæsitum. nō valet pactū factū ab eo qui promisit iudicio sisti ꝙ nullam exceptionē opponet: sed si aliquas specificauit, valet quoad illas, & ibi. l. j. §. vlti. verba quæ fraudationis causa gesta erant. generalia sunt: & continent in se omnino fraudē factam vel alienationem vel quemcunq; contractū: & ibi. l. j. vide. Infra. eodē generali. in in princi. & ibi adoptionem. l. j. adoptio vt habet speciem genus quæ dicitur etiam adoptio. In prima gloss. ibi, dic vt ibi, & vt dixi in præ. decre. j. de rescrip. super fine vltimæ gloss. dicebat hic Ioan. Mo. quod licet primum verbum esset generale, effectū erat speciale, allegabat. ff. de verb. si. bonæ. §. hoc sermone. ff. de verb. obl. eum qui kalendis. æquè allegare poterat. s. e. lib. de præbē. non pot. signabat etiam contrarium. de l. C. qui po. in pig. hab l. generaliter. soluit quod facit id ius certum, primò quòd ab

ipso inuita non potest euelli. Item de l.ff.si cer.pe.prouidè & ff.de op.l.j. cũ opositio soluit aut habẽs speciẽ nõ est vsus specie,& tũc nõ derogat species generi: aut est vsus,& tũc secus,& sub debat deinde,ꝙ prelatus habẽs à iur. potestatem dispensandi super residen tia in beneficijs curatis.s.eo.li.de ele. licet cañ.in fin. vbi idem scripsi post Archid.vel super tardatione ordinũ in casu.Decre.cum ex eo. eod.tit. licet in literis impetrantis currant,scribatur, quòd resideat nõ per id minus episcopus super illis poterit dispensare, nec facit contra rescripta nec contra ius commune, iste cum quo sic dispensatur,sed fit sibi priuilegialiter, contra illa patitur, ergo secundum,eum,qñ ait vt dicitur de transla.vij.q.j.scias.

QVAESTIO.

Huic regulæ coadaptatur quæstio fratris Huberti qua sic querebat. indulsit episcopus Titio licentiam specialem,quòd si obstante statuto prohibente,semel ingredi posset certam clausurã monialium ante cuius licentiæ vsum,idẽ episcopus generaliter concesit quemlibet certa die ibi ingredi posse. & Titius ea die,& virtute illius licentiæ generalis hoc prestantis ingressus est, quærebat an ex sua speciali ingredi posset. ¶ Affirmatiua probabitur per.v. rationes prægnantes,& contrarium per alias quinque,tertiò dabitur solutio distinguẽs & sic contraria concordans.¶ Ad primum inducebat duas regulas huius. tituli scilicet quòd priuilegiũ personale personam sequitur.eodem titulo priuilegium, & ibi concor.& quòd priuilegiũ principis esset mansurũ.e. tit.decet, non reliquit ergo hæc indulgentia patriam vt in prima regula,sed manebit penes eam in secũda vsque ad ipsius vsum, alias nil conferret quod esset absurdum,de priuilegijs, in his,cum concor. & constat quòd ante vsum completum beneficia etiam competentia per contractus reuocari non possunt expresiè. de cõmo.c.vno. cum concor. & vide no.de fil.præ.ex tua,ergo nec reuocata dicetur tacitè per dationem licentiæ generalis, cum in reuocationibus minus posit genus quã species.de do & cõ.c.ij.de confir.vti.vel inu.bone. facit. s. eodem lib. de procur. qui ad agendum,maximè cùm finalis causa specialis licẽtiæ forsan adhuc duret: quia illa in die licentiæ generalis expedirinon potuit,durat ergo effectus durante causa:sic expiraret,causa expirante,de app.cum cessante. nam in omni scientia certum est multiplica-
3 tis † causis sufficiẽtibus effectus multiplicare posse. s. plures sufficientes causæ diuersæ non subalternatim se habentes non eundem sed diuersum effectum producunt.iij.q. iiij. Angel. trudã. ij. q.iij abolitio.l.di. quamuis. de offic. ordin.ex parte,cum sua materia& in his quę no.lxviij.di.§.quòd verò.vj.q.j.mutare,de cõ.dist.ij. quia corpus.xlv.dj.licet de iur.calum. cæterum.xxv.qõ.j.c.ij.hæ autem causæ fuere diuersæ & legitimè diuersæ, nec quia altera se habet ad alterã superiorẽ,vt superior ad inferiorẽ,nil ergo debet impedire duplicatũ ipsarum,vsum.faciant nota de rescriptis.

c.ij.&

c.ij.&c.olim.& sic.v.argumenta coniunxi:quæ disputans vt.diuersa prolixè posuerat. ¶ Solu.si dicitur Titium ingredi non posse,hoc non potest ex alio procedere, nisi quia prima specialis licentia sit reuocata per generalem,sed hoc est falsum.si enim dicis secundam sententiam esse, reus commune non tollit speciale priuilegium,ex quo di.id non exprimit.de consti.c.j.s.eod.li.Idem si est priuilegium non faciens mentionem de primo vt hic in glos.Item si pet secundum generale fieret reuocatio primi,dicere:oportet quòd à tempore datæ ipsius secundi,secundum quod virtutè primi postea ingredi non posset, quod est falsum. Concluditur ergo primam specialem per secũdam non reuocatam,nec impeditam:imò si deberet altera per alteram impediri vel tolli prima secunda per istam regulam.& concor.¶Tertiò quod in vno itinere alius ex alia causa competens non confundatur,si ostenditur metropolitanus suo iur.visitans prouinciã, procurationem exigit seruata forma decre.romani.s.e.li.de censi.patet.eo. 4 ti.cum apost.&.c.sopitæ.& si fiat legatus in prouincia.vt de offic.leg.c.j. illa poterit iterare de censi.cum nuper. & vide quòd ibi dixi post Vinc. in glos.innuitur. bene facit quod de duabus quartis dicitur.de testa.Ray. ꝙ ibi no.in glo.antepe.& quod super ea.dixi.facit.eo.ti.officij.&.c.requisisti.facit. ff.de probat. quinquaginta. vbi legatum factum indul.non tollit legatum eiusdem quantitatis,factum in testamẽto nisi hæres probet testatorem intellexisse repetitionem non duplicationem legati. & facit quòd not.C.delega.filia.cum ergò duplex ius ingrediendi competat Titio ex diuersis causis vnus actus,licet idem specie,non tamen minimo.facit quod no.iij.q.ix.nihilominus.non confundet reliquum cum nõ constet de contraria intentione concedentis. facit de do.inter dilectos.in prin.s.eod.li. de rescript.cum aliquibus secus enim si de illa constaret.facit.s.eod.lib.de sen.exc.c.si.in fi.& quòd ibi no.in vl. glo.¶Quartò constat has duas indulgẽtias quo ad persona Titij esse compassibiles,&nullam habere repugnantiam, & sic vsus licentiæ generalis vsum specialis non impedit:vnde miles qui eligit testari iur. communi, per hoc non renunciat priuilegio militari.ff.de mili.l.iij.facit.ff.de priui. cre.l.antepe.Item si de publico crimine contra me commisso aliquem criminaliter accusem, & vt quilibet de populo admissus fui.inst.de pub.iudi. in prin.ff.de procur.mutus.§.in popularibus,nihilominus de hoc ciuiliter agam pro meo speciali interesse. ff. de priua.delic.l.ij & iij.& vna†actio per alteram non tollitur.C.de fur.ancillæ.ff.de condit.fur.si pro fure. C. quando à iu.ac.l.vna.nisi sint præiudiciales tales & incõpassibiles,quòd vnius electione tollatur altera suprà. eod.li.de postu.præ.c.vno.de elect.vt quis duas.ibi de hoc &.eod.titu.nullus pluribus.lxxxj.di.si quis sacerdotum.sed iste indulgentiæ non sunt tales,vt prædixi,ergo &c.¶Quintò inducitur casus.l.ff.de ali.&ci.l.l.alio.§. eum quoque. vbi si patrona legauit omnibus libertis vestes & cibaria

quo iura præbebat,& vni ex illis reliquit.xx.aureos annuos, & frumentum menstruum,isti debebitur vtrunque legatum generale & speciale:sic & iste generali & speciali licentia vti poterit,& sic secundò ingredi poterit.In contrarium inducitur regula, odia.eo. lib. nam cum omne ius
5 †commune vel priuatum restringatur si est odiosum, vt ibi cum concor.& istud sit tale,vt probatur suprà eo.li.de sta.re.c.vij.xviij. quæst.ij.& in decima vbi dicitur,quod ad talia monasteria debet esse rarus accessus & breuis locutio. ad idem. c.ibi sequens.&.c.diffinimus.lxxxj.distin.ad reatum suprà.de vi.& ho.cleri.monasteria ergo strictè interpretabimur& dicemus vnico ingressu consumptam vtrarum licentiam.ad quod bene facit.s.eo.li.de præben.non potest.§.j. de offi.ord.in fi.de fil.præsby.c.j.ff.de leg.iij.fideicommissa.§.si quis.x.Se-
6 cundò constat † speciem præualere generi vt hîc:sed secunda specialis licentia ante vsum primæ isti concessa,non facta mentione de prima,non daret ei duplicem ingressum.facit de rescript.ex tenore. & c.in nostra. ibi patet hoc in literis ad lites & beneficialibus:multominus ergo dabit hîc generalis.¶ Tertiò habemus exempla diuersa in iure,per quæ probatur quòd per priuilegium aliquibus concessum postea concedatur omnibus per ius commune: illud priuilegium nil opitulatur, patet hîc per.c.xxiij. di.communis filius,coniunctum.cum c.apostolis.xciij.dis.diaconus in conuentu.xj.qõ.iij.episcopus præsbyter. Item patet per.c.quòd nonnullis.de priuileg.coniunctum cum decre.vltima.s.eo.li.de sen.ex.Idem si aliquibus episcopis olim concessa fuisset celebratio cum alteri viatico ponderata hodie decre.vltima suprà.eo.li.de priuil.imo quando ex diuersis causis in vnum recidit ius suum,& alterius sit actus vniri, videtur quòd vbi prius duo requirebantur: sufficiat vnus vt in confirmatore ad quem deuolutum est ius eligentium, super quo vide quod plenè scripsi de elect. ne pro defectu.super ver.ordinare.Ex quo ergo generalis & specialis licentia cadit in vnum: vnicus erit actus vtriusq;,licet latior esset vna sententia quàm alia: illa latiori vti posset. simile quod not.de testa.Raynutius. in glo.antep.ne se.va.c.j.in mag.glo. Quartò si plenius:quòd generalis licentia non extendatur ad istum,patebit,quòd ibi competit iure solus in-
gressus.sed lex† dicit quòd generalis 7 substitutio,quam facit testator de hæredibus, non extenditur ad hæredes in re certa specialiter institutos,quos specialiter inuicem substituerat.ff.de vul.&pu.sub.cohæredi.§.qui patrem. facit.ff.de ver.ob.doli clausula.ergo & Titius non comprehendetur in generali vel speciali.in generali intelligitur confusa.facit.C.de pac.debitori.de fideicom.cum secũdum.ad.l.fal. in ponendo vel dicere reuocata.ar.ff. de ali.& cib.le.l.libertis enim.in princi.vbi generale legatum omnium libertorum factum Nicolæ,certorum in codicillis pro alimentis tollit ipsa certorum libertorum factum ex eadem causa in testamento.& si hoc negaretur, saltem diceretur per vsum generalem

generalē renūciatū speciali,quod procedit nō solū in minus passibilib⁹.vt.s.sed quę in ambitiosis.de prę.de multa.s.e.li.de resc.gratia.& cle.e.ti.gratiæ.facit.xij.q.ij.bonæ rei.& de dona.apostolicè.¶Itē si negat̃ renūciatio, illæ tñ licet duæ habebunt vnū effectū:hinc est ꝙ si miles elegit testari iur.cōi:licet nō per hoc renunciet priuilegio militari.vt.s.nō tñ faciet duo testamenta ex duobus iuribus cōi & militari,sedvnum tm̄:sic si proprium interesse actionē habeo cōtra plures, licet cōtra vnū intentando alteri non renunciem:si tamen ab vno cōsequor interesse,contra alios non ago.ff.de eo per quem fac.est.e.li.§.si plures.& no.de reb.ec.non ali.si quis facit.hoc eod. titu.si bona fides. Ex his concluditur quòd etiam cessante confusione & renunciatione de quibus .s. vnicus tamen quęritur effectus:& sic solus ingressus.facit.ff.qui.mo.Py.vel hypo.l.si deferēte.¶Quintò inducuntur aliqua iura quę canonum quęstiones decidere videntur:primum est de præben.si pauper.s.e.li.vbi si mandatur prouideri per episcopum Titio in forma pauperum , & ille consecutus est beneficium à quocunq; episcopo, vlteriusnō tenetur quasi concedentis & impetrantis intētio,licet per modum aliū sit impleta:sic & hîc sufficiat Titioꝙ semel ingressus est quòd plus ex facto sibi licentiā concedētis. Itē si legauit alimēta aliquis libertis. s.cibaria & vestiaria,& vni illorū legauit certā quantitatē pro alimētis, vtrūq; legatū nō debetur.ff.de alimē. le.l.alimēta.C.basilicę.sticus in prin. ad idē.lex quę dicit,sic filia legatorū nō habet actionē,si ea quæ ī testamēto reliquitvnius postea pater in dotē dedit.C.de leg.l.filia.sicut ergo his casibus nō duplicatur beneficiū vel legatū.ita nec in terminis qōnis duplicatur ingressus,nec iuuat eū ꝓtestatio quā fecit,quæ si sit iur.cōseruatiua nō est tñ tributiua iur.noui:vnde si nō competebat isti vnus ingressus pro testamēto sibi illū acquirere non potuit:soluēdo distinxit.aut in vtraq; prędictarū licentiarū exprimit̃ causa. ingressus aūt in nullā aut in alterā tenetur maxīe in spāli:primo casu aut vtrobiq; cā est eadē,aut oīno diuersa: si est eadē puta quia in vtraq; dicitur ꝙ ingredi pñt ad visitandū reliquias sancti vel simile.sufficit vnus ingressus.Facile patet exēplū si dū consanguinea mea velari debebat obtinui hāc licētiā,postea pro illo actu omnibus data est:hāc partē solutionis probant iura quæ vltimo allegaui.Dixit aūtꝙ forsan idē,si causę sunt diuersę, tales tñ qui de vno ingressu poterāt cōmodè expediri,vt singulariter permittit visitationem sancti specialis, permittit visitationem sororis , quæ breuis & compendiosa esse debet, vt dixi in principio.secundæ partis. Si verò causæ exprimuntur omnino diuersæ,quæ simul verisimiliter ex facto vel ex tempore expediri nō possūt,ꝙ facilè accideret,ꝓpter tumultū gn̄alis ingressus.Itē ingredi poterit ad expodiendā cām expressam:ad hęc iura prius alle.Idē si dies licētiarū essent omnino diuersi,quia ꝙ facit diuersitascausę faciet hîc diuersitas dierum vt nō possit censeri vnus ingressus cōfusus in alio.s.e.li.de consti.c.j.

In tertio membro principali quando in altera tantùm, & maximè in speciali exprimitur causa:sed quòd.s.eo. distinguendum,an simul poterunt expediri necne.In secundo verò principali membro quando in neutra exprimitur causa vel tempus,sed simpliciter est data licentia,tunc in hac materia restringibili & odiosa stricta 1 præsumatur intentio concedentis,ad 2 primam vicem tenetur qualitercunque ingrediatur,maximè per allegata 3 in principio secundæ partis cùm 4 præsumatur episcopum publicam vtilitatem & honestam, quæ versantur 5 in hoc, velle tueri.Hæc vera nisi de 6 ipsius intentione aliter appareat,cui 7 tunc stabitur.dixi autem per hanc di 8 stinctionem iuri,æquitati & honesti consonam.j.dist.consuetudo solui 9 contraria.Huius literæ. G .vnica est regula.digestorum sicut & nostra.

Papinianus. Lex LXXIX.

Generaliter cùm de fraude disputatur, non quid habeat actor sed quid per aduersarium habere non potuit,considerandum est.

Quia sub litera.H.nullā habemus regulā:quas legistæ habent hîc inserā.

Vlpianus Lex LX.

Hæredem eiusdem potestatis iurisq; esse,cuius fuerat defunctus,constat.

Iulianus Lex LXIII.

Hæreditas nihil aliud est quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis.

Vlpianus Lex CXCV.

Hoc iure vtimur:vt quicquid omnino per vim fiat:aut in vis publicæ aut priuatè crimen incidat . Deiecit & qui vel iussit, mandauit vel ratum habuit . Rati enim . habitio mandato comparatur . In contractibus, in quibus doli præstatio, vel bona fides inest,hęres insolidum tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia,error,& titubatio,quid differant & quid sint.*
2 *Ignorantia quæ'nam non excusat.*
3 *Actionem habere,lōgè minus,quàm rem.*
4 *Actionem tantùm habens ad rem immobilem satisdatione oneratur.*
5 *Fructuarius, etiam vbi nullum fructum recipit,dui potest.*
6 *Canonicus vocatur non à perceptione prouentuum.sed à titulo.*
7 *Vsurarius dicitur quis ex sola spe.*
8 *Monachus seu religiosus in probatione existens,religiosus censetur.*
9 *Ignorantia facti aliquos excusat,quos iuris ignorantia non excusat.*

REGVLA XIII.



Gnorantia.Dyn.dicit hoc vtriusq; regulæ exēplum congruè poni in eo qui confitetur in iudicio per errorem ,qui si erat in facto excusatur,si in iur.non.ff.de confes.non fatetur.specificat in eo qui errans in facto confessus est alium sibi cohæredem.ff.famil.ercisc.un.putare.secus si per errorem iur.vtiq; credebat valere testamentum:sine iur.solennitatibus quæ omissæ vitiant : vt in l.non fatetur.Ioan . mo.ponebat in eo qui ignorat vacationē beneficij cui non currit tempus,de concess.præ.quia diuersitatem . secus si ignorabat semestre tempus currere collatori , & sic permisit illud la.lu.de sup.ne.præ.c. penultimo.& vlti.

¶Dicebat

1 ¶Dicebat etiã Io.mo. ꝙ ignorã.† error & titubatio differũt.ignorã.enim proprie est nesciẽtia qñ. s. de iur. vel de facto nil scio, nec inde aliquid suspicor,& nullo applico mentẽ meã & quãdo sic ignorãs,tenetur scire illud quod ignorat dicitur de tali. ignorãs ignorabitur, & iste poti⁹ cõtẽptor dicitur quã ignorãs,vnde.b. Io.ꝙ scire debes,& non vis,nõ per ignorãtiam: sed pro contemptu iudicabitur,aliâs aũt regulariter excusant.Cum aũt est qñ applico mentẽ ad id cuius veritas habet cõtrariũ, & ꝙ hęc differãt patet.ff.de ac.pos.si me in vacuã. in pri. Titubatio est qñ nõ applico mentem sed ꝓpter cõflictũ rõni:dubito cui ptĩ mẽtẽ applicẽ. ar.C.de cõ. inde.l.fi. ex his cõcludit ꝙ oĩs titubãs& errãs est ignorãs sed nõ cõuertitur.Itẽ huic regulę cõcordat.l.dicẽs sciẽtiã nõ ignorantiã volumus obligari.c. de taber. l.generali.li.x.pręsumitur tñ ignorãtia,quod dic vt.j.eo. ꝑsumit, & dicit. Io.mo.ꝙ sciẽtia & ignorã.in hac materia tẽdũt ad cõmunẽ hoĩm modũ. vt sciẽtia nõ tẽdat ad maximã diligẽtiã, nec ignorã. ad supinã & crassam. ff.de iur.& fac.igno.l.nec supina. &.l. plurimũ.ff.de edil.edic.si quis venditor, de ignorãtia etiã iur. distinguit. Io.mo.an sit votũ,& frequẽtatũ illud ius,& tũc nõ excusat. C.de iur. & fac. igno.l.cõstitutiones. aut non est frequentatum vt. l. gallus.ff. de libe. & pos.& tunc excusat, nisi tractaret de lucro captando, & sibi imputet:quia potuit peritiores consulere. ff. quis or.in bo.pos l.ij.in fin.¶Item glo.ponit exempla & remittit : secundò ponit & exuit vnum notabile.tertiò successiue significat & soluit duo cõtraria.¶In prima glo.j.l.ij. ignorantia non iuuat illum qui credens non nocere,hereditatem iur.renuntiat, & ibi cum quis indebitum per ignorantiam iur. solutum nisi reperiretur, & ibi. §. non teneri , & ibi esse extra ordinem punitur.Ioan.¶In prima gloss. ibi dic vt ibi. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Dynus plenè prosequitur hic hanc materiam per solutiões obiectionum, & postea distinctionem subdit pleniorem,quã ibi primò decidam . Distinctionem autem ad literam scias talem esse, aut erratur in iure , aut in facto, si in iur. aut ciuili , aut naturali, aut quasi naturali: & si ciuili aut errat in iudicio, aut extra iudicium. Si in iudicio siquidem ante lit. contest. error excusat probata causa erroris legitima, vt. ff. de inter ac. de ętate.§. qui iusto,& §. si post lit.contest.ignorantia † nõ excusat,vt hic, & dicta. 2
l.non fatetur. Si errant extra iudiciũ, aut agitur de damno vitando, aut de lucro captando,aut errant in quo requiritur dolus verus,aut in eo in quo sufficit dolus præsumptus , vel lata culpa,vel leuis , & multo fortius si leuissima : & si in eo in quo requiritur dolus verus ignorantia iur. excusat , vt. ff. ad sill. si quis in graui. §. si quis ignorans: sed si erratur in eo casu in quo sufficit dolus præsumptus vel lata culpa, tenet:si quidem erratum erat publice notum vere', vel iur. præsumptione , vt quia à tempore publicationis concurrerent duo menses , iur. ignorantia non excommunicat , vt. C. de

leg. & const. l. leges sacratissimæ de iur. & fac. igno.l.constitutiones. ff.de public.l.vl. §. licet ad l.Cor.de fal.l. diuus Claudius in prin.sed si non erat publice notum verè, vel præsumptiuè, ignorantia iur. excõmunicat.vt. ff.de dec.ab or.fa.l.vl. si agatur de lucro captando, si quid cũ alterius iniuria, vt pro vsuc.iur.ignorantia non toleratur, nec excusatur, siue potuit siue non potuit peritiores consulere. vt ff.de iur.& fac ig.l.iur.ignorantia. de vsuc.si fur.& l.nunquã. sed si sine alterius iniuria, si quidem peritiores consulere non potuit.iur.ignorantia toleratur, excusat:sed si potuit peritiores consulere iur.ignorantia non excusat.vt.ff.de iur.&fac.ig.l.regula. §. si mater. & §. si quis. de bo.posses. l. in bonorum. & quis or. in bono. poss.serue.l.ij.§. vl. facit ff. de acqui. hære.si duo propter rationem quam. s.dixi si errant in iur.naturali ignorãtia non excõmunicat. vt ff.de adul.l. si adulterium.§.stuprum.si errant in quasi naturali iur.ignorantia nõ excusat.vt.C.de in ius.vo.l.ij. si erratur in facto aut proprio aut alieno: si alieno, aut erat publicè notum, aut non erat publicè notũ.si erat publice 3 notum ignorantia non excusat vt. ff. de insti. si pupillus. §. proscribere. si nõ erat publicè notũ ignorantia excusat.vt ff.pro soc.l.fin.& prox.eo. Si in facto proprio, aut certat de damno vitando, aut de lucro captando: si de lucro, error non toleratur in proprio facto: si de dãno, aut cũ alterius iniuria, & tũc error in proprio facto 4 non toleratur. vt ff. ad vell. l. quanquã. aut cum alterius iniuria & tunc error in facto proprio excusat, & tolleratur.ff.de condi.inde.l.sed & si me putẽ.in prin.§.cum inter.de ac. emp. & ven.si liberũ. & ita oportet intelligi ꝙ no.ff.de leg.j.l.si res obligata. & Dy.in fi.Item contrà.ff.de fideius. l.iij.vide quòd ibi.no.in glo.fin.

QVAESTIO.

Hæc regula in prima sui parte facit ad quæstionem positam in regula cum quis in ius.secunda verò pars facit ad quæstionem quã disputaui, an impetrans beneficium de vacatura, quã exspectat, vel reseruatione, quæ pro eo pendet, teneatur facere mentionem, ita quòd aliter impetratio non valeat. Procedit autem quæstio in eo qui sciebat se tale ius habere, aliàs facti ignorantia excusaret illũ. s.eo.li.de rescript.gratia. Ad vtrãque partẽ inducam sex rationes. vnã opi. & vnã æquitatem: demũ soluam, & contrarijs respondebo. Quòd autem nõ teneatur, sic probabo, licet impetrans de beneficio quantũcunq; modico ꝙ habet teneatur facere mẽtionem de rescript. si proponentem. de præben.si motu.l.e.non tamen de illo quod nondũ habet, quia longè minus est habere † actionem, quã rẽ. ff.de re iur.l.vnus.sed expectãs vacaturam vel reseruatam est huius, ergo &c.So.facit de rescrip.postulasti. vbi dicitur quòd de perpetua vicaria tenetur facere mentionem, quasi à cõtrario, non de temporali, multominus.qui spẽ tantã habet ¶ Tertiò facit ff.qui satisda.co.l.sciendũ.§. diuersa.vbi habẽs tantùm actionẽ † ad rem immobilem satisdatione onerantur: sed per eam possidens releuatur ab onere

habere per vsum partis totum retinebat.ff.de vsufruct.is qui vsumfructum. saltem quousque esset præscriptum.¶Item dato, quòd esset recessum in dicto casu à protestatione, nihilominus dico quod protestatio nō tollit possessorium, nisi ille, contra quem protestor non innitatur iur. communi, vt fuit in dicto casu.Nam licet soluere synodaticum, sit de iur. communi.suprà de off.or.conquerente,soluere tamen hoc genus monetæ vel illud, est præter ius cōmune: & ideo solutio Lucen.iur. communi non impugnata, si perseueret vsque ad xl.annos protestatione non obst. præscriptionem pariet. Et subditus contra superiorem præscribere potest quòd soluat certam summam, & plus exactus potest contradicere. C.in qui.cau.colo.do.ac.pos.lib.xj.& dico quòd ptestatio regulariter non tollit possessoriū,nec effectum eius, qui est præscribere:& si quando tollat effectum possessorij,vt in dec.Cumana.hoc facit petitorium probatū, vt declaratus sic effectus possessorij, qui est præscribere,tollitur quādoq; per contestationem,vt quando agere non poterat protestans, vt in l. vt perfectius. aliàs protestatio cursum præscriptionis non impediret,ar.prę. l. Postmodum quæritur quando à protestatione recedatur,& dic quod quando factum protestantis omnino liberum cum protestatione ante facta,si compati non potest, receditur à protestatione.infrà de ap. sollicitudinem.& suprà de consti. cùm M. & ff.de acquir. hære.l.pro hærede.j. respon.§.vlt.in fi.eiusdem.l.& est ratio prædictorum, quia plus declaro voluntatem meam facto quàm verbo. ff.de edil.edic.l.si tamen.§.ei qui. Et quia per facta plus iudicor quàm per verba.xxij.q.v.cauete.ij. q. j. cùm omnis.Et dixi generaliter factū omnino liberum protestationi aduersum ipsam protestationem tollere: secus si non esset liberum, vt quia metus interuenisset.suprà quod met. causa. c.j.aut voluntas superioris, quæ factum protestationi contrarium iniunxit.vt xxviij.dist. diaconi. & istis duobus casibus factum contrarium protestationi, protestationem non tollit:nec est mirum:quia dictis casibus facientes, faciendo magis videntur pati,quàm agere.¶Sed quęro vnus aduersarius protestatur, & aduersarius in contrarium, vt quotidie fit:nunquid secunda protestatio tollit primam?& videtur quod sic.ff. de libe.ag.l.j.§.denuntiare.& §.sequenti.sed licitum contrà videtur: quia est vnicuique.vt vult,rei suæ legem imponere.ff.de sol.l.j. ergo & protestari super ea.so. cùm protestationes hincinde fiunt: aut actus communis vtrique protestantium ita indirectè, interesset vtriusque: & hoc casu secunda protestatio tollit efficaciam primæ:vt dicta l.de libe.ac. aut non, & hoc tripliciter:quia factum, super quo fiūt hincinde protestationes, est principaliter pro protestante primo, aut econtrà:aut est dubiū primo casu protestatio prima non eueniatur, verbi gratia, Reus protestatur quod si aliqua dicat quæ sapiant.lit.conte. non vult lit. haberi pro contestata: actor in cōtrarium:per istam secun-

dam

dam non tollitur prima:& cùm verba lit.contestationis fieri possint animo contestandi lit. & animo informandi iudicem,ista verba ambigua, quę sunt principaliter rei,potest ipse reus per suam protestationem interpretari.ar.ff.de pac.iur.gen.§.quod ferè.&.ff. de iudi. l. si quis intentione. sed secundo casu & tertio protestatio sequens tolleret efficaciam primæ.arg.ff.quod vi,aut clã, aut quod aliter.§.si quis.cùm & in primo membro , & in istis potest esse : ideo iur. cõmuni regulariter melior est conditio prohibẽtis. ff.cõmuni di. Sabinus.& de cura.fur.consilio. in fine.& ob hoc vbi factum est cõmune , seu etiam principalius interest protestãtis secundario in contrarium,seu vbi est dubium cuius intersit principalius,prima protestatio non habet effectum consensu aduersarij non vestita.Item primus protestans videtur impetere, & secundus defendere : & ob hoc in re dubia , secundo protestanti est magis insistendum. vt s. de prob.ex literis.& suprà eo. cùm sunt. sicut etiam vbi factum est cõmune, cũ pro mora sunt iura tam reis quã actoribus.ff.de act.& obli. Arrianus. & ff. de re.iur. fauorabiliores. ergo multo magis vbi principalius:interest secundo protestanti,secunda protestatio primam eneruabit.¶ Vltimò quæritur ponere in termino peremptorio dato ad ponendum vel ad articulandũ, vel aliàs protestatur dans positiones vel articulos ꝙ articulos datos possit declarare , diminuere, interpretari,corrigere,vel mutare,& nouos dare , si ad eius notitiam peruenerit , an hæc protestatio valeat? Respondeo, dicta protestatio est vtilis quoad declarationem.argu.ff. de acqui.re.do.A.& B.§.cum quis.in fin. & ff.de testa. hæredes. §. quod verò quis obscurè. Item dico quod ad interpretationem. ff. de iudi. l. si quis intentionem.& suprà de accu.cùm dilectus.quidam tamen distinguunt in prædictis an in principio, medio,vel fine fiat declaratio seu interpretatio. vt no.suprà de restit.spol.cum ad sedem. sed quoad diminutionem distingue : aut est quæsitum ex narratione articuli parti aduersæ : & tunc non licet diminuere , quatenus facit pro aduersario.ar.auth.de his qui ingre.ad app.§.illud etiam. col.j.ff.de po.l.publia.§.fin.& l.j.§.si rem.verb. gratia.appellat quis obijciẽs in personam vel formam:& articulat super hoc,vult detrahere hos articulos:dico quod non potest in præiudicium appel. cui ex dicta articulatione accrescit ius.l.quod alia non potest exponere appellans.ar.suprà hoc lib.de elect.ab eo.non prout dicit cõstitutio,vt circa.aut non facit pro aduersario,& tunc potest tollere:quia hoc casu solus fauor articulantis versatur.Simili modo dico in eo qui mutare vult vel corrigere distinguẽdo. In eo verò qui vult articulos nouos dare post perempto. prætextu protestationis appellationis antefactæ videtur distinguendum, aut articuli de nouo positi non sapiunt crimen vel defectũ,& si sapiunt primo casu: siue articuli nouiter positi sicut post terminum peremptio. nati vel noti: & de hoc constat quod saltem per iura

iuramentum possunt admitti.argu.s. de excep.pastoralis.& de off.dele.insinuante. ar. præsertim si de facto in articulo contento competeret ius agendi ex natis post perempt. quia in illis etiam sententia lata nō obstat: ergo minus peremp.obstabit.ar.ff.de excep.rei.iud.si iur.§. eandem. sed in votis post terminum, distingue aut post huius terminum restat cognitio,& dic tunc vt prius: aut non restat,vt quia est conclusum, quo casu non est cognoscere, sed cognitum esset,tunc verò admittitur:& est ratio.est enim quod ipsi imputetur,qui ante iudicium præparare debuit iustitiam, & diligenter inquirere. Sed nūquid ead.distin.adhibetur in natis: dic,aut sunt nata ex quibus cōpetit ius agēdi,aut excipiendi:si excipiēdi admittam:si agendi aut de hoc articulat actor aut reus: si reus, dic vt prius:si actor, aut libellum potest iurare ex causa de nouo orta, & sic dic vt prius. aut non tunc enim admittam.probatur suprà hoc lib.de re iudic.sanè abbate. nec valet si dicas valet ad agendum, ergo ad excipiendum. nam hic est figura dictionis, hic enim mutatur quod in vbi. Secundo casu not. dixit. B. Compost. quod non debet admitti. vt not. suprà de elect. quod sicut cui opinioni assentio in notis: sed non in natis. nam post perempt. iur. dilatoriarum vt est lit.contest.dilatoria orta postponi potest.vt d. c. insinuante. Secus dico in his quæ nata sunt de nouo post peremptorium propter rationes per dictum B. allegatas: & est ratio diuersitatis, articulans potuit sibi præuidere in notis post articulationem,sed non in natis:& ideo sibi imputatur.argu. suprà de re iudic. suborta. nec valet protestatio quoad not. quia factum peremptoriùm protestationi obuiat: quod est fortius, vt not. in casu decre. suprà de elect.cap.ij. R. Vintoniensis.argu.ff. de mino.verum.§. fin. & protestatio dictis casibus est magis voluntaria quàm necessaria. Prædictis ergo modis generalia specialia non comprehendunt. Regulare tamen est quod genus speciem comprehendit, sicut totum partem. ff. e. semper specialia.& suprà eod. in toto. Est etiam† regulare, quod tantum facit generale in omnibus, quantum speciale in singulis.ff.de admini. tut.l. si duo. C. de præscript. xxx. vel xl. anno. omnes de quadri.præscrip.l.ij. & verbum generale generaliter est intelligendum.ff.de leg.præstan.l.j.§. generaliter.ff.de seruitu.vr.præ.l. si seruitus. xxx. distinct. si Romanorum. suprà de priuile. quia circa quod autem generale specialem non comprehēdat,hoc facit materia, modus, seu qualitas,& aliæ circunstantiæ generale arctantes, vt per instantias suprà positas probatur.

14

SVMMARIVM.

1 *Paterna potestas non atrocitate, sed pietate mouetur.*

2 *Iudices in noxios quo affectu moueri debeant: & prælati erga subditos.*

REGVLA XII.



IN Iudicijs.Ad intellectū huius regulæ curiosus videre posset Thomā secūda secundę.q.lxiij.per totum.

tum.& maximè articulo vltimo.Dy. de æqualitate in iudicijs seruanda, siue partes sint pares siue impares, al legat in authen.ius.iur. quod præsta. ab his.§.& econtrario.& §.& primũ. ibi:nequaquã si id inclinato &c.& vt iudi.siue quoquo suffra. §. deinde.& §. quod auth.& de defen. ciui.§.iusiurandũ.Cùm enim iudices circa sub iectos se habere debeãt vt patres cir ca filios.in auth.vt iudi.sine quoquo suffragio.§.reos.& iusiur. quod præ-
1 statur ab his.§.deuotos.paterna† verò potestas non atrocitate sed pietate mouetur,& pro liberis,consiliũ ca pit. ff.ad l.iul. de parrici.l. Dynus.& de adult.l.nec in ea.§.pe. cõcluditur
2 iudices & prælatos circa † subditos pios esse debere,& inter eos in iudicijs æqualitatem seruare. nam inæqualitates etiã in extraiudicialibus & in arbitrijs iura reprobant.ff.de ar bitris.l.si.de meis.circa prin.& l. Pedius.§.in seruum.& l.si cũ dies.§. pe. ff.si de vulg.& pu.sub.l.iam hoc iure. & l.Lucius. C. de rescinden. vendi.l. ratas.de testi.mi.& l. in testamento. de impu.& alijs substitu.l. hæreditatem.& l.quanuis. Prima glos. ponit exempla : secundò signat in contrarium quatuor canones , quatuor decret.& duas leges soluit:& dat quinque similia. Tertiò ponit quatuor modos quibus dicitur iudicium:in fi. no.& instruit Io.An.¶In j.glo.ibi.§. si arbiter.statuit locũ in quem altera pars non potest honestè venire, non arctat etiã eum qui venire poterat. absurda enim esset inæqualitas illa, quod solùm vna partium ligaretur: & ibi:aut facta.versi. persona. ibi in eodem genere delicti aliter punitur seruus quàm liber. Idem aliter quod fit in parentem quàm patronũ,quàm quod fit in extraneũ:& ibi:in sacris. & vide.infrà eo.non licet. ¶In j.glo. ibi:in sacris.& l.vnicuiq;.lib.iij.vnde & priuilegiũ vnius litigantiũ transit ad alterum.C.de fruc.& litiũ expen. l.signatur.ad hoc contrariũ. instit.de iure natu.§.sed quod principi.vbi de hoc.& hoc per Dy. cui non placent solutiones illæ,quarum prima distin guit an priuilegiũ detur ad litis exe cutionem,& tũc aduersario prodest: aut ad decisionem, & tunc secus quã probat per l.C.si aduer.transac.l.j. & ij.C.de repu.quæ fi.l.vna.secunda distinguit an proprio motu concessum fuerit, & tunc non prodest aduersario:an ad petitionẽ , & tunc prodest: quam etiam improbat per præ.l. fin. C.de fruct. & lit.ex. distinguit ergo sic,Aut priuilegium continet ius ini quum,quia concessum in alterius læ sionem:& tunc distinguitur, quia si id ad petitionem vti debet impetrãs eo.iur.facit.suprà de mutu.pe.c. ij. si sine postul.non cogit.ff. quod quisq; iur.l.j.& iij.Si verò non continet ius iniquum,sed fauorem illius cui conceditur,& aliquam iur.cõmunis rela xationẽ , siue proprio motu siue ad petitionem sit concessum , prodest solùm impètranti, & non alteri eum non cõtingẽti.vt in.§. sed quod prin cipi. Prodest etiam litigãti cum illo vt vitetur inæqualitas:& quia videtur eum contingere:& sic loquitur.l. vlt.C.de fruc.cũ concor.& ibi.c. pen. in fi.Io.mo.ponit.xv. significationes super rubri.de iudi. quas dat per hos

versus

versus.

Actio, lis, autho. forus, arbiter, vltima velle.

Quæstio, discre. seu instan. discussio, posse, pernicies, pœna, processus iudicialis.

Actio.s.de probatio.ex literis.ff.de iudi.in tribus.insti.qui.nō est per.fa. §.preterea.Lis.ff.de pecu.quod debetur ad Treb.l.j.ij.respon.Authoritas.s.de iudi.decernimus.lxxiij.distin.c.j. Forus.de iudi.quanto.Arbiter.ij.q.vj.à iudicibus.ff qui satisda.cog.ab arbitro.s.eod.lib.de offi.delega.ab arbitris.Si enim arbiter est iudex, ergo arbitrium iudicium.Vltima velle.vt hic in glos.& C.de sacrosan.& l.hanc qō.C.de ord.iudi.l.quæstionum.Discretio.vt in glo.& ff.de iudi.l.cū prætor.& de præbend.graue.xxxij.q.iiij. origo.Sententia.lxj.distin.neophitus. de re iudic.in causis.de appel.si duobus.s.de præscrip.c.fina.ff.de lega.iij. qui concubinam.§.si hæres.& eccle. xviij.ante iudiciū & iustitiam te para.Instantia C.de iudi.properandum. s.de iudic.c.penul.Discussio.s.de ver. si.forus.in princ.Posse.ff.de iudic.iudicium soluitur.Idem potestas iudicandi. Pernicies.j.ad Corinth.xj.ibi: Qui manducat & bibit indignè, iudicium, idest perniciem sibi manducat & bibit.dicit glos.condemnationem pœnæ.l.distinct.& purgabit.in princip.In Ioan.v.capi.qui mala egerunt in resurrectionem iudicij.i.pœnæ æternæ.Processus iudicialis.s.eodem lib.de iudi.c.j.de excep.pia? Archidia. qui de hoc.aliquid tractauit.s.eo.lib. de res.statutum.§.insuper dicit quod quādoque ponitur pro tēpore.lv.dist. præcepta.pro deliberatione vel examinatione, & xix.dist.c.j.in fi.xlvij di.de Petro.in fine.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem de actore & reo priuilegiatis de certo iudice, quā omitto: quia illam posui.s.e.lib.de priuil.c.j.§.& idipsum. Sed prosequar quæstionem fratris Huberti, quā sic pponebat, Ecclesiæ collegiatæ concessit papa priuilegiū quòd præscriptio minor centenaria in suis bonis vel iuribus non currat contra eam: agit prælatus contra capitulum, vel ecōtra quorū bona sunt discreta super reg.alle.prescriptibili. quærebat an alter contra alterū illo priuilegio posset vti.hanc aūt abbreuiabo.Ad affirmatiuam.v.ad negatiuam.iiij.allegando.tertiò ponitur solutio & per contrariorū solutionem distinctio.Ad primū quod possit, inducebat ꝙ appellatiōe ecclesiæ episcopus & capitulū continetur.de ver. significa.cum tali requisisti de testa. nec mirum: quia ad corpus cōstituendum necessaria sunt caput & membra: quæ hic concurrunt, de his quæ si.à præla.nouit.facit.xij.dist.c.j.xlv. di.cum B.de prescrip.cū non liceat.Si ergo prælato & capitulo datū intelligitur, videamus contra quos datū sit, & videtur ꝙ cōtra omniū antiquum statum iure communi, priuilegio, vel alias in ecclesia laudabiliter obseruatum immutare nolentem & hoc facit præscribens: ergo contra illū competit. Ad primum inducitur.xxv.qō.j. per totum.ij.q.iij..si ea.& c.seruatis: &.c.institutionis.per quæ patet quòd euersor dicitur qui id facit: & extra ecclesiā est, licet videatur intra.xciij.

dist.si inimicus.ergo stans pro statu antiquo vtetur priuilegio cōtra præscribentē sicut contra extraneum. Secundò probatur sic. Prout se habent, singulares ecclesię ad vniuersalē, cuius sunt mēbra, ita membra singularis ecclesiæ ad ipsam ecclesiā: facit j. q.j.multi. vij.q j. Nouatianus.xxiiij. q.j.loquitur. sed priuilegio vniuersalis ecclesiæ concesso vna ecclesia vtitur contra alteram. Nā priuilegium contra præscriptionem.x.xx.vel xxx. ann.datū est ecclesię. De xl.annis.xvj. q.quas accusationes.ij.q.iij.neq; decennij.de præscrip.dist.iij. & altero vtitur ecclesia cōtra ecclesiam.vt ibi xvj.qō.iiij.volumus. Itē priuilegium rest.in inte.iure minoris datū ecclesiæ, quo tamē vna contra aliā vtitur. de rest.in integ.auditis. sic ergo vnū membrum ecclesię contra aliud vtetur priuilegio de quo loquimur. Est simile de priuil. Velleiano dato mulieribus fideiubentibus quo vna contra aliam vtitur. C. ad Velleia. si fine. Idem in Macedoniano, quo vnus filiusfa. iuuatur contra alium. ff. ad Macedo. si filius. Idem etiam in priuilegio religiosorum de non sol.deci.s. de deci.ex parte.xvj. qō.j.quæstu.nec obst.si dicatur talia priuilegia nō data collegio: quia priuilegium clericorum quoad forum, datum est collegio clericali.de foro compe.si diligenti.& tamen contra clericū vtitur clericus ille.eo.tit.c.j.xj.q.j. inolita. sic & in proposito cùm quilibet de ecclesia participet priuilegio.s.eod. lib.de priuile.per excep.dicā in rebus ecclesiæ quēlibet de ecclesia illo vti posse. ¶ Tertiò specialiter de priuilegiato sic probatur. Si minor mutuat filiofami. bene vtitur priuile.minoris ætatis contra priuilegium Macedonianum. ff. de minor.verum in fin.& l.seq.& hoc maximè quia is, contra quem præscribitur, tractat de damno vitando, & alter de lucro: quorū non est par ratio. C. de codic. l.fina.facit. xij.qō.iiij.quicunque. ¶ Quartò sic, Quod commune est duobus proficit vni contra alterum: vnde communis tutor duorum pupillorum agit pro vno contra reliquum. ff. de autho.tu. accipientis. Sic dicamus de isto priuilegio. ¶ Quintò cum præscriptio sit contra naturalem æquitatem, secundum quam pars cum aliena iactura locupletari non debet.eo.tit.locupletari. Si ergo vnus contra alium priuilegio vti possit impediente locupletatione prædicta, & sic benignior est talis interpretatio, maximè, quia res ad suam naturam facile vertitur quo olim omnes ecclesiæ gaudebant priuilegio centenariæ præscriptionis. C. de sac.san.eccl.vt inter diuinum.facit.xxxv.dist.ab exordio. ff. de pact.si vnus.§.quod si non totum, ex his concluditur, quod alter contra alterū priuilegio se deffendit. ¶ In contrarium, priuilegium quod lex priuata contra ius cōmune non plus concedit: quàm verba sonent: & restringunt ad eos quibus & contra quos & ad ea super quibus concessum.hîc patent per ordinem.vij.qō.j.petisti.de priuil.sanè. de verb.signi.ex parte.de decimis, ex parte. propter id iubetur videri & conseruari priuilegiorum tenor. de priuilegio, porrò. Sed ex tenore priuilegij, quod ponit thema, patet, tunc illud.

illud competere, cum contra ipsam minor præscriptio allegatur. Sed in terminis quæstionis non allegatur contra ipsam ecclesiam: cùm enim in re, indistinita æquipolleat vniuersali. de quo suprà de elect. vt circa. erit idem dicere contra ecclesiam, & contra totam ecclesiam. Solus autem prælatus vel solùm capitulum nõ faciunt illam totam, sed eius partem ante. de ijs quæ fi. à præla. nouit. ergo allegator præscriptionis, quàm facit alter contra alterum, non est contra totam ecclesiam: sed est membri contra membrum, ad quem casum non videtur priuilegium pertinere. ¶ Secundò sic, cum vis corporis non sit corporalium, corporis non sit singularium. de corpore. xij. quæstione secunda. qui manumittitur. & quæst. j. §. si ergo. ff. de rerum di. §. vitium. priuilegium datum ecclesiæ non est datum singularibus: singulares sunt prælatus & capitulum, cum diuisim de illis loquimur, ergo priuilegio ecclesiæ quasi sibi nõ dato alter solus maximè contra alterum vti non poterit. facit. s. eod. libr. de præben. manda. al. & sequeretur quòd qui, vt singularis de corpore, participare debet priuilegio læderetur ex illo: quod esset absurdum. vt eod. tit. quòd ob gratiam. cum concor. quòd enim, vt dixi in princi. primæ partis, prælatus & capitulum censeantur ecclesia, cui priuilegium datum est, si contra ipsorum alterum admittatur. cõtra ecclesiam inducetur. ergo ecclesia sibijpsi erit contraria inducendo istud pro se & contra se: & sic secum dissidendo nulli conueniet. xxiij. q. vij. quòd autẽ. de pœ. dis. j. §. his potestatis. de appel. solicitudinẽ. Melius est ergo. vt canon. dicit, neutrum de suis iuuari, quàm alterũ lædi. xiiij. q. v. deniq; de sepul. c. j. quod ergo cõmune est neutri prosit vel noceat. xxiiij. q. j. quoniã vetus ff. de in ius voc. communis. ff. de rap. vir. istud facit. quod no. de postula. c. vlti. nec exigat huius corporis alter contra alterum quod contra se nolit. xxxij. quęst. vj. nihil iniquus. ¶ Tertiò quod priuilegiatus cõtra priuilegiatum priuilegio non vtatur, inducit prolixè. quod not. de proba. in præsentia. in gloss. ingressus. in prin. & quod not. eo. tit. qui prior. in fi. glo. & decr. cùm dilectus. de ord. cog. ver. nos autem. ex quibus patet priuilegium euanescere substitutionis vel dotis vel spoliationis cessare contra illum qui parem causam fouet. ¶ Quartò inducitur quòd in omni scriptura ad intentionem scribentis est recurrendum. de rescr. super literis. de arbi. exposita. de præben. c. fin. Intentio verò papæ in hoc casu est, quòd per minorem præscriptionem centenaria ecclesia non cadit à iure suo. Sed quicunque vincat vel succumbat ex litigãtibus ecclesiæ nil deperit. ergo priuilegio non est locus: quia nõ est iste casus: cui voluit prouidere cõcedens: & faciant similia quæ nota. suprà de his quæ fi. à præla. cùm apostolica. in glo. Ideo, & vide quòd dixi de præben. ex literis. super versicu. egressus. post princip. ex quibus concluditur alterum contra alterum priuilegio vti non posse. Soluendo dixit prælatum contra capitulum, vel econtra, illo priuilegio vti non posse: sed

eius vſum eſſe contra omnē qui rem eccleſię ab ipſius dominio aduocaret. Dicit autem ꝙ vniuerſalium priuilegiorum quædam reſpiciunt fauorem perſonarum datum certis cauſis & in certis articulis: tale dicit priuilegiū minorū,& eccleſiarum.in reſti.in integ.ff.de minori.l.j.& per totū & mulierum in Velleiano,& filiorumfa.in Macedoniano,quæ propriè non poſſunt dici data vniuerſitati vel corpori.ſed vniuerſalia,& iſtis vtitur vnus talis contra alium talem,vt dixi,in ſecundo argumēto primæ partis.Aliud datur corpori vel vniuerſitati quam ſingularium:& iſto poteſt vti ad ſui defenſionē tam vniuerſitas quàm ſingularis ipſius perſonæ.& cōtra alios ſingulares ipſius corporis,vt etiā ibi dixi in fine.De priuilegio fori clericorū aliud eſt quod datur vniuerſitati vel corpori ipſius fauore nō partis vel ſingularium perſonarū:hoc vtitur vniuerſitas vel alius pro ipſa ne ipſius ius pereat:alter illo priuilegio non eſt vſus,vt dixi in fi.ſecundę partis:& per hoc contraria ſunt ſoluta: & vide quod dixi in quæſtione ſuper regula priuilegium.in princip.ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſecunda non præiudicat priori.*

2 *Clericus ſi diuerſorum epiſcopatuum beneficia duo habeat,vtri potius obedire teneatur.*

3 *Obligationi omni ſubintelliguntur ineſſe quatuor.*

4 *Delictum quod non excuſet ſuperioris authoritas,vbi ſit.*

REGVLA LXIX.


N malispromiſsis.Multas ſignificatiōes fidei, vide de ſum.trinit.ſuper rubrica,Expedit ſecundum vtilitatē, nec decet ſecundū honeſtatem.& de his omnibus.ſ.de voto,magnę,poſt prin. In glo.pro exēplis & materiā remittit & diſtinguit malum promiſſum à malè promiſſo.In glo.j.in fi.adē Dy. qui dicit mala promiſſa ipſo iure viciari.ff.de pac.iuregen.§.& generaliter:& de verb.obli.l.generaliter.& l. veluti.& l.ſtipulatio hoc modo.& l. plagij.& l.ſi ſtipuler.inſti.de inu.ſtip. §.quod turpi.ſedmalè promiſſa puta per dolū vel metū vitiantur interdū ope exceptionis.C.de inuti.ſtip.l.dolo.ff.de verb.obli.ſi quis cum aliter. & nihil intereſt actionem non haberi,vel haberi perexceptionem eligendam.ff.eo.tit.l.nichil.

QVAESTIO.

Hæc regula adducitur ad quęſtionem diſputatam per dominū Ioan.de Azarolis nunc epiſcopū Senateñ.qua quęrebat an ſcholaris qui iurauit creditori non exire diſtrictum Bonoñ. ante ſolutionē ſine ipſius licentia filiusfa.ex iuſta cauſa reuocatus à patre,vel clericus beneficiatus & reuocatus ab epo ad reſidentiā,vel ſimpliciter ſit periurus,quia nō obtenta licentia creditoris licet petita ante ſotionē repatriauit.Pro ſcholari inducūtur ſex,ſecundò contra ipſum alia ſex:tertiò de quęſtione eliciūtur tres caſus nō dubij,ſed dubius ſoluitur diſtinguendo & ſic cōtrarijs reſpondetur.¶ Ad primum quod non incurrit periurium

periurium inducebat.vj.vinculi prioritatem,ipsius maioritatem,subintellectam quadruplicitatem, superioris authoritatem,jurantis qualitatem,& reuereutialem possibilitatem.De primo patet quòd ipse prius obligatus erat obedire patri & episcopo:sed om
1 nis secunda † obligatio intelligitur fieri sine præiudicio prioris.eo.ti.qui prior.cum concor.probatur idem de fo.compe.c.pe.de re.cum contingat.§.eo.li.eo.ti.tibi qui.&.c.duobus.de iur.pa.postulasti.de decimis,ex multiplici.de sen.excom.si verè,& optimè.de iureiur.tua.&.c.veniens.&.c.intellecto.&.c.eam te.quæ etiam in iuramento loquuntur.Et inde quod de beneficiato duarum ecclesiarum aduocato & vasallo.no.de postu.in.c.vlti.& vlti.glos.& quod sub ea scripsi & dixi hoc titulo in regula,contractus. in prima quæstione quæ propter breuitatem nunc exprimere omitto.facit quod scripsi post Inno.de præben.cùm à iam dudum.post princ.magnæ
2 glo.De clerico † habente duo beneficia diuersorum episcoporum qui plus tenetur obedire primo: & vide quod no.Hosti.de hoc in sum.de ma.& obed.§.& ad quid obediens. ver. quid si duo. ex quibus concluditur quod ex quo tenebatur plus obedire patri vel episcopo quibus prius erat astrictus faciendo ꝙ de iure debuit, non peccauit.xxiij.q.iiij. qui peccat.& sic non est periurus.De secundo, scilicet de maioritate constat ꝙ in duobus quibus quis est obligatus,pręcipientibus contraria,maiori est obedien.viij.dist.quæ contra mores.xj.q.iij.qui resistit.xxiij.q.j.quid culpatur facit de ma.& obe.per tuas.§.eo.li.de præben.si à sede.& cle.vt lite pendẽ.c.j.ver.neutro.sed hîc habemus creditorem cui iurauit studens non exire destrictum.Ex altera parte est vinculum naturale quo quis tenetur obedire patri.j.dist.ius naturale.xxxiij.q.v.est ordo. & diuinum præceptum.exod.xx.honora patrem.facit.xxiij.q.iiij.duo ista.& quod not.xj.q.iij.quoniam multos.in glos.sed nunquid.in fi.&.xxx.distin.c.j.vel iur. communi quo tenetur episcopo. de maio. & obe.si quis venerit.de off.or.conquerente quandoq; per iuramentum.xxiij.dist.quanquã.de ver.signi.cùm clerici.Isti autem duo episcopus & pater sunt quoad debitorem maiores creditore : ergo eorum cuiq; debuit obedire : & sic non fuit periurus.De
3 tertio sic ostenditur.In † omni obligatione iuramento firmata sub intelligũtur ista quatuor, facultas rei, perseuerantia,verisimilitudo,& cogitatum.De primo patet de iur.iuran.breui.&.c.querelam.facit.eo.tit.quẽadmodum. xxij.q.v.de forma. & qõ.ij.faciat:sed hîc difficultas propter inobedientiam episcopi vel patris: ergo &c.De secundo patet quia res non perseuerauit in primo statu propter superueniens mandatum contrarium,& sic ad illud iuramentum non tenetur.xxij.q.ij.ne quis.facit de hære.c.fi.xv.q.vj.nos sanctorum.& sępe superueniens causa licere facit alias illicitum,de excep.pastoralis.§.eo.li.de elec.c.nulli de procu.c.ij.Tertium etiam patet per decr.cum iuramento non intellexit.§.per quod fieri posset inobediens episcopo vel patri,& iura

menta debēt intelligi secundum intentionem iurantis. xxij.quæstio. v. humane.de iur.iuran. veniens. ergo debuit episcopo vel patri obedire,& sic obediendo non fuit periurus. De quarta probatione,de iureiuran.c.pe. quia iuramentum non extenditur ad ea de quibus cogitatum non fuit.iste verò non cogitauit,nec cogitare debuit venire contra sanctiones canonicas. de iur.iuran. ad nostram.ergo &c.de superioris authoritate certum est quod in iuramentis intelligitur excepta.xij.q.ij.beatus.de iureiuran. venientes.de rescrip. constitutus. de do.inter dilectos. facit quod de pacto dicitur.s.dist.quæ contra mores. & de voto.xxvij.q.j.§.cùm ergo.vnde excusat etiam ab eo ad quod quis de iure tenetur,puta ad residendum in ecclesia. vij.quæstio.j.peruenit.& c.si quis in clero.de cleri.non resi.ex parte suprà eo.lib.de elec.licet canō. nam talis etiam iuramento astrictus ad id licitè abest in seruitio episcopi. de cleri.non resi.de cætero.&.c.ad audientiam. ex hoc procedit quod iurans alicui obedire non astringitur per id contra superiorem.vt not.xxij. q.v.de forma & de iureiuran.petitio. ¶ Item cùm præceptum inducat necessitatem.xiiij.q.j.quod præcipitur, & necessitas excusat à periurio.de iureiuran.querelam.ergo excusatus est iste scholaris à periurio,cum præceptum iudicis excuset à pœna.hoc eo. ti.quod quis.cum concor.Item cū iuramentum solū astringit ad possibilia & honesta.s.eo. lib.de iureiurando.c.j.& inhonestum esset episcopo, vel patri non obedire. ergo ad id non astringit cùm non vinculet ad iniquitatem,de iureiurando,quanto. nec liget in alterius præiudicium,eodem titulo,cùm contingat.confunditur autem ecclesiasticus ordo si sua cuiq; episcopo iurisdictio non seruatur.xj.quæstione prima,peruenit. facit bene ad quæstionem quod de illo qui iurauit non exire domum vel locum infrà certum tempus.not. Guil.in spec.de cita.§.j.in fi.Ad quintum.s.qualitatem iurantis adducitur quod Guil.in spe.de renun.& cō.§.j. ver.item est beneficium.vbi nota talia pacta in scholaribus non tenere. alle.C.de patri.qui fi.dis.l.j.facit.s.de pig.c.ij. non teneat. ergo iuramentum accessorium de fo.compe.si diligenti.& sic per istam regulam non est eod.titu.transgresio non inducit periurium,cum promissio fuerit hominis contra libertatem.Item clericus sine licentia episcopi,vel filiusfa. sine licentia patris peregrinationis votum non adimplent:patet primū, de con.dist.v.non oportet.De secundo. xxij.q. iiij. tribus.&.q.v.pueri. & vide quod Inno.& Ho.scripser.de voto.in glos.mag.ver.quid de impubere.qui tenent votum filijfa.etiam puberis præter votum religionis pendere ex potestate patris:& facit quod de vxore dicitur.xxiij.q. v.voluit.& c.manifestum episcopo.ergo vel patri ex iusta causa reuocanti necesse habuit studens iste parere: ergo non est periurus.Ad sextum quòd de reuerentiali possibilitate dixit inducebat quod iste fecit quod potuit petendo licentiam à creditore,& sibi & iuramento reuerentiam adhibendo:sibi

do,sibi ergo nō imputetur suprà eo. cum constat.sunt enim casus in quibus sufficit licentiam petere, licet non obtineatur; de rel. licet. & in clemen. de so.compe.c.vno.§. volumus.de sepul.dudum. ver.si verò.de ap.quamuis.sic & hic sufficiat petere,licet non exhibeatur. In contrarium quod sit periurus inducebat alia sex.s.iuramentum in se licitum debitis comitibus sociatum.s.dispensationis non susceptiuum,à mandante non præcogitatum, in sui forma purum, in transgressione voluntarium. De primo licet diuersis modis sumatur periurium. no. xxij. q. ij.in summa.de iur.iur.tua.j.propriè tamen periurus est transgressor liciti iuramenti. xxij. q.ij.c.j. ij.q. iiij. innocens. de iur.iur. querelam. &.c. cum contingat. Quòd autem istud fuerit licitum probant iura permittentia obsides dari.de iur.iur.ex rescripto. de arbit. exposita. xxiij. q. viij. vt pridem. quæ intelligantur de iurantibus stare certo loco donec solutum fuerit debitum.vt not. Inno.& Ho.in.c.de rescript.Cùm talia ergo iuramenta sint licita, facit de fid.instru. peruenit. in fin. & seruari possunt sine salutis interitu: ergo seruanda sunt. de iur.iur. si verò suprà. eod. lib. de pac.c.ij.nec excusat episcopi vel patris authoritas.xxij.q.v. qui compulsus. & duobus.c.seq.nec enim excusat in delictis superioris authoritas. xij. q. ij. quicunque. xj.q.iij. non semper. &.c. sequentibus. xvj.q.j.ij. canonibus. & q. vij. decimas. xxv. q.j. omne quòd xxxvj.q.ij. nullus. & specialiter tempore, facit quod not.xxij.q.v.de forma.Sic si fuit licitum & seruari potest sine peccato, nec excuset superioris authoritas.nec præ.c.ij.de re. ecc. non ali.c.ij.Imò non sufficeret episcopum scire, nisi dispensaret,& se hoc velle exprimeret.De hoc de scis. c. fina.sed cùm papa dicit quòd non vult aperire viam periurijs. de iur. iur. cùm contingat.nec dare licentiam veniendi contra iuramentum.eodem.titu.si verò.&.c.mulieri. multo minus hîc debet velle episcopus vel pater iurantis,dato quòd hoc possent. Ad quartum, nemo de prauitate iuramenti, in quo fuit nulla conditio,& quæ sine conditione pro mittuntur.&c. xxxij.quæstio. vlti.c. vno. & etiam Hostien. seruanda est fides.xxiij.qō.j.noli.xxij.quæstio.iiij. innocens multo fortius benefactori & creditori. Peccatum ergo mortale quod committitur in transgressione fidei iuratæ propter timorem episcopi vel partis vel grauaminum,quę per eos possent inferri,committi non dicit: cùm potius quis debeat omne malum pati, &c.xxxij. quæstio. iiij. sanctius.&.quæstio.v.ita ne.de restit. spol.litera quòd met. causa.sacris.de senten.excom. inquisitionis.Ad sextum,de propria voluntate veniendo certum est quòd iste voluit transgredi, quia non ponimus arctationem vel coactionem absolutam: & dato quòd poneremus conditionalem,includit tamen voluntatem.xv.quæst. j.merito quæritur. ergo est periurus. Inducitur quod scripsi post Ho. de censi.significauit.super.ij.glo.quando scilicet. iudex præcipit debitori,qui

iurauerat soluere,ne soluat creditori ibi dicit iuramentum seruandum.Itē iste perplexus inter iuramentum,& contrarium præceptum episcopi vel patris debet eligere vnus malum ꝙ est potius obedire deo quàm episcopo vel patri.xiij.di.c.j.& li.cum illis non sit obediendum,contra iuramentum prius licitè factum.de iud.c.veniens. & si dubitaretur an esset licitum,authoritas papæ requirenda est. de elect.venerabilem. quod dictum est de petitione licentię non iuuat in iuramento præstito homini,necesse est illud impleri,nec sufficit istud in melius commutari.sicut in iuramento præstito deo.de iur.iur.peruenit. necesse est ergo iuramentum homini præstitum impleri,vel ab ipso absolutionem haberi:quod esse potest, de iur.iur.c.j.de censi.significauit.de spon.præterea.ex his omnibus concluditur eum periurum.Soluere volens, meum morem allegans, excludebat primo tres casus non dubios. primus cum scholaris in fraudem creditoris procurauit vocationem sui, quo casu periurus est,de offi.delega. pastoralis.in fin.& de pœ.cle.multorum.versicu.ill.pœnam.&.l.j.allegata.ff.si quis cau.l.j.in fin.Secundus,si potuit debitum soluere,& sic vtriq; parere,tunc dicitur voluntariè contra iuramentum venisse,& sic est per iurus,de iur.iur.querelam.& vide ꝙ no.in dicta dec.pastoralis. c.vlti.in.j. glos. Tertius quando ipse scholaris prius per iuramentum se obligauerat episcopo vel patri ad reditum vel ad obedientiam.In duobus enim iuramentum licitum,primo præstitum præfertur secundo.de iur.iur.veniens.&.c.intellecto faciunt: vt not. eo.titu.licet suprà eo.lib.& sic remanet dubium quando studens nō astrictus patri nec episcopo per iuramentum,non procurans etiam reuocationem suam, nec soluere volens repatriauit:& tunc distinguit aut de licentia episcopi vel patris erat in studio, aut siue licentia.Primo casu siue licentia fuerit indeterminata,noua,stringens eum ad reditum ea die, nec excludere potentiam faciendi mutuum , & pro studij necessitatibus illud contraxit , arctat illum ad iuramentum, cùm ex datione licentiæ omissa videantur concessa, sine quibus &c.vt dixi suprà parte secunda . In secundo membro ver , item debet habere valeat ergo indissolubiliter factum de tali tacita licentia , quod aliàs sine licentia factum non valuisset,sicut de facto futuræ successionis dicitur quando fit de voluntate eius,cuius erat hæreditas.C.de pac.l.vlti.Secundo casu sicut eum non obligatum episcopus poterat saltem ad residentiam reuocare, de cleri.non resi.ex parte.cum ca.sequen.& pater etiam saltem ex iusta causa,vt ponit thema:sic & obligatum,cùm patri vel episcopo per iuramentum præiudicare non potuerit ; quare ad ipsorum mandatum reprimendo periurium non incurrit, per prius allegata:maximè quæ dixi in ver.ad quintum,cap.qui compulsus . cum sequentibus , loquatur de his qui ad præceptum dominorum iurant falsum:illi enim non excusatur:quod dicitur quòd in de-

lictis

lictis nõ excusat superioris authoritas:verũ est cùm præcipit superior id quod de se est delictũ, vel cũ præcipit quod ad suum non spectat officiũ,vt no.b.e.ti.in regula,quòd quis. & bene facit quod no.xx.q.ij.in sum. in fi.vbi nota filium nõ peccare obebiendo patri,cum canonis authoritate id facit. Ad reliqua contraria sic sit distinguendo responsum.

SVMMARIVM.

1 *Obscuris in rebus quid sequendum, & & nu.2.*
3 *Reipublicæ causa puniuntur malefacta.*
4 *Homicida ex quo statim intelligatur ante perpetratum homicidium.*
5 *Principium suo fine noblius*
6 *Delictum vnum plures personas tangẽs, quomodo vnicuique in solidum tribuitur.*
7 *Forum vbinam sortiatur quis in contractibus & nu.8.*

REGVLA XXX.



IN obscuris Prima gloss. dicitur bene sumpta,&ponit exempla.Secundò ponit præambula regulæ & ipsius rationem.Tertiò reticetur per contrarium,de mediocritate sequenda remittit,& soluit solutionẽ, obijcit,& respondet,& declarat.¶In.j.gl. ibi semper in obscuris.sequitur quod minimum sequimur:& ibi semper in stipulationibus sequitur,& in cęteris contractibus sequimur quod actũ & est,si non apparet quid est actũ, erit consequens vt id sequamur quod in regione,in qua id actũ est,frequentatur.
1 Quid†ergo si neq; regionis mos appareat,quia varius fuerit? Ad id ꝙ minimum est redigenda est summa: & ibi:in obscuris inspici solet quod verisimilius est,aut quod plerumque fieri solet:& ibi:legato & homine,legato debetur: nec præstat optimus nec pessimus:& ibi:qui laudẽ.qui habet tres laudes maximam,minorem, & minimam:si legat minorem illam mediam legasse videtur. & ibi. §. si verò & §.fi.legans certum numerum seruorum illis non specificatis, mediocres legasse videtur. & ibi: fideiussorem. fideiussit pro illo qui dicit triticum sine adiectione bonitatis: quodlibet triticum dando liberatus sum.In.j.glo.ibi minimũ. & si alicui lego quartam partem habet vnus hęres,& partes hæredum sunt inæquales,videor minimam legasse.eo.tit.si ita relictũ.& l.qui concubinam.§. ij. cũ ita.secundum dy.& ibi nõ potest. Item hic Dy. per modũ obiectionis, & ibi tacitè vide quod post Dy. dicã ĵ.eo.inspicimus.in textu.& super fin. glo.& ibi.vbi de hoc.& distinctionẽ ibi positã plenè prosequitur hîc Dy.
2 tractans† etiã plenè quando in contractibus,& quandó in delictis locũ habeat hæc regula:& hoc vltimum prosequendo dicit ꝙ si certũ est delictum id est, non constat illud esse permissum locus est regulæ:quia sequimur minimum. l. absoluendo. ff. de pœn.absentem.si verò certum est delictum,sed qualitas ignoratur, vt quia vim fecit, sed nescitur aut cum armis,vel sine, sequimur non minimũ scilicet,ꝙ sine.ĵ.e.in pœnis, cum concor.vbi ratio,delictũ, & qualitas sunt certa;sed incertus animus delinquentis, sequimur non minimum: sed,quòd durius est scilicet,quòd ani

mum habuit delinquendi, ex quo ad delinquendum est humilis,& hoc inducit facti atrocitas.C. de sica.l. j. de iniur.si non conuicij.vbi autem delictum & qualitas sunt certa, sed persona incerta,vt quia nullus deprehẽditur fuisse in actu delinquendi, sequimur minimum, absoluendo, vt prius dixi per.l.absentem.Si verò plures fuerint in actu delinquendi, cùm ignoratur quis deliquerit, tunc non sequimur minimum.quia omnes puniuntur.ff.ad l.Aquil.itẽ mela. §. sed si plures.& no.ff.ad l.cor.de sic. super rubrica, huius ratio.quia omnes apparent esse culpabiles ex quo fuerũt in actu delinquendi:facit.xxiij.q.vlt. c.vl.& quod dixi de homic.sig.ij. super.ver.in hoc dubio.Est etiam secũdum Dy.ratio † quæ suadet male-
3 ficia puniri contra tales, qui priuatã defensionem prætendunt:& sic publica præferenda. ff. pro socio,actione. §.labeo.& in auth.de ver.ali. §. quia vero. & ibi cum similibus.vide decr. quãtò. in tertia gl.& de fil.pres. literas.in vltima gloss.

QVAESTIO.

Hæc regula bene instruit quando in obscuris habetur minimum, sed occurrit quando dubietas non est ibi minimum,vt in quæstione hic & Paduæ disputata.In qua dubitatur,quis sit iudex delicti,qui in diuersis terminis proponitur,& primo sic exẽptus in loco exempto manens, proiecit lapidem, per quem percussit stantem in loco non exempto,quæritur an ordinarius loci,an prælatus ipsius exẽpti huius delicti sint iudices.Hęc fuit quæstio domini Aegidij Cremoñ.sed vt quos coniunxit vterus hoc coniungat calamus. Sciendum quòd ipsius frater D. Karlinus legũ doctor, hodie in curia Romana excellẽs aduocatus,dũ Paduæ legeret, quæstionem ampliauit ad iudicẽ contractus sic dicens,Primus existens in Paduano districtu iuxta fines ipsius,aliquid cum secundo vel in secundum existẽtem,in territorio Teruisino egit,propter quod factus est reus: quare alia ratione illius talis actus sortitus sit forum.Pro declaratione duo subdebat.s.reum dici & à re quæ petitur,& à reatu super quo impetitur. De hoc suprà.de ver.sig.si forus.ver.reus.vbi etiã dixi secundũ quod quis diuersis modis sortitur forũ, inter quos sunt hij duo,cùm contrahitur, vel delinquitur in loco. suprà de for.compe.c. fin.cũ concor.ponit igitur terminos, cùm primus immisit in se auidum gladium, lanceam, vel sagittam, vel cum illo contraxit: propter quod dubitatur cuius iudicis sortitus sit forum.hanc autem multum abbreuiabo mente retenta.¶Et primò remittam & ponã quod pro principio primus allegat,iungẽs quatuor quę allegat secũdus.secũdò ponã quod profine allegat primus,& sex quæ allegat secundus.Tertiò ponam solutionem quæ de iudice delicti concordat. Itẽ solutioñ.secundi de iudice cõtractus in fi.ponitur opinio.Ad vtranque partem adducuntur glo.quæ tractant de initio & fine sectando, & iura in eis inducta scilicet. s.de elec.dudum.j.in gloss.ista tria.& de cen.c.iij.in gloss. ij.cum

ij.cum suis remiss. Item ea quæ scripsi in quæstione porrorum.eo.tit.qui prior.& in quęstione quā posui super regula,factum legitimè.sed specialiter pro principio alllegat Aegi. in maleficijs voluntatem spectari non exitum,de senten.excom.cum.voluntate.ff.de sica.l. Dynus ex corde. ij. procedunt adulteria, furta. & huiusmodi.xv.q. vj.c.j. in fin. xxxij.q.v. in proposito.&.c.sicut enim vnde Cain ex post cœptum homicidium, priusquā illud committeret vt homicida damnatus est à deo.de pœ. di. j. nunquid Cain.& videtur quòd semper in

4 homicidio voluntas † exterius per aliquod opus detecta, incontinenti facit quem homicidam: & idem in alijs casibus,de quibus de pœ.di.j.circa prin.in legibus canonizatis. Idem affectus plus consideratur quàm effectus.de biga.nuper.ad fin.hoc Aegi. sed Karlinus copiosius allegans,probabat principium considerari, cùm dubitatur an de pluribus actio detur ff.de po.l.j.§.si seruus.de verb. oblig. si filius. idē cùm dubitatur an detur. ff.ad Macedo.si tamen sciente de cōstituta pec.Item verba §.perinde,vel quæ detur.ff.de po.l.j.§. idem Pomponius.& man.igitur si procur. j. responso. vel in quantum detur. ff. de nego. gest. Pomponius. in negotijs. sic & in delictis vt sciatur ipsorum qualitas.ff.de fur.qui iniuriæ.in prin. & quæ pœna debeatur.ff.de pœ. l. j. de adulte.quòd ait lex.§. fin, sic & in iudicijs.de fo.compe. proposuisti. cū concor. Inducebat secundo quòd

5 cùm principium † cuiusq; rei sit potissima pars. ff. de origi.iur. l. j.& sic sit nobilius suo fine: quod pater quia principium potest esse sine fine,& nō cōuertitur:& hoc ad sensum percipitur. Et duobus autem coniunctis potentius trahit ad se minus potens. ff. de aur.& ar.l.& si nō sunt.§.peruenia mus.ff.de acquir.re do.quicquid.§. si. ergo,&c.

¶ Tertiò inducebat quando principium & finis habent diuersitatem loci, habetur perinde ac si in loco principij fuisset perfectum: adducitur.ff.de hære.insti.l. asse. & de condi.insti. l. institutio talis quid dicat. vide in cle. de procur. religiosus. in vlti.gloss.

¶ Quartò arguendo de tempore ad locum,sicut vno tempore inchoatū & alio perfectum habetur pro perfecto tempore inchoationis. ff. ad l. Aquil.huic scripturæ. §. si manumissus.& l.ait l.lex.§.quòd si mortifere. & de damn.infec.damnum. §. sabini. sic quoque ad casum dicamus de loco.

¶ Item ostenditur cùm inchoatum reseruatur in euentum alterius temporis cōfirmandum.ff.de pœ.& commo.rei.ven. l. necessario. aliàs incipit,quòd si pendente qui po.in pi.ha. qui balneum. j.ij. & iij. respon. & l. potior.de re militari quod dicitur.de fideiu. si à reo. §.sub diuersis. Ad contrarium allegabat Aegi.effectum præponderandum qui fuit in loco non exempto, vel in territorio Teruisino de pœ. di j. §. hæc autem verba. de cler. non resi. relatum. & ibi concor. in.iij.gloss. Item in bono consideratur finis & perseuerantia: quia non qui inceperit &c. vij.q.j.

vij. q.j. ſuggeſtum. ergo à ſimili per contrarium debemus dicere in malò.vt.ſ.plus conſideremus finẽ, ſicut in cautione de ſtando iuri voluntas non ſufficit de eo qui mit. in poſ.c.j. cum concor.optimè facit.ſ. eo.lib.de elec.perpetuò. vbi etiam conſenſus expreſsè præſtitus in ſcrutinio non inducit pœnam decre.cùm in cũctis. niſi ſequatur electio.Inducebat etiã quod ſcripſi poſt Vincen. de immu. ec.c.vl.de illo qui extrà cœmæteriũ manens trahit ſtantem intrà:& quod de vulnerato extra eccleſiam, qui fu git intra,no.ſ.eo.lib.de con.ec.c.vno. in tertia gloſ.quòd etiam not.Hugo. & Laur.de cõ.di.j.eccleſias.per.l.huic ſcripturæ.ff.ad l.Aquil.inducebat vltimo.ff.de minor.l.iij.§.j.verſi.ſi minor iudicium inchoauit,& maior factus ſententiam contrariam reportauit,non reſtituitur: & ſic finem & effectum ponderamus.Ad primam tamen partem inducitur ea.l.§.ſcio.ſecundum Aegi. ſed Karlinus inducebat quòd tempus ſententiæ ponderamus in abſoluendo vel condemnando,& non tempus lit.conteſt.ſ.eo. de re iudi.abbate.§.porro.& ibi concor. quod quomodo intelligatur patet.e. titul.§.cæterum.ſic ergo hîc quo ad forum in tali certo delicto ponderãdus eſt finis:facit. vij.q.j.§.ſuggeſtũ. §.ſi ſer.expor.no.l.moueor.nã ad finem omnia referuntur.C.de na.lib.l. impe.ad fin.& vide quod dictum eſt, Exitus acta probant.vt not.ff.de iur. fiſ.non intelligitur.§.quoniam autẽ. & à labia caſu deſcribendi eſt. ff. de teſta.tu.l.iur.noſtro.§.fi. ad ſimiliter exhæredatus.j.reſpon.

¶Secundò æquiparabat imperfectionem nullitati id eſt, actui qui nullus eſt.ff.de iniuſ.rup.& ir.teſt.l. ij. inſti. qui.mo.te.in fi.§.ex eo. inde dicitur nil actum videri &c.C.de ſill.l.pe. in fi.iniuſ.not.vt caut.l. fi. ſicut ergo ex actu nullo non ſortiretur quis forũ, ita nec ex imperfecto. ¶ Tertiò quia tempus inchoationis trahimus ad tẽpus perfectionis:patet in Macedo.ff. ad Mac.ſi filiusfa.§:fi.de ver.ob.quidam.cùm filium.§.fi.de fideiuſ. ſi debitor.§.ſi filius & man.ſi vetò nõ remunerandi.§.filio.per quẽ patet cõtractum incœptum per filium fa. ex quo per numerationem perfectus fuit,eum eo facto ſui iur.haberi perinde ac ſi fuiſſet etiam inchoatus tempore numerationis.

¶ Quartò tenendo quod dixi prima parte de actu potentiori, dicimus finem potentiorem ex quo habetur actus,integritas,& perfectio, & eſſe rei,ſine quo ipſum principium nihil facit.ff.ad l.fal.ſi is qui quadringenta.§.ſed & ſi opus.

¶Quintò contra id quod prius dixi. Quartò arguendo de tempore ad locum,inducit.ff. de do.inter virum & vxo.ſi eum. §. fin.vbi valet donatio viri ad vxorem facta tẽpore prohibitionis ex quo effectus cõfertur in tẽpus permiſſum: ad idem. ff. de hære. inſti. & in tempus.facit etiam. ff. de iudi.hæres abſens. §. fin.de actio. & obliga.l.contraxiſſe. Nam confertur hîc principium ad fin. ſic & in ſortiendo forum, illius loci reſpectus habebitur.Vltimò dicebat quòd cum actus actiuorum ſint in patiente, ſecundum ipſum patiens debet

ponderari:

ponderari:sed id fuit secundum themata in loco non exempto, vel districtu Teruilino, ergo &c. Primum probatur quod & qualitatem patientis attendamus, quia surripiens rem sacram committit sacrilegium: surripiens prophanam cōmittit furtum. xvij.q.iij.quisquis.& not. ff. ad l.iul. pecul.l.diuus.facit.ff. de furt.l. si falsus.§. qui alienum & §. si quis spōte. Item ex varietate patientis. dec. vel negatur actio aquæ pluuiæ arcendæ. ff.de aqua plu.ar. l.j. §. apud Labeonem. locum ergo, vbi erat patiens, in hoc casu ponderare debemus. Solutio cùm quærimus de delicto ambo concordant ne maleficia remaneāt impunita. Vtrunq; esse iudicē. scilicet prelatum exempti vel Paduanum respectu principij, & quia sub eo perficit delictū quo ad se.ad quod allegatur de presump.c.j.ibi:qui mittat.& quod ibi nota.in j.glo.& ordinarium loci vel Teruisinum respectu finis & effectus:& sic conceduntur quæ pro qualibus partium sunt

6 inducta:sicut ergo vnum † delictum plures personas tangens, vnicuique insolide attribuitur.ff.ad l. Aquil.ita vulneratus.§.fin.& de fur.l.vulgaris. §.si duo.sic vnum delictum plura territoria tangens, cuique territorio attribuitur insolide. Inducitur. C. vbi de cri.ag.oportet.l.j. prout ibi exponit glo. sic etiam insolide.ecclesiasticus & sæcularis sunt iudices miserabiles personæ.vt no.lxxxvij. dist.c.j. & xij.q. j. c.j. sic duæ potestates sunt in eodem officio.C.de of.præfe.vr.l. j.facit suprà de offic. leg. c.j. de præsump.literas.cùm concor.j.glo.sic & vestibulum, vbi duo ædificia tanguntur, vtriusque censentur insolidum. ff.communi.diui.arbor.§. vestibulo. non tantùm intelligas vnumquenq; pœnam insolidum imponere posse, sed reo per alterum præsso, præcluditur alteri potestas præmendi. quia non iudicabit bis Deus in idipsum, lxxx.dist.presby.xiij.q. vlti.c. vlti.ad id de offic.leg.licet.de accu.de his.ff. nau. cau. sta. l. licet. dicebat tamen Aegi. quod cum comparationem fieri oporteret, præferret primum, cùm statim iaciendo ex inordinato affectu delinqueret: nec potest negari quòd puniendus esset, dato quod nō percussisset. Iactus ille facit quod dicam ibi:in regula,in pœnis.& percussio secuta non est per se delictum, aliàs essent duo delicta. sed est præcedentis effectus delicti deriuati à præcedente causa:alleg.ff.ar. fur.cæ. si plures.§.fin.In contractu autem & eius foro dicebat do. Karlinus ponderandam consummationem contractus.vt si vnus dicit promittis.x.& alter respondit promitto, vel vnus dicit vendo tibi talem rem pro x. & alter respondit emo, vbi erat ille contractum sic in instanti perficiens, ibi

7 forum† sortitus erat vterque.non enim sicut in delictis res inchoata per se ipsum subsistit, cùm nullius effectus esset interrogatio sine respōsione secuta.ff.de verb.obliga.l.j.§. qui cùm præses. Ponderetur ergo locus vbi perfectionem & omne recipit inducit. ff. de auth. tuto. obligari.§. tutor.& glo. ibi:quid, si pars. & §. fi. prædicta intelligit vera, nisi essent personæ quæ ratione cōtractus non

sorti

ſortirentur forum.de hoc,ff. de iudi. hæres.§.j. vt vbi actum fuiſſet de ſolutione facienda in altero prædictorum locorum,vel in loco interdicto. ff.de actio.& oblig.contraxiſſe.nam illo loco contraxiſſe videtur, vt ibi. Præter caſus autem illos ſimpliciter contrahendo, licet ibi ſoluere non
8 permittat,ſortitur † ibi forū,vbi perfectus eſt contractus, licet quidam contra, quod ipſe improbat:quia ſecundū id viator in quo ſpeciale eſt, quòd non ſortitur contrahendo, ſi promitteret ibi ſoluere, non poſſet ibi conueniri:quod eſſet abſurdum. Dicit autem quòd ſecundum prædictam allegationem ſolutio opportuna non eſt. Et ſciēdum quod conceſ. in decreta.fin. de foro cōpe. in quæſtione illa, qua de delicto quæritur, tenuit quod vtriuſque loci iudices debeant conuenire:allegat de reſcri. paſtoralis.de ſententia excommuni. cùm illorum.& de hoc dixi ſuprà eo. lib.de priui.c.j.poſt princip.

SVMMARIVM.

1 *Haeredis loco qui habeantur.*
2 *Poſſidentis quando melior ſit conditio.*
3 *Res in mercedem data partim ob turpem cauſam, partim ob honeſtam, an repeti poſſit,& nu.7.*
4 *Duorum ſi alterum noceat, alterum verò proſit,quod nocet,inſpiciendum, & numero 5.*
5 *Beneficium petendi conceſſum propter indiuiduitatem in vna parte vel in vna perſona,an extendatur ad aliam.*
6 *Incapax ratione communionis & ſocietatis ſit capax,& nu.8.*

9 *Repetitioni in re dubia melius fauetur, quàm aduentitio lucro,vbi & benignior interpretatio eſt facienda.*

REGVLA LXV.


N pari delicto.Ioan.mon. in decre.ſuprà eod. lib. de teſti.c.j.dixit regulam locum habere in his quæ in ſe ſunt turpia:vt occidere, & furari: vbi verò & factum in ſe non eſt turpe ſed qualitas rei adiectæ, vel perſonarum, facit illud turpe, tunc non eſt melior conditio poſsidētis:quod dicit probari de Simo.veniens.& ratio redditur.ff.de cōditio. ſine cauſa.l.auunculo.j.& ij. reſponſo. & hîc dicit quòd allegatio ibi poſita facit pro regula,licet deciſio videatur facere contra,plus reſpexit factū,quàm qualitatem,ne agens eſſet in damno: loquitur. l. de pecunia data nomine dotis per neptem auunculo,quę permittitur repeti quaſi ex nulla cauſa data: dare ergo non eſt prohiberi, etiam in ſpiritualibus: ſed adiectio facit illud tempore, quando ſcilicet datur ex pacto vel ex taxatione,quæ habet vim pacti: & ideo repetitur. facit ſuprà de magi.c.ij.& vide quod not.de Simo.de hoc Ioann.Andr.

Prima glo.dicit vnde ſumpta: in vtroque membro ſit ſumpta:& vtriuſque membri ponit exempla:obijcit ad vnum exemplum:& ſoluit.Secundò not.ſignat contrarium: &,ibi remittit. In prima gloſ. ibi:cum per delictum.ſequitur eſt duorum, ſemper oneratur petitor. & melior habetur poſterioris cauſa, ſicut fit cùm

dolo

dolo excipitur petitoris:neque enim datur replicatio petitori : aut si rei quoque in ea re dolo actum sit, illi debet permitti pœnam petere,qui in illam non incidit.& ibi:in pari causa. Sequitur, possessor potior haberi
1 debet.Hi qui† in vniuersum ius succedunt, hæredis loco habentur. ¶ In j.glo.ibi.si secundum Stichum. aliâs incipit.si Stichum.aliâs incipit si Stichum seruum.& ibi prosequitur Dy. ponit exempla.l.ff.de publi.l.si autē.
2 §.si conditio.vbi† melior est conditio posśidentis, quando nescitur cui res primò fuerit obligata.& in fi.dicebat hîc Dy. cuius verba scriptor ponit ad literam, quod quia hæc regula habet multa contraria ad ipsorum concordiam,sic erat distinguendum, Aut pro puniendo dolum vel culpam agitur criminaliter,aut ciuiliter:& si criminaliter, aut est idem delictum autoris & accusati, aut diuersum:si idem,repellitur accusator: quia in l. dolosus doloso. C.de liber. cau. l. si filium.de testi. quoniam. de hære.tit.quoniam duo inter se.Si diuersum, aut proponitur in modū accusationis,aut exceptionis:si in modum exceptionis, auditur opponens antequam nomen eius inter eos fuerit receptum:postea verò non auditur,etiam si maius crimen opponat. ff.de adult.l.ij.§.quod hic dicit. & §. si publico.& §.extraneis.& l.si maritus. §. præscriptiones. Si in modum accusationis,aut de principali,aut de minori,vel maiori : si de maiori,auditur antequam nomen suum sit scriptum inter reos. C. qui accusa. non pos.l. j. postea verò nullo modo auditur : etiam de maiori.ff. de pu.iud. is qui reus.& ibi nota.si pari vel minori auditur non nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur.C. qui ac. non poss. l.neganda. Si ciuiliter aut vterque est in pari culpa, & tūc huic inde compensantur, siue circa idem, siue circa diuersa reperiatur solus sine culpa.ff.solu.matr.l.viro.& l.mulier.de dolo.l. si duo de eo per quem factum est.l.fi.§.si stipulator.de contrahen.emp.l. domum.ne quid in lo. pu.l.ij.§.idem ait. quod vi aut clam. l.si alius.§.bellisśimè.& l.vlt. §. si ad ianuam. de do.ec. l. apud Cellum. §. Marcellus. aut vnus in dolo, alter in culpa,& tunc circa idem non fit compensatio:quia dolus præponderat culpæ.ff.ad l.Aquil.Item.§.fi.& l. qui foueas.§.hæc actio.& l.si putator.si circa diuersa fit compensatio, cùm non teneatur vterque ad quantitatem:vt ff.de compen.l.si ambo.& ibi nota, si vnus in lata culpa,alter in leui, præponderat lata:cooperatur dolo.ff.depo.l.quod Nerua.& si mens.fal. mo. di.l.lata.§.planè.& si quis ex lib. esse ius.fur.l. j . § . non autem. si vnus in leui,alius in leuisśima, præponderat leuis circa idem, vt dictum est suprà in casu simili : secus si circa diuersa non sint inuicem debitores in quantitate.ff.eo. cùm par delictum. Item si vnus in leui in faciendo, alter in leui in negligendo, præponderat leuis in faciendo:& ideo non compensatur, nec est melior conditio posśidentis:vt plenè nota. ff. soluto matrimonio. l. si mora. Dyn.

Huic

QVAESTIO.

Huic regulæ cōuenit legistarum quæstio quam dominus meus dominus Martinus disputans, sic proponebat. glos. in l. vbi autem. ff. de condit.
3 ob tur. cau. sic quærit. Pone † dedi tibi rem indiuiduam ob causam partim honestam & partim turpem, verbi gratia, dedi bouem vt Capuam vadas, & hominem occidas: neutrum fecisti: repeto. quia Capuam non iuisti: quod honestè fieri potuit: & tu vis retinere quasi turpiter dederim: quia dedi vt hominem occidas: quæritur de repe. quid iur. an in totū repetatur, an pro parte. Ad quamlibet harum partium vna ratio allegatur, & datur solutio. si seruus. disputans ad negatiuam: allegat quatuor. & vj. in contrarium: & soluit distinguendo. Sed primum videtur dicendum quòd totum repetatur, quasi turpis conditio habeatur pro non adiecta. ff. de condi. inde. quæ sub conditione. supra de condi. appo. c. j. & vlt. Item quando quis clam vel palàm rogatur, præualet quod palam. ff. de iur. fi. non intelligitur. ita & hic præualeat adiectio honesta. Solutio videtur ꝙ nil repetat, quasi hîc fuerit vna causa tantum. ff. de condi. & demonst. l. hæc scriptura. cuius pars est turpis, tota debet censeri turpis: ar. ff. de legi. l. etiam si partis. & de rebus dub. l. si is qui. §. vtrum. vnde repetenti obstare dicitur turpitudo. Tertiò videtur dicendum quod pars repetatur. nam si tota esset honesta, totum repeteretur: vt ergo idem iur. sit de parte. ergo &c. Et si dicatur, res est indiuidua, repetatur totū conferendo partem æstimationis. ff. de leg. ij. cùm filius. soluendo dixit repetitionem locum non habere rationibus præmissis: maximè quia sicut vtrūque fecisset accipiēs & sic occidēdo deliquisset, non repetendo: vnde si abstinendo & non deliquēdo restituere teneretur, esset melioris conditionis delinquens quam non delinquēs, quod esse non debet. in auth. de resti. & ea que pa. in fi. coll. iiij. dominus Petrus de cernetis disputans postmodū eandem quæstionem plenius prosecutus est, allegans ad partem quod non re-
4 petat: quia in † duobus, quorum vnū nocet & aliud prodest, inspicitur ꝙ nocet. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. l. Fulcinius. §. quia. Et ad similia. si quis in graui. §. fi. et merito, ne prætextu liciti veniatur ad illicitum. ff. de offi. præ. illicita. §. illicita. cum similibus ibi not. ¶ Secundò propter difficilem separationem liciti ab illicito prohibetur quis à toto. ff. de aqua quo. & æsti. l. j. §. item quæritur. Item quia, de aqua plu. ar. l. j. §. item sciendum. in fi. & §. sed si vicinus. & l. iij. §. fin. ¶ Tertiò propter communionem delictum socij extenditur ad socium: sic ergo hîc delictum in parte extendatur ad illam partem. ff. si quis cau. l. si duo. de arb. si duo.
¶ Quartò in communi debito donatio prohita in personam vxoris extenditur ad correum, vt ei non prosit, si vxori fiat acceptilatio. ff. de do. inter virum & vxorem. l. si sponsus. §. j. hæc repetitio prohibita in vna parte extenditur ad aliam. inducitur hæc regula. & hoc eo. titu. cùm quid vna cum ipsarum concor. In contrarium

xium de duobus,quorum vnum nocet aliud prodest,inspicitur quod prodest de iur.si.non intelligitur.§.si quis pa lam.cum si.ibi not.& s̃.qui si.sint le, ex tenore.vnde ratiõe admitti in quo non versatur delictum,subuenitur in eo,in quo versatur,quãdiu durat inse paratio.ff.de sta. Imperator.de pœ.l. peregrinatio.C.de app.pręcipimus.in fin.ibi.eodem modo,&c.¶Solut.pro-
5 pter†indiuiduitatem beneficium petendi concessum in vna parte vel in vna persona.extenditur ad aliã partem vel aliam personam,& victoria prodest.ff.si serui.ven.l.loci.§.si fundus.& l.si de communi.C.si vnus ex pluribus.l.j.& ij.ff.de appella.separatim.§.fi.& s̃.de appella.vna & eadem ratione delictum vel negligentia in parte & ab vno socio commissa releuantur propter socium qui non deliquit vel neglexit.ff.quemadmodum ser.admit.si communem.& l.præce. & l.nam satis.§.j.ibi:si verò.&c.& vide quod not.s̃.eo.lib.de iur.pa.c.vno. in vltima glos.& quòd super ea dixi. ¶Tertiò,si liberum hominẽ,qui ven debat ad precium participãdum,duo emerunt,quorum alter sciebat,alter ignorabat,propter delictum patiẽtis se vẽdi ignorãtia vnius releuat scientem:& quia libertas vel seruitus non potest pro parte competere.ff.de lib. causa.liberis.§.si duo.& l.duobus.& vide quod notatur de clandesti.despon.cum inhibitio.In glo.& ita hic ratione partis,in qua nõ deliquit,admittatur ad petendam partem in qua deliquit,maximè quando fuit turpitudo in possessore, sicut in petitore.
6 ¶Quarto ratione † communionis & societatis non capax capit propter capacem.ff.de libe.lega.l.si is qui duos. fortius propter indiuiduitatem partis,ad quam est capax,ad illam cuius non est capax,repetet vtramq; : nam eadem ratiõe pretextu permissi permittitur prohibitum.ff.de dona.inter virum & vxorem.si sponsus.§.generaliter. xiij.qõ.ij.non æstimemus. Nam etiam indiuidua repetitio partis indebitè solutæ ad aliam partem extenditur.ff.de condi.indebi.si non sortem.§.si cẽtum.fortius hic vbi est indiuidua:quia id de quo magis.&c. C.qui ætate.l.si.lib.x.s̃.de electione.
7 cùm in cunctis.¶Quintò†papa Partem,quam dedit ob causam turpem, non posset etiã petere reliquam,propter indiuiduã puniretur in quo non deliquit quod esse nõ debet.ff.de his quib.vt indig.rescin.& l.hæres.ad le. falcidiam.l.hereditatum.§.j.s̃.de his, quæ si.à ma.par.cap.c.ij.in fin.Sextò quandocunq; nihil sine captione &c. ff.eo.quandocunque nihil.C.de inof. testa.l.omnino.ff.de dona.except.l.si procura.rei.sed tale est hic.ergo &c. ad prædicta faciat de sepul. sacris:&
8 quod ibi not.Soluebat † per vltimo allegata & potissime per.l.quoties. alleg.in fi.quod repetitio propter indiuiduitatem detur in toto,& hoc si in ea parte versetur turpitudo recipientis.Nam iste certat de damno vitando:ille de lucro captando.nam & talia dicuntur lucra. ff.de calumn.in
9 hæredem,& in re†dubia melius faueatur repetitioni quàm aduentitio lucro.ff.eod.titul.non debet.§.in re dubia.& ibi etiam benignior interpretatio fieri debet.eodem titulo.ea

quæ in partes.§.in re dubla. Et hoc intelligit cum ex vtraque parte fuit turpitudo in recipiente,& in altera tantùm in dante:& tunc merito fauendum ei qui minus deliquit, nec est ibi par delictum:& sic nō obstant contraria:& hæc regula,vbi not.datur repetitio ex vtraque parte rei datæ,si fuisset honestas in recipiēte,nō datur repetitio causa secuta.ff.de condi.causa da.per totum.vel & causa secuta si turpitudo fuit in solo dante. ff.de condic ob tur.cau.l.iiij.si verò honestas ex vtraque parte non fuit in recipiente,sed in ea solùm parte in qua fuit turpitudo dantis,tūnc est dubium quid iur.sed & tunc forte dici posset,cùm ibi sit par delictum,& illi recipienti absit in eo quod causam impleuit.ff.de condic.causa da.si pecuniam.in princip.C.de transf.cùm mota C. de dolo,cum proponas.& not.ff de præscript. verb.naturalis.§. quod si facto.tunc fit melior conditio possidentis per hāc regulam cum concord.nam facilius conceditur retentio vel exceptio quàm actio.ff.de condict.indebi.si in area & hoc eodem titulo.qui ad agend.cum concordan.si verò nihil absit recipienti, quia non impleuit causam Papæ ad quam datum est,tunc idem, cùm in primo membro solutionis & rationibus ibi dictis:& fiet repetitio sine aliqua æstimatione præstanda : quia papæ turpitudinem impedit retentio:& sic non obstat.ff.de leg.ij.cum filius.in princip.ad legem falcidiam. l.falcidia interueniente.& quod nota.de hæred.act.l.j.in quibus dicitur ꝙ æstimatio partis offertur.Ioā.And.

SVMMARIVM.

1 *Remotus ob dolum,infamis est.*

2 *Pœnæ potius molliendæ,quam laxandæ.*

3 *Constitutiones pœnarum restringendæ ne sint.*

4 *Infamiam an incurrat mulier secūdo ante tempus luctus nubens.*

REGVLA XLIX.



N pœnis facienda.contrà.ff.de his qui no.infa.l.ij. exercitum.solu. vt dixi.s.eo.odia. Dy. nec habet locum regula vbi certum est delictum.& certa ipsius qualitas:sed animus committentis incertus.C.de inrur.& si non conuitij.Item cum certum delictum & certa qualitas,sed incerta persona ex pluribus qui fuerunt in actu delinquendi.ff.ad leg. Aquil.Item mela.§.sed si plures.C.ad l.Iul.de vi.puber.l.quandoque secundum Dyn.qui venit.s.eo.in obscuris.& ibi dixi.

¶Prima glo.dicit vnde sumpta:& ponit exempla.Secundò arguit. tertiò specificat.v.modos circa regulā.vlti. glo.ponit rationem.¶In j.glos.ibi in §.in pœnalibus.s.causis in benignius interpretandum est.& ibi:hoc.ij.§.j. remotus † ob dolum infamis est:ob culpam non in dubio præsumitur remotus ob culpam.& ibi:si præses.j.sequitur in gloss.& ibi.l.penult.interpretationes legum † pœnæ molliendæ sunt potius quàm laxandæ. ¶ In j.gloss.ibi est argumentum idem,Io. mo.dic † tamen quòd diceretur dubium quando ex actis apparere posset cassatiōis causa.C.de sen.qui sine cer.

ter.quant.l.iij.ff.de re.mil.milites.§. missionem & dixi in decr.super eo:& ibi:ad filleia.quæ non sint de mente nec habeant eundem effectum,super quo vide tu quod scripsi.s.eod.lib.de elec.si postquàm.§.j.super glo.& ita. & remissiones quas ibi dedi:vnde de arguendo à minori dici solet quòd in delictis quæ tendunt ad eundem effectum,bene procedit.&est necessariũ. C.de epis.& cleri.si quis non dicam. cañ.xxxvj.q.ij.in alijs licet esset probabile,non est necessarium. ff.de re milit.non omnis.§.à Barbaris. ff. ad Trebellia.l.qui filium.§.sabinus.bene facit.s.eodem libr.de electio.statutum.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem suspensi per triennium à beneficijs,quòd fiat concursus temporum si infra triennium nouam pœnam incurrat:quam plenè scripsi de elec.cum in cunctis.super versi.triennio.Item facit ad quæstionem quam disputaui,quæ talis fuit,Quæritur an pœnam,quæ ipso iure delinquẽti infligitur pro delicto:incurrat is qui cogitauit & aliquid egit:sed non perfecit,etiam si per ipsum non steterit.

¶Hic primo pro allegationibus pro & contra remittã,inducens vnam legem & eius gl.Secũdò ponã quatuor circa declarationẽ quæstiõis.Tertiò soluã principaliter per tria iura: per quam solutionẽ coadiuuando principaliter per tres glo.& vj.rationes demum ad cõtraria dupliciter respõdebo.De primo sic,quia iura quibus ad quæstionẽ argui potest satis sunt per vtriusque iur.doctores collecta per Odof.& illos.s.qui post eũ scripserũt super.l.si quis non dicam.C.de epi.& cler.per Host.in sum.de pœñ.§.qbus. & plenè per do.Iac.de Baysio qui superfuit Archi.Bonoñ.in quadã sua distinctione quæ dicitur distinctio de voluntate,quã & dictus Arch.posuit. xvij.q.j.§.si ergo.nõ reputo multùm vtile nec subtile.Prædicta sic plenè scripta repetere sufficiat,ergo sic ponere ꝗ ad primã partem.s.quod pœnam incurrat,faciũt omnes leges canonizatæ.de pœ.dist.j.in princ.& l.si quis non dicam.vsque ad §.contra.& quod in princ.ipsius distinctionis legitur & not.de voluntate ad bonum. & pro parte cõtraria leges ibi positę, à.§.contra, vsque ad §.cogitatio.& ex ibi notatis vsque ad c.si cui.& vj. q.j.si quis cum.& xxxvj.qõ.ij.si quis non dicam.& de eo qui mit.in pos.c. j.potest etiam studiosus sibi multa iura quærere pro & contra ad hanc partem.benefacit.ff.ad leg.Corne.de fal.si falsam monetam percusserint, si totum formare voluerit,suffragio iustæ pœnitentiæ absoluuntur:& ibi concord.vide in prima gloss.Est autem aduertendum quòd quęstio formatur de pœna & pœnali constitutione,non de præmio vel fauore.Est

3 autem †certum pœnales constitutiones esse restringendas.de elect.statutum.suprà eodem libro.& hoc cum suis concordã.¶Item formatur quæstio non de pœna à iure debita infligi per iudicem, sed de pœna quæ infligitur ipso iure sine aliquo iudicis vel hominis ministerio.Itẽ quæritur de pœnadelinquentis,nõ de illa quæ ius perimit vnũ pro delicto alte

rius,vt patet in filijs hæreticorum & committentium crimen læsæ maiestatis.vj.q.j.si quis eum.& de hæreti. c.ij.& c.statutum.lib.eo.de schisma. c:vno.eo.lib.ad idem de pœñ.in quibusdam.&.c.ad aures.&.c.felicis.eod. lib.Item nec formatur quæstio de illo qui non perfecit per se delictum, tantum perfectum fuit per sociũ vel mandatarium , cui assistebat:vel de illo qui perfecit quoad mentem,licet non quoad verba.ij enim bene incurrunt:de homic.sicut suprà.de pœ.nõ. c.fina.de elec.si postquam.eodem libro.ij.responso.Quibus sic præmissis in prædicta quæstione puto quòd is,de quo quæritur , pœnam,de qua quæritur non incurrat.nec distinguo in hoc casu inter leuia,atrocia,&atrocissima:hoc dicit per decr.perpetuò de elec.suprà.eo.lib.vbi pœnam à iure statutam contra eligentes scienter indignos episcopos,nõ incurrit is qui cogitauit & egit.ex quo nonperfecit. ad idem de homic.sicut dignum.§.illi autẽ.ibi:si ex illa captione.ad idẽ de cle.pu.in duel.c.j . si intelligatur quod ille pugil ingressus fuerit animo occidendi.patet etiam ꝙ homicidij irregularitatem,quę pœna iur.est nõ incurrit,licet processerit ad actũ, ex quo mors vel membri truncatio secuta non est.ad idem facit vera opinio Lau.quæ contra Io.recitatur.de pœni.distin.j.periculosè.& quod no. solutio recitatur.de homicid.si aliquis ad solutionem.Etiam facitquod dicimus,eũ qui voluit percutere clericum & vibrauit baculum,sed non percussit,excommunicatum non esse.vt nota.Hugo.xvij.quæstio.iiij. si quis suadente.& Ioan.de pœn.dist.j. si quis pulsatus.& facit quod not.B. de sent.excom.si verò.& nota.in nouella post Goffre.& modernos.eodẽ titul.c.j . Ad solutionem etiam facit quod not.de his quæ vi me.ve causa fin.c.vno.eo.lib.in gl.antepe.fortiter probet hanc solutionem.de ele.com missa.j.respõ.eo.lib.vbi ad pœnã iur. incurrẽdam,quæ infligitur nõ facienti aliquid.j.tempus perfectum.Sic & hic requiratur delictũ esse perfectũ. Item nec à sententia ecclesię dicitur absolutus is qui noluit absolui,& processit ad actũ:& si iurauit stare mandatis ecclesiæ vel contritionis signa prætendit,nisi sequatur absolutio:ita nec dicatur ligatus,qui voluit & aliquid egit,nisi id perfecit quod canon ligat.de sen.excom.cùm desideres.& c.à nobis.cùm par sit ius ligandi & absoluendi.de pœn.dist.j.verbum.facit etiam ad solutionem.de simonia. c.fin.de pœñ.suam hanc etiam solutionẽ probet optimè.l.j.ff.quod quisque iur.cano.de pœñ.distin.j.hoc autem.quam legem licet legistę soluendo dicãt loqui in minoribus delictis, verius videtur quod loquatur in pœna quę verò iure infligitur.vnde etiã vt ipsi fatentur nõ est illa pœna quæ infligatur à iudice,vt per viam accusationis : imò est pœna iur . & per viam compensationis fit ipsius executio.ad idem.de elect.licet cano.lib. eodem.Sic ergo illa ratio quare. attentatur sine effectu non punitur.bene faciat & fin.de his qui not.infamia . l . solet.nam secundum.l.infamiam + incurrit iure ipso mulier nubens infrà tempus luctus, quam non incurrit

incurrit mulier quæ cogitauit nubere, etiam si attentauit puta contrahẽdo sponsalia, vt ibi faciunt ad solutionem multa iura quæ ipso iure pœnã infligendo vtũtur hoc verbo, ipso facto. s. eo. lib. de elec. nisi periculum. §. nulli. eod. ti. sciant. de iud. c. ij. de cen. quamquã. de pœ. felicis. §. præsenti. & de homicid. pro humani. cum multis si. Ipsum aũt verbum designat actum perfectum: & faciant circa hoc quæ scripsi in quæstione porrorum. in parte. ij. Fateor tamen quod is, de quo quæritur, peccat: & arbitraria & eadẽ pœna puniri debet maiori vel minori, habita consideratione an per eum steterit, vel non: vt in præ. decre. perpetuò. in fin. & . ff. de extraor. cri. l. j. in fi. canonizata. de pœni. dist. j. solicitatores. Ad contraria omnia facilis est responsio, ꝙ loquuntur in pœna quã non contrahit quis ipso iure, sed iure præcipiente per iudicem infligitur: sic autem diuersitatis ratio per simile eius quod dicitur, aliud est terminum aliquem dari à iure sine iudicis vel hominis ministerio: & illum iudex breuiare non potest, nisi eodem vel alio iure permittatur: & aliud quod ius præcipit dari per iudicem quod iudex abbreuiat. de hoc. eo. ti. indultum. Item non est mirum si desideretur actus perfectus in pœna iur. plus quam in pœna iudicis, cùm desit consideratio & arbitratus legis mortuæ quod non deest in iudice, ad hoc. C. de his qui ad ecc. confu. l. vlti. in princ. & de pœ. felicis. in fin. decretum ergo liget quod certum & perfectum. de con. præben. c. j. li. eod. §. subiunctum. & cle. eo. titu. c. j. Ad illa verò contraria quæ pro delicto non pro facto etiam pœnam ipso iure infligunt, sicut infamiæ & his similes, de quibus communiter dicunt doctores quòd loquuntur in atrocissimis, vt in hæresi, & crimine læsæ maiestatis, respondeo. Aliter hæresis cõtrahitur & perficitur hoc ipso quod quis cogitat & credit errorem. de hæretic. ad abolendam. & . c. excommunicamus j. & . ij. responso. Crimen verò læsæ maiestatis contrahitur ex acceptatione. Item attentare, ibi est delictum, quod expresse ius punit. Cùm igitur interuenit attentatio, est perfectum delictum quod lex puniebat: vide simile in illo qui locauit operas suas vt pugnaret cum bestia fera. nam ipsum locare, est delictum cõsummatum. ff. de postul. l. j. §. bestias. iij. q. vij. §. verum. patet idem in decr. pro humani. de homic. lib. eo. qui occidit alios alium passionis ipso iure incurrit pœnas, ibi: potestas. sed nunquid incurrit illas ex mand. sic non ex illa parte qua punitur occidens, sed ex qua punitur mandans. Ipsum enim mandare, est ipsum delictum perfectum: quod ipsa constitutio punit ipso iure certis pœnis: sic ergo, cogitauit mandare, & vocauit mandatarium, si non mandauit, non est perfectum delictum. ex eo capite: & sic non erit locus pœnæ. Ad idem. de ele. c. j. eo. lib. & omnium contrariorum breuis est solutio: quòd non loquuntur de pœna, quæ ipso iure contrahitur, sed quæ iudicis ministerio infligitur. Ad illa verò, quæ loquuntur de pœna, quæ ipso iure contrahitur, respondetur, quod ibi atten-

tatio vel conatus producēs in actum, est ipsum delictū perfectū, quod ius punit, vel, vt alijs verbis vtar, conatus vel attētatio pœnam delicti ipso iure inflictam incurrat solum in casibus expressis à iure: & si istud vltimum sufficere dicatur ad solutionem omnium contrariorū quæ loquuntur in pœnis quæ per ius nō ipso iure, sed iudicis ministerio debent infligi, fortè non esset peccatum: quia sic desineret quod ad hoc confusa doctorum distinctio de qua dixi. in princi. quod tueri posset per istam regulam cum suis concor. vnde scias quòd sunt casus in quibus in delictis etiam cōsummatis pœnitēdo quis euadit pœnam, quod scripsi. de iur. patrum laici. super. j. gloss.

SVMMARIVM.

1 *Habens maiorem partem, alteri minorem habenti æstimationem offerre potest, & totum sibi retinere.*
2 *Patronatus res indiuisibila est.*
3 *Ecclesia vna vnius debet esse rectoris.*
4 *Ecclesia status ad mobilitatem Laicorum non mutandus.*

REGVLA LVI.



IN re communi potior contrà, quia iure communi melior est conditio occupantis. suprà de procura. si duo. ff. de le. j. si pluribus. dicit Dyn. hęc regula loquitur in ea re, quæ pro parte indiuisa pertinet ad plures, contraria loquente de iure distincto in executionem vnius, qui primò occupauerat. Nam is litem contestando si bi quærit executionem insolidum, & alterum insolidum excludit, nisi in casibus per decr. si duo. j. glos. ponit exempla: & remittit: & sex casus excipit. Secunda regula ponit rationem regulæ. ¶ In. j. glos. ibi. §. ne autem. si donator habet rem communem cum donatario, habens † maiorē partem of- 1
ferre potest alteri ęstimationem reliquæ partis, & totum possidere. In. j. igitur ibi: si ædes. & sic loquitur. ff. pro socio. cum duobus. §. item mela. & ibi refficeret. semper intelligitur quòd his casibus reficere vel facere, licet non velit socius, facere iure seruitutis, quod non liceret, vt in præ. l. parientem. de ser. vrba. præ. sed iure communionis licet: & sic intendit gl. & ff. pro socio. cum duobus. §. idem respondit.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem disputatam per Do. Hugonem de Vercell. demū episcopum Nouarien. quæ rebat, Si clericus & laicus patroni ecclesiæ vacātis præsentant vnum, postmodum ipse laicus præsentat alium, an ambo, vel neuter, nec alter, & quis illorum sit instituendus: & quia, vt in fi. dicam, quęstio non est dubia, ipsam breuiabo. ¶ Et allegatur primò pro ambobus. ij. pro neutro. iij. pro secundo. & iiij. pro primo, quinto solutio. soluuntur quæstio. & contrarijs respondere. vj. ostendetur quæstio non dubia iuxta, quæ primo videtur quòd ambo sint instituendi: cùm patrona- 2
tus † sit res indiuisibilis insolidum existens penes singulos: de hoc de iure patron. c. j. in j. glos. sic & iudicatus

ordinarius

ordinarius vel delegatus de quo de offic.del.prudentiam.in glos.ij.Idem in pluribus reis credendi.ff.de pact.si vnus. ad præsentationem ergo ipsorum admittatur vterq; & diuidatur inter eos.ff.de alimen. & ciba.leg.l. prima. de acquiren.rerum dominio. l.adeo.§.cum quis.& de præsumptionibus, afferre: ¶Secundò in contrarium quod neuter admittatur,sed impediant se.concursu,faciunt.ff.de vsuris,quocunque.C.de testamen.tutela. duo. Nam † vna ecclesia vnius debet esse rectoris.xxj.quæstione secunda. sicut .de præben.cum non ignores.de

4 iur.patro.c.iij nec † ad mobilitatem laicorum mutandus est status ecclesiæ.x.distinctio.c.j.ff. arbo. fur.cæ.si femina.& in dec.afferte.non sit sententia sed comminatio.& in l.si vnus quilibet habebat ius exigendi insolidInst. de duo.reis.§.j.ac si vnus de patronis præsentare non potest.Item beneficium ecclesiasticum non recipit diuisionem,de præben.maioribus. &.c. dilecto. vbi diuisio vel media via hic locum non habet. & impossibile ur. est vtrumque ius habere de præben.in fin.vbi de hoc.in gloss. ij.supràeod.lib.de cle. vt quis duas. ¶ Tertiò quòd alter solus admittatur scilicet. præsentatus secundò à laico sic probatur,posteriora prioribus derogare.ff.eod.l.diui.ff.de procur.non iniuste. de offic.leg.studuisti.C.de pact.l.pacta.de pœ.di nouit. præferendus est ergo laicus qui variat, cum leg. authoritate id faciat. xxiij.quæstio.iiij.qui peccat.de restitu.spolia. literas.Quartò quòd præferendus sit primo præsentatus probatur: quia satis est laicum nullum consensisse vt pœnitere non possit. xxxij.quæstio. v .horrendus.sufficiat regula,mutare hoc. eod.titu.Item licet laicus variare possit in præiudicium præsentati de iur.pat.cum autem.non tamen in iniuriam clerici & patroni. vt ibi.Item cum par est numerus præsentantium, recurri debet ad merita,& dignitates,de elec.ecclesia enim.vbi de hoc.in vl.glo.sed clericus est dignior laico.iiij.dis.deniq;. ergo ab eo præsentatus præferendus est.nam magis dignum &c.de con.ec. quòd in dubijs.¶Soluendo dixit primò concorditer præsentatum præferendum.quia duplex ius habuit præsentatus.secundò vnum tantum,quod dicitur ex variatione laici. verùm cùm sunt soli laici,vnus vel plures.l. distin. loquitur in codicillis in quibus ambulatoria est voluntas, procurator etiam constituitur fauore constituentis:vnde constituens reuocare potest. l. extra pacta.non obst. quia ibi pactum vltimũ fuit de vtriusque voluntate, hic non sic. c .nouit. non ob. mutat enim deus iudicium propter pœnitentiam peccatoris,non ob.quòd habet priuilegium pœnitendi:quia non in præiudicium alterius. facit. ff. ne quid in lo.pu.l.ij.§.si quis à principe.¶Vt dixi in principio quæstio, non dubia:quia salua pace disputantis non est verum:quòd laicus possit simpliciter variare recedendo à primo super quo fundari videtur ipsius dubium, sed variare potest accumulando, vnde episcopo licet instituere primum, quod non liceret, si posset in totum diuertere.

imo cæteris paribus potius habet instituere primum, hæc probantur de iur.cum auth.&c.c.pastoralis.facit.cle. eo.tit.plures.in fin.quæ permittit simul fieri quod permittebatur olim succesiuè.Clarum est ergo,siue clericus,de quo quæritur,præsentet vt clericus,siue vt laicus.primum præsentatum non solùm habuisse,sed adhuc etiam habere duas voces.secundum verò vnam solam,& non liberam vel integram,ergo &c.Ex hoc autem sequitur ꝙ licet plures sint patroni laici cum clerico,locum habet quod dictum est de vno solo. Plus dico ꝙ si plures sint laici tantùm et concorditer præsentāt vnum,licet postea etiā aliquid maior pars variet cumulando,institui debet primus ratione prædicta,ex quibus concluditur,quæstio non dubia.

SVMMARIVM.

1 *Verisimilitudo quibus rebus tollatur.*

2 *Canonicus post habitam præbendam,tenetur promoueri ad sacerdotium.*

3 *Casus dubius in quam partem interpretandus.*

4 *Pretium rei petens,an renuntiet legi commissoriæ.*

5 *Vsuras recipiens dominij ius à principe sibi concessum,perdit.*

6 *Substitutio generalis , an ad specialem præcedentem trahatur.*

7 *Posterius non tollit prius,si se compatiuntur.& nu.8.*

REGVLA XLV.



1 INspicimus verisimilius. verisimilitudo † tollitur ex comparatione rerum adinuicem. vel ex comparatione rei ad pretiū.ff.de re du.l.j.l. vtrū.§.cùm quidam.Ex vicinitate scripturarum.ff.de leg.j.si seruus pluriū. in fin.ex dignitate personarum.ff.de aur.& ar.le.l.Titia.Seio.ex charitate, etiam necesitate personarum,vt dicta.l.si seruus.in fi.ex consuetudine regionis & loquētis,vt ibi.& hîc Dy. vel ꝙ hic alternatiua est ordinis,vt si verisimilius non apparet.inspiciamus quod plerumq; &c.¶Prima glo. dicit vnde fuit sumpta,ponit exempla:& remittit.¶In.j.glo.ibi:in obscuris inspici.sequi tamen solet quod est verisimilius,aut ꝙ plerumq; fieri solet.¶In.j.glos.ibi:iniuste.quia verisimile est ꝙ ingratitudinem non commiserit.& in hoc ad propositum.& in fi.quæ est contrà,cùm dicat spectandum quod minimum:& ibi:soluitur quæ solutio patet ex textu legis.eo.tit.semper in stipulationibus.quā ibi. inde dicebat Dy.quòd iste erat ordo, quia primò voluntatem sequimur.si de illa potest apparere.ff.de condi.& de.l. pater.in prin.&.§.conditionum verba.& de re.dub.le.in ambiguo.C. de libe.præteri.l.iij.Secundò quod est verisimile, vt hic: & in concor.all.s. Tertiò,vbi non apparet verisimilius, recurritur ad propriam significationem verborum.ff.de leg.iij.non aliter.Quartò his deficientibus recurritur ad minimum:vt ibi.& in concor. Quintò,si non apparet quod sit minimum, dicitur non valere.ff.de testa.tu.duo sunt.de re.dub.si fuerit.& l.si quis de pluribus.de ma.te.cum pluribus.

QVAESTIO.

Hæc regula secundum prædicta facit ad quæstiones hic disputatas,quas fateor

fateor congruentius fuisse locatas sub regula. In generali.e.tit.sed propter prolixam materiam inscriptam post Io. mo. transferri sic decuit: & quæstiones sic proponuntur, Per statutum ecclesiæ quilibet canonicus
2 †post habitam præbē.j.annum promoueri tenetur ad sacerdotium: sunt etiam ibi præbendæ maiores & minores, & de consuetudine maiores dantur antiquioribus. A.impetrauit ibi canonicatum, & præbendam cum clausula quòd non teneretur promoueri ad sacerdotium. cùm.B.impetrauit canon.& sibi prouideri de præbēda vna ex maioribus: vterque habet clausulam quæ tollit consuetud. & statuta: sed vterque receptionis suæ tempore illa seruare iurauit: quæritur an præiudicatum sit illis per tale iuramentum. Prima pars quæstionis fuit Io.de monte Murio.secūda fuit Iaco.can.Boñ.vterq; prius allegabat. Ad affirmatiuam.v. rationes.secūdò totid.ad negatiuam.tertia pars facit quatuor.primò ponit: secundò solutiones Ioan.distinguendo: tertiò soluit contraria secundum eos: quartò circa vtrūque articulum subdo veram solutionem. Prima igitur ipsorū ratio talis erat, certum est, quemlibet horum potuisse renunciare priuilegio vel gratiæ sibi factæ de regula, ad apostolicam. C.de pa. si quis in conscribendo.tacitè autem renūciasse videtur faciendo sponte, contra illud, de of.deleg.gratum.de ap. sollicitudinē.de his quæ fi.à ma.per.ca. ex ore.j.dicam.secundò iurando simpliciter seruare statuta. & consuet. ecclesię ad omnes consuetudines & omnia statuta se adstrinxit, cùm indefinita æquipolleat vniuersali: de elec.in genesi. de priuil. quia circa. ergo tenetur ad singula, & sic ad illa, de quibus quæritur, seruanda tenetur per iuramentum: quod cùm non vergat in periculum animæ, nec in alterius præiudicium est seruandum. de iur.iur.si verò.& iuramentū quod obligat quo ad dominum, fortius est quam litera quæ est factum hominis: facit de iur.iur. & si Christus.ibi redde domino &c. Tertiò dato ꝙ
3 casus† esset dubius, in hanc partē interpretari debemus quæ securior pro vitando periurio, maxime si gessit in animo omnia statuta seruare: quod præsumitur, ex quo non excepit, & excipere potuit vel protestari.de consti.cum M.vnde sibi imputet, de iur. pa.ex literis.de priuil. quia circa. de regular.consulti.&.c.vidua. & iuramenta secundum intentionem recipientis interpretamur.xxj. q. v. quacunque.& facit regula, cōtra eum. cū concor.hoc eod.tit. est etiam æquior per quam ad æqualitatem reducitur cum alijs canonicis. facit xvj. q. vij. c.j.de consti. cum omnes in fi.de sta. mon. recolentes.de deci.cum in tua. Quartò, cum hîc sint duo contraria successiuè.s.primò gratia, secūdò iuramentum.per secūdū videtur primo derogatum.de transac.c. j. ff. de contrahē.emp.l.e.emptio.de noua.l.j. C. de pac.pacta.ff.de leg. non est nouū. de cog.spi.c.j. Quintò, ibi statutū & consuet. quæ quo ad eos erant inualida, per iuramentum feceruntvalida. sic de iur.iur.cū contingat.de pig. significāte.s.e.l.i.de pac.pactū nōvalet.

sed dicas de ill.expressè nõ iuratũ:nã vt.s.dixi.sufficit generalis, vel indefinita locutio.sufficit etiã tacita renũtiatio:hinc† est quòd petens rei pretium, renuntiat legi commissoriæ: & econtra.ff.de leg.commis. l. iiij.§. eleganter.& recipiens† vsuras perdit ius dominij sibi concessum à principe.C.de iur.do.impe.l.ij.perdit etiam ius depositi,quòd erat vt prius depositarum rerum ratio haberetur. ff. de po.si hominem.§.quot. Item petens legatum renũtiat querelæ.ff.de inof. te.si pars. In contrarium adducitur regula,in generali.hoc.eo.ti. per quã cum concor.patet quòd actus generalis concessionis vel renuntiationis non includit illa quæ pars verisimiliter non concederet, vel renũtiaret. ad idem de iur.iur.veniens.&.c. quintauallis.ff.de pig. l. obligatione.s.eo. lib.de of.vica. cùm in generali. hinc est quòd† generalis substitutio,non trahitur ad specialem præcedentem. ff. de vul. & pu. sub. cohæredi. Cùm ergo de illo statutovel consue.cogitasse non videatur.nec sit verisimile quòd voluerit suę gratię renuntiare, forsan multis laboribus & vigilijs acquisitè.de renunc. super hoc. & de præsum.quia verisimile. nec præsumitur opinione sua iura tractare, de sol.c.fin.ff de proba.cùm de indebito.& respõ.dicemus illa statutum & & consuetudinem in iuramento non includi. ¶Secundò.iuramenta intelligi debent secundum intentionem iurantis. xxij. qõ. v. humane de iur. iur.veniẽs.&.c.quintauallis. ergo recipiendo vt intellexit non includentur prædicta:maximè quia in generali sermone non læditur ius personę iurantis:de iur.iur.petitio. cum concor. ¶Tertiò † posterius non tollit prius si se compati possunt.ff.de milite.l.si certarum.§.vl.& l.se. de iur. co.conficiuntur.§.si miles.& l.fi. vnde cùm indulgentia,quæ prior est,referatur ad vnum statutum vel vnam consuet.tantùm,quæ quãtum ad ipsos videntur exempta de numero statutorum vel consuetudinum:iuramẽtum posterius referetur ad alia statuta & consuet.ad quas iurantes tenebantur:& sic indulgentias nõ tollet, maximè cùm constet speciem specificatam sub genere non contineri.ff. de leg.iij.vxorem.§.felicissimè. & facit quod no.& dixi.eo.tit.generi.

4 (margin, line "tiatio:hinc† est")

5 (margin, line "eleganter.& recipiens†")

6 (margin, line "est quòd† generalis")

7 (margin, line "cor. ¶Tertiò †")

¶Quartò iste iurando statuta & consuetu. bene fac. de iur. iur. clericus. quia turpis est pars quæ suo vniuerso non congruit. viij. di. quæ contra. de spon.duo.c.fin.& vnum collegiũ diuerso iur.censeri nõ debet.xij.q. ij. cognouimus. sua igitur obedientia sibi nocere non debet, nec pœnam pati vnde meretur præmium: de fideius. peruenit. & per hoc videntur canonici,contrarium dicentes, suam turpitudinem allegare,& sic repellẽdi:de doñ.inter dilectos. ¶ Quintò, ad hanc partem allegabat vterque de priuilegio,cum capella.quæ secundũ la.videtur terminare quæstionem.& ff.de mi.te. si miles. vbi dicitur non præsumi quem elegisse genus testandi ad sua iudicia impugnanda:sic nec præsumamus iurasse istos ad suas gratias perimendas : maximè quia hoc non est verisimile, nec fieri consueuit per hanc. regulam.cũ concor.

& faciat

& faciat ordo quem suprà scripsi post Dy. primo, secundo, & quarto gradu. Hanc partem dabat Iaco. pro solutione. sed Io. dicebat quòd si tem pore quo iurauit fuerunt lecta & specificata statuta vel consuetudines, de quibus suprà & non exceperit, videtur iurans renuntiasse gratiæ per iura primo alleg. si verò lecta vel specificata non fuerunt, non renuntiauit gratiæ per vltima iura allegat. ff. si quis caut. sed & si. §. quæsitum. & quæ recitantur de commodo. cap. vno. de depo. bona fides. & facit suprà. eod. libr. de procura. qui ad agendum. ¶ Non obst. iura loquentia de tacita renuntiatione, quæ loquuntur cum quis directè venit contra factũ suum, vel aliàs apparet de voluntate mutata: sed hîc secus secundum Io. sed Ia. dicebat illa loqui cùm vtrumque fit ab vno tanquam ab eodem. Iste verò gerit vices duorum, scilicet priuilegiati, & non priuilegiati: &
8 secũdum † cum posteriora non derogant prioribus, nisi cũ illis contraria, sunt nec venit contra iuramentũ, cùm in hoc non includeretur. Scias quòd secundus articulus huius quæstionis minus habet dubitationis, quàm primus: quia si in ecclesia diuisæ sunt præbendæ maiores à minoribus, quæ in certis ecclesijs diuiduntur vt integræ & dimidiæ impetranti maiorem vel integram minor vel dimidia etiam si illam vellet cõferri non posset. suprà. eo. lib. de præben. cui de non. §. j. quare si diceremus sibi præiudicare iuramentum, minorem vel dimidiam non posset, quia de illa non scribitur: & sic esset perempta gratia, quòd neuter intendebat. De iurante patet de recipientibus id. nam recipiebant illum ad præbendam, & ad illam quæ debebatur pro literis ergo vt suprà. In primo etiam articulo videtur indistinctè dicendum, quòd ex quo ille A. recipitur ex iuribus literarum habentium clausulam de non recipiendo sacerdotium, & tollentem statuta contraria ipsi, videntur receptionem facere, & iuramentum recipere secundum formam literarum: & ipse etiã sic iurare vt receptio & iuramentum sequentia & tanta à literis gratiæ & mandati. executorum illis conueniant. non enim recipitur simpliciter vt A. sed vt talis A. facit de fi. instru. inter dilectos. §. cæterum. & de bap. maiores. ver. simpliciter. sic & generalis transactio restringitur ad id de quo agitur. ff. de transac. qui cum tutoribus. § j. C. eod. titul. si de certa. & not. suprà de transac. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Iter, dupliciter sumitur.*

2 *Duo si habeant soli eligere prælatum, & alter alterum consentientem eligit, an valeat electio?*

3 *Ecclesiarum fauor an idem, qui & pupillorum?*

4 *Sententia vnius ex duobus ordinarijs etiam altero resistente, an teneat fauore personæ vel causæ.*

5 *Electio alicuius seipsum eligentis in prælatum, an valeat.*

6 *Electio facta de collegio eligentium, an dicatur vnanimis.*

7 *Cardinales si duo tantùm supersint, an alter*

alter alterum eligere poßit in papam, & num,8.

REGVLA LXXX.



N toto. j. gloss. remittit pro exemplis & pro materia, & dat concordantias.¶ In glos.j.ibi. in toto est.non ob.e.ti.l. si iur. §. si quis iter. vbi absolutus ab actu nõ absoluitur ab itinere,nec econtra.cum tamen in actu contineatur iter.ff.de serui.vrb. præ.l.j.§.j.& insti.de seruitu. §.actus. & per eundem modum induatur.l. j. ff.de adimen.le.dic vt no. in præ. l. si iur.& hoc not.Dy.scilicet,quòd iter.
1 †dupliciter sumitur:vno modo pro distincta specie seruitutis, & eo modo sumptũ nec est pars actus,sed species seruitutis actui optima & coæquæua.ff.si ser.ven.l.loci corpus.§.j. & dicta l.j.de adimen.l.alio modo sumitur pro commoditate eundi, & tunc habet se ad actũ sicut parsad totũ.est enim pars subiecta ad actũ: & actus est totum potestate ad iter : quia potestate sui comprehendit iter: & in hac significatione.ff.de ser. vr. præ.l. j.§.j.& de noua.si pupillus.§.vlti.

QVAESTIO.

Hec regula facit ad quæstionem quàm disputaui, qua quærebã si duo
1 † soli.habent eligere prælatum iur. proprio vel promissario,& vnus elegit reliquum,qui consensit,an valeat electio. Ad affirmatiuam primò & in contrarium : secundò inducuntur. v.rationes,& quædam glo.tertiò primum dubium soluitur,circa secundũ recitantur opiniones : excluduntur casus non dubij:soluitur, & contrarijs respõdetur. Quòd valeat sic probatur de collegio ecclesiæ vocãtis debet fieri electio prælati,hoc patet. lxj.di.nullus.&.c.studij. &.c. obitum. xviij.q.ij.quàm sit &.c.abbas. ij. s. de elec.cum inter cañ.&.c. ne pro defectu:facit.C.de epis.& cleri. in ecclesijs.sed mortuo prælato potest collegium cousistere ex duobus,de elec. j.ergo vnus potest eligere reliquum aliâs esset lex impossibilis.contra id de con.iiij. di. erit autem. Et si dicas nullus se potest in scrutinio nominare.de ele.Cumana.& eligendus debet habere maiorem partem in scrutinio vt ibi.e.ti.quia propter.&.c.eccle sia.respondeo ꝙ quando non sunt nisi duo, non arctantur ad formas, vt scripsi in c.quia propter.super glo.di. vt.s.& eo.tit.c.j.super.j.gloss.facit de elec.cùm in veteri.& quod ibi no. in ij.&.j.glo.sufficiunt : ergo consensus qui hic assunt:bene facit quod scripsi post Hosti.de iur. pa. per nostras. in glo.patet.& quod ipse no. in fine. ipsius ti.in si.de episcopo qui vnicum patronũ præficere potest ecclesiæ vacanti.¶ Secundò videmus fauore minorum & pupillornm vnum ex duobus tutoribus administrare posse. ff. de admi.tu.l. si plures.§.pen.in fin.& l.decreto.§.j. C. si vnus ex pluribus tuto.l.j.& de authen.præs.l.fin. Idem in executoribus ultimarum voluntatum ipsarum fauore,quod dic vt su prà.e.li.de testa.c.ij.§.j. Idem in pro. cura. spiritualium causarum, quod dic vt suprà.e.lib.de procur.si duo.§.
3 vlti.Cùm igitur † ecclesiarũ maior, vel saltẽ,qualis sit fauor.xxiij.q.iiij. quid ergo. de resti. in integ. auditis

In auth.

In authẽ.de non ali.§. si minus.C.de sacrosanct.eccle.in fi.& quod not.de pec.cleri. inquirendum.ergo & ipsarum fauore ex duobus eligentibus quocunque iur. alterius solius valebit electio saltem ex quo non habet alterius resistentiam sed consensum.

4 ¶Tertiò constat quod fauore † personæ vel causæ tenet sentẽtia vnius ex duobus ordinarijs etiã altero resistente.ff. de re iu.c.fin.fortius ergo fauore expediẽdæ prouisionis ecclesiæ,ex quo non discordãt teneat electio vnius ex duobus eligẽtibus. Sic videmus quod fauore sententiæ in causa denuntiationis principalis habetur pro teste. de testi. in omni. & vbi non vtitur in præiudicium, creditur vni de procu. ex insinuatione. fortius ergo vbi vertitur incommodum & iur. appetibili & meritoria vt prædixi:facit ergo accessus quod principaliter fieri non posset de iur. pa.ex literis.&.c. cum seculum suprà eo.lib.de præben.quia sæpe.ff.de fundo do.l.j.sic mixtura. facit quod sine illo fieri non posset. de arbi.contingit.&.c.per tuas.¶Quartò,bene facit ad quæstionem.C.de cõtrahen.emp. cùm ipse tutor.& quod ibi not. & ff. eo.ti.l.si in emptione. in fine de vno ex duobus tutoribus qui alteri palã emẽti rem pupilli athorizat. ad idẽ. ff.man.l.si mandauero.§.Iuliano.vbi vnus ex pluribus vendentibus mandato meo rem emit à se & alijs.

¶Quintò specialiter in compromissarijs videtur casus in decre. cum in iur.de elect.nam si vox electi compromissarij auget numerum,quando nominatus est à parte minori,vt ibi: fortius quãdo ab æquali,vt hic.Item si ibi auget cùm est discors,& vbi est repugnantia. fortius hìc vbi est concors & consonantia. Hoc enim appetunt iura scilicet electiones fieri concordes,& hìc est talis. B.nõ facit. ff. de op.no.nun.l.j.§.& post operis.ibi: quid enim agebat prætor nisi vt controuersias dirimeret.quas cùm sponte receperint dicit ratas habere. fateamur ergo quod valeat electio: pendet tamen ex consensu electi, sicut & sententia delegatorum pari numero discordantium:de re iudi. c. si.ff.eo.ti.duo iudices. ¶Sextò,inducitur solutio ad brocarda de vno gerente vices duorũ:dantur gl. lxxxix. dist. singula.in prima glo. de proba. ex literis.in glos. ij. & de præsumpt. mandata.in glo. ij. dicentes id licere causa necessitatis vel vtilitatis: sed hìc vtrumq; concurrit necessitas expediendæ prouisionis, & vtilitas contra damna vacationis:& quia forsan extranei sunt ignoti, qui nõ sunt eligendi. de postul. præ.bonæ enim.ad fi.de præben.in Lateran.in fin.& pararetur laqueus si de necessitate eo casu haberent extraneum eligendi, contra id.xxvij.q.j.de viduis.de resti. spo.literas. ¶In contrarium:scilicet quod non valeat electio ostenditur sic,De necessitate est quod per capitu. vel maiorem ipsius partem fiat electio, nec vox electi computanda est in illa parte maiori.de elect.quia propter.&.c.Cumana. &.c. in genesi. &.c.ecclesia.j.& ij. Et si dicatur vt suprà quod quando sunt duæ tantum formæ concil.genera. seruandæ non sint:nulli tamen dubiũ quod concil. Lateran.

Lateran.de his quæ fi.à ma. per. cap. 5 locum habet:quod vult in ordinationibus,quæ fiunt per capitula,concordare debere maiorem partē:cui concor.lxv.dist.c.j.ij.& iij. lxxxix.dist.si transitus.de tempo. ordi. nec episcopi. nec potest negari quin concilium Lateran. locū habeat etiā in actib⁹ electionū, per decre.præ. ecclesia.ij. ver.nos igitur.quā cōstat secutā esse cōciliū generale.¶Secūdò inducūtur iura probantia quod quis oriri non potest à seipso. xxiiij.q. j. didicimus. debet ergo alius esse eligens ab electo,sicut institutus ab instituēte,præsentatus à præsentante, baptizatus à baptizante.de insti.c.fi.de iur.pa. per nostras.de baptis. debitum. alius iudex à quo ab illo ad quem appellat. de consue.c.ij.suprà eo.lib.alius emptor,quàm venditor.ff.de rerum permu.l.j.in prin.alius dans,quàm recipiens.ff.mand.si mandauero.§.si tibi centum.vnde prætor vel præses non dat se tutorem,vel iudicē. ff. de offi. præ.l.fin.de offi.præ.l.v.de tut.& cu. datis ab his.l.prætor. Hic autē vnus & idē est eligēs & electus, ergo &c. ¶Tertiò indubitatū est, quod si duo sunt iudices vel arbitri dati simpliciter sententia vnius non tenet. de offi.deleg.causam.&.c. cum causa.ff. de re iudi.duo iudices.& l.duo ex tribus & de arbi.Item si vnus.§. item si plures. Item nullus iudex in facto proprio.iiij.q.iiij.c.j.ff.de iudi. Iulianus.ij. C. ne quis in sua causa. in rubro & in nigro.nec arbi.ff.de arbit.l. pe.Aequiparādo igitur eligentes iur. proprio iudicibus & iur. compromissario arbitris concluditur quod alter se non potest eligere,nec per alterum solum eligi:sicut nec ex duobus procuratoribus omnium rerum alter ab altero exigit.ff. de procurato. l.qui duos. ¶Quartò efficax videtur obiectio Innocent. sic dicentis, Ad vtrunque casum aut electus consensit electioni factæ,& illa non valuit: quia nō à maiori parte,vt suprà probatum est. Item secundum id cùm post tres vel sex menses datur mensis ad consentiendum electo, esset dare quòd post tempus iur. infrà terminum cōsentire debet is cuius fiet electio effectiuè : quod esset absurdum : sed ad hoc respondi in decre. cum in iur.super ver. consentiat aut consensit faciendæ:& sic ambitiosus est repellendus.hæc solutio. viij.q j. in scripturis.j.q.vj.sicut de elec. cùm post.C.de epis. & cler. si quanquam. cuius textum vide suprà eod. lib. de elect.cupientes.j.respon.Igitur subaudi.concor.C.lib.xij.de re mili.contra publicani.& vide de electio.officij.in si.primæ glo. ¶Quintò ostenditur quòd ex contrario sequeretur iniquitas, absurditas, & perplexitas, quorum quodlibet singulariter est vitandum:multo fortius ipsa coniuncta.facit.de pur. ca. inter. & clemen. de re iudi . pastoral.ad fin. Iniquitas quæ datur materia ambitioni & simoniæ. facile enim socius poterit corrumpere socinm: facilius enim corrumpitur vnus , quàm plures, vt scripsi de cleri.peregri.c.j. super glo. ij.nec aperienda est via talibus.facit de iur.iur.l.si verò. de diuor.quanto. in fi.cle.de elec.c.fin.ff.nau.cau.stab. l.j.§.j.ff.de pac.do.l.conuenire. C. de iudi.

Indi.l.ij.in fi. Absurditas.in hoc quia eadem ratione ex tribus vnus solus eliget socium: & valebit electio secūdum id quasi facta à maiori, quod videtur absurdum:& est bonus modus arguendi.sic elect.in gene. &.ca. cum inter.supra eod.lib.de elect.dudum.& refert Abbas de don. Iacobo Narbo.sic electo ab vno: ex tribus, de quorum numero ipse erat, & obtinuit:quod satis est durum. Perplexitas autem quòd sic inuicem se eligere possent, & tales perplexitates vitandæ sunt:de resti.spo.literas.circa fin.de app.interposita.in fi.Ad hoc ergo vitanda concludamus cum. l. quod difficile est,quid vices duorum gerere.ff.de pact.l si plures. non poterit ergo alter esse eligens & electus:sed ambos oportebit eligere:sicut de duobus opponentibus dicitur quando nō sunt plures, quod ambos oportet ad curiam ire. de elect. cupientes.§.si verò.& facit quod not.in clemen.de appel. c. j.in glos.quando super. Sextò inducitur opinio B. & sequacium not. in decre. cùm in iur. de elect.in glo.j.tenentiū,quòd compromissarij nisi habeant speciale nō possunt de se eligere. Item opinio boat.etiam quo ad casum eligentiū iur.proprio quam scripsi. de institutio.ca.super vlti.glo.Item opinio. C. man.in compromisso,quàm ponit supra eo. xlviij. Solutio facilis in eligentibus iure proprio, & dico electio. valere factam per vnum ipsorum reliquo:tamen solet ad omnem dubitationem tollendam fieri compromissum per ambos in tertium qui postmodum eligit alterum,vt etiam scripsi in præ.decre. vlti. de instit. in fin. tamen & si non fiat quòd valeat electio, probat hæc regula innuens partem contineri in toto:tu qui resistis dicis quod iste debet habere maiorem partem, ego respondeo quod habet totum:& si nō vis fateri quod vox electi computetur in parte,probo tamen quod computatur in toto. cap.quàm sit.xviij.q.ij.dicit,quod de congregatione fiat concors abbatis electio. ergo.electus computatur in electione cōcordi. aliàs ibi esset contradictorium. Per eundem modum inducitur.lxiij.dist. quanto.de elect. cùm petitam.de tempo.ord.dilectus. in prin.de æta.& quali.intelleximus.

6 post prin.per quę patet † electionem factam de collegio eligentium dici vnanimem & concordem.Item probatur in electione compromissariorum:scilicet quod compromissum dicitur concors & vnanime.licet factū sit in vnum vel plures de collegio eligentium. hoc patet de elect. cùm dilecti.in prin.eo.ti.in causis.in prin. & ver.quia verò de renun.post translationem. in princ.& vide quod dixi suprà parte j.in prin.& ver.quinto.facit quod post Ho.scripsi suprà eo.licet.super ver.cardinales. vbi dicit quod

7 si duo soli cardinales † superessent, vnus posset alterum eligere,quando per compromissum eligunt illi duo. Hoc est maius dubium propter varietates opinionum circa casum decre.cùm in iur. tamen illas hîc non describam: sed ibi videantur. Duas tamen non omittam quæ respiciunt casum nostrum:prima glossatoris & trium sequacium habet quod compromis

promiſſarij dati ſimpliciter de ſe nõ poſſunt eligere:opinio Ioã.& xij. ſequacium habet contrarium: & hos ſequor. Si prima opinio eſſet vera, quæſtio de duobus compromiſſarijs datis ſimpliciter non eſſet dubia:ſed quia hanc non ſequimur alios caſus non dubios excludamus. Planum eſt quod ſi vtrique inſolidum data eſſet expreſsè poteſtas: ſcilicet quod ipſi duo & ipſorum quilibet poſſet eligere,quæſtio non eſt dubia.Idem ſi nõ eſt data expreſsè ſed tacitè, & quia dictum eſt quod de ſe poſsint eligere, & hic optimè procedit opinio Compo.quam ſcripſi in decr. cùm in iur.vbi vide in glo.opponitur. & ſuper. j. glo. Idem quando non eſt dubia, quando fuit expreſſe denegatũ, ne de ſe eligerent.ſuprà eo. lib.de teſta.c.ij.de reſti.do.c.vno. §. perſonis. de exceſ.prę.c.j.ſuprà de fideiuſ.quod quibuſdam.de priuile. quod nonnullis.Idem ſecundum Inno. Compo.& C.man. Idem ſi dictum eſt in compromiſſo quod omnes ſint concordes:quia tunc videtur tacitè denegatum ne de ſe eligant: quod non placet:& vide in glo. proxi. alleg. ante fin.ver.quod ergo.& faciant quæ dixi.in prin.ſolutionis.ſit ergo quæſtio dubia, cum ſimpliciter compromiſſum eſt: & hoc caſu tenuit Ho. &
8 hoc† placet, quod vnus poteſt alterum eligere, nec oritur à ſeipſo, ſed vocatus eſt à Deo,& à ſocio, vt ſcripſi in decre. cùm in iur. ſuper prima glo.& ſic licet ſe non poſsit eligere, & perſonis compromittentium petitur ſe coëligere per prædicta ſicut reſponſum eſt, ad allegata in contrarium. Primo & ſecundo & tertio ad id quod de quarto inducebatur vide quod ſcripſi in decr.cum in iur. in glo.opponitur.¶ Ad quintum,inquantum primo timetur corruptio: reſponde per l.ad eos.ff.cõmo.quantum ad eos enim tenetur, prouidere poſſemus, ne iniuria fieret. ita dico de eorum pactione. Nãm licet faciliusvnus quam etiam plures poſſent. ¶Ad ſecundum reſpondeo, quod illud in diſcordi electione.ſed quæſtio loquitur de concordi:vt dixi in prin. ſolutionis.¶Ad tertium dico,id euenire poſſe, etiam in forma ſcrutinij: vt not.de elect.eccleſia.ij.in fin.vlti. glo.remedietur ergo vt ibi.ad fi.Reſpondetur per argumenta,de tanquã.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſores iuris,qui dicãtur. Et in quotuplici illi ſint differentia.*
2 *Ius agendi merè perſonale, non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, nec contra ſingularem ſucceſſorem. Et quid de iure perſonali in rem ſcripto. & nume.4.& .5.10.*
3 *Hæres vel ſucceſſor actoris vel rei,an cõuenire vel conueniri poſſit per reſcriptum delegationis,re integra, vel non integra. & num.6.7.*
8 *Reſcriptum odioſum reſtringitur.*
9 *Perſonæ identitas, iuris fictione,an faciat reſcriptum extendi ad nõ expreſſum.*

REGVLA XLVI.


IS,qui in ius.& aliàs incipit:ſi is,qui venit ſub bulla,debebit de exceptione excommunicationis, an obſtat

obstat singulari successori: vt donatario legatario etiam emptori? not. hic Dyn.dic,vt no.s.eo.lib.de iur.pa. c.vno.in gl.pe.& vide quod ibi dixi. super glo.non ob.ꝙ ipse tenet hic il lum repelli,qui habet causam lucratiuam,vel quasi.alle.notat per.l.ff.de do.ex.apud celsum.§.si cum legitima & tribus.§.sequētibus:si illa loquun 1
tur in exceptione perpetua,de exceptione cōpensationis,tenet ipse hic, quòd obstat emptori,cum sit rei cohærens.de qua.j.dicam ad quod inducit.ff.communi di.in hoc iudicio.§.si inter socios.& ff.pro soc.idem quia. §.Seio.allega.si quæstio tangitur,& non soluitur.ff.de procu.si quis in rē. quòd sit rei cohęrens,ipse probat per duas.l.coniunctas,quarum vna dicit exceptiones personæ cohærētes non competere fideiussoribus ex persona rei : sed cohærentes rei , competunt . ff.de exceptio.l . exceptiones, quæ personæ.in principio.& §.rei vero.sed exceptio compensationis ex rei persona , datur fideiussori . ff.de compensatio.l.si quis ergo. sequitur, quòd rei cohæret.& sic poterit opponi emptori.¶ Prima gloss.dicit,vnde sumpta, & ponit exempla.Secundò, opponit sex casus exceptos. Tertiò reddit rationem regulæ,dicens eam in personali priuilegio vel pacto locum non habere. ¶ In gloss.j.ibi:qui in ius:sequitur dominium nealterius succedit iur.eis debet vti.& sequitur: nemo videtur dolo exequi,qui ignorat causam,cur non debeat petere.& ibi:cum testatore,scilicet facto suo, 2
à quo debeatur fideicommissum?videbatur autem remissum:quia sæpe ratio Proculæ in rationem fratris pecuniā soluerat:hoc vult lex Procula. & ibi repetitur,si vno pupillo nō est locus falcidiæ cōtra tutorem soluentem legata sine stipulatione de reddendo,quod solutum est vltra,quâm capi licuerit,nō agit pupillus,sed eius hæres sic.¶ In j.gl.ibi:qui in ius.& l. aliud.§.fin.& l.non†debeo.& l.quod ipsis ibi videas.& ibi successor est iur.Dy.dicebat vniuersales successores sunt hæredes bonorū possessores & Treb.successores,& isti sunt propriè successores iur.quia in vniuersum ius defuncti succedūt.ff.de hær. instit.l.quot.§.hæredes.& colligitur. ff.de verb.sig.nihil.quidā sunt successores singulares,quia in ius singulare succedūt,nō in vniuersum:vt emptores rerum singularium donatarum,& legatarum.ff.de eden . l.quidam.§.is autē.& de iureiu.& si in rem.& quorum lega.l.j.§.illud regula ergo ista, vt dicit in vniuersali,procedit actiuè & pasiuè.Actiuè,quia ius,quod cōpetebat defuncto,reale , personale,mistum,vel in rem scriptum , competit agendo hæredi:& excipiendo,saluo quod dicā in fin.Pasiuè,quia ius tale agēdi vel excipiēdi,quod cōpetebat cōtra defunctū,cōpetit contra hæredem.alle.insti.& propè idem act.circa prin.in singulari dicit ꝙ ius excipiendi ipso iure transit in ipsum , & contra ipsum.ff.de contrahenda emptio.dolia.§.eum.ff.communi.dist.in hoc iudicio.§.inter soceros.quod intelligit de iure excipiendi & cohæret rei . Sed si cohæret†personæ,aut successor singularis habet lucratiuū titulum,vel quasi,& tunc sibi obstat

exceptio, quę obstaret authori, si non lucratiuum. non obstat, nisi vteretur cessiōe, ex persona authoris. ff. de exceptio. si rem legatā. Ius autē agendi merè personale, non transit ad singularem successorē, sine cessione. ff. de pœ. leg. l. quis ergo. in fi. & l. peculio. de verb. signifi. sciendum. §. vlti. Item nec contra singularem successorē. ff. de eden. l. quædā. §. is autem. C. de ac. & ob. l. eū. Ius verò personale in rem scriptum, transit in singularē sine cessione. ff. de aqua plu. ar. l. si tertius. §. si quis prius. & de iti. actuq; pri. l. adparet. §. j. quomodo & contra singularem. vt ibi. & ff. de aqua plu. ar. l. emptor. & l. post venditionem. & ibi: nullus episcopus. & c. clericum nullus. 3 vbi. de hoc. & ibi. legatarius. aliàs incipit: pro parte. & ibi: si personale. idē Dyn. per modum obiectionis declarans per concor. ad quas remittit hîc gloss. per quod concludit regulam procedere in iur. cohærente rei vel causæ. Secus, si cohæreat personæ. & in fi. adhuc ad regulam opponit Dy. de actione iniuriarum, quæ non datur successori etiam vniuersali. ff. de iniur. l. iniuriarum distinguit actiones, quæ sunt proditæ ad vindictam, ab his quæ proditæ sunt ad rei prosecutionem, vel pœnæ. Primæ non transeunt ad hæredes lit. non conte. vt dicta. l. iniuriarum. ad l. fal. l. pœnales. secundæ transeunt ad hæredes, si continent rei persecutionem. Penè idem per omnia, quantum ad hæredes actoris: quia transeunt ad eos. insti. de perpe. & tem. ac. §. si hęredibus. In hæredibus rei distinguit, si pœna debetur ex contractu, transit contra hæredes. ff. de nau. fœ. l. fi. & not. ff. de priua. delic. l. j. in prin. Si autem debetur ex delicto, non transit contra hæredem, nisi lit. conte. cum delinquente. ff. eo. sicuti. & l. pœnalia. C. ex delic. defun. l. vna. & sic omnia dicta iur. sunt summata, allegationibus multis obmissis.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem de cessionario, excōmunicati: an sibi obstet exceptio? De qua satis vide. s. eo. lib. de iur. pa. c. vno. in fi. super glo. pen. facit etiam ad aliam quæstionē, quam disputaui, quæ prius fuerit venerialis, quarta Dama. xv. & Gof. xv. quā sic proponebam. Quæritur, vtrū hæres vel † successor actoris vel rei conuenire vel conueniri possit per rescriptum delegationis re integra vel non integra? Scias, quòd Bartho. quærit de hærede rei, an si possit conueniri ante lit. cont. Dama. & de hærede rei. Goffre. autem de hærede illius, qui poterat conueniri per clausulam. latius ergo, quàm per prædictos formatur hæc quęstio. in qua parum insistam allegationibus, propter glossas, quę de hoc tractant. Breuissimè igitur allegabitur. Secūdò ponentur tres opiniones. Prima ad negatiuam. Secunda ad affirmatiuam indistinguens personales à realibus. Vltimò datur solutio plenè distinguens, & contrarijs respondens. ¶ Et primò pro negatiua inducitur, de offic. de l. p. & g. eod. ti. cùm olim. ex quibus patet, quòd rescripta sunt stricti iur. ita quòd ad alias personas vel res in eis non expressas, non extēduntur. ergo nec ad hæredes vel successores. Ad idem

Idem de rescrip.ad hæc sumus.&.c.fi. Item rescrip.in eo,quod respicit iudicem,non transit ad successorem . de offi.dele.quoniam abbas.& sicut finitur morte mandatoris:eo.ti.gratum. sic finitur morte illius,per quem vel contra quem impetratum est.Ad hoc satis facit.ff.qui satisd.cog.si decesserit.& ff.quæ sen.sine app.re.l.ij.cōtra videtur expressum,de iud.quia verò. de foro compe.dilecti.de ali.mu.iu. cau.fact.c.j.de con.præben.proposuit. in fi.de immu.ecc.aduersus.Ad idem. C.de diuer.rescrip.l.j.facit.de rescrip. edoceri.C.quãdo li.prin.da.l.j.& ij.secundum prædictos sciendum est,ꝙ in quæstione diuersæ sunt opi.Lau.simpliciter dixit rescri.nō extendi ad hæredem.Bertho.dixit non extendi ante lit. cōtest.dicens hoc Tan.dixisse: sed nego tan.de lit.contestatione expresisse.quod potest patere ex glos. quam posuit de transact.c.ij.in secunda compil.Goff.licet in quæstione loquatur de hærede illius,qui poterat conueniri per clausulam:dices,quòd conueniri non poterat.In adpara.tamen de rescrip.significauit:simpliciter dicit rescript.ad hæredem nō extendi.Idem ibi Cyn.dicens,ꝙ si comes fuisset expressus,nisi cum ipso fuisset iudicium inchoatum,nō conueniretur hæres.Idem ibi Vincen.di
4 cens†rescri.ad hæredes non extendi, nisi in casu decr.primæ.de ali.iu.mu. & ex secunda visione.de iudi.quia verò vel cum in commisione hic exprimitur lit.conte.dicit,quòd extenditur,si est casus.quæ successio possit locum habere.C.de inoffic.testa.si pater.& ibi etiã tenet,quòd mortuo etiã re integra eo,qui nominē ecclesiæ vel canonicatus impetrasset,valeret rescriptũ successori,vel hæredi.de successore.Idē tenuit Tan.de off.dele.gratum.hoc contrarium tenet Dama.dicens simpliciter illud ad hæredes extendi.& respondet ad l.si decesserit.ꝙ in stipulatione loquitur,quæ est stricti iu.& in qua non venit,nisi persona expressa.ff.de verb.obl.si ita stip.fue.§.Chrysogonus.in fi.si iudiciũ.bene transit.huic concor.Innocē. Compo.& Aegi.in decr.sig.loquēdo in hærede vel generali successore.de hærede vero actoris ipse Inn.no.contrariũ.de offi.dele.gratũ.hæc opinio, ꝙ transeat,placet Pet.de Bel.per prædi.l.ij.C.quãdo libel.Pet.Ab.& Gul.
5 in Speculo†de rescrip.pacti.§.ratione etiam eius.in prin.distinguunt inter personales & reales . dicentes.in realibus rescriptũ ad successores extendi.quia res transit cum suo onere. de pig.ex literis.& ex verbis Gul.colligo,quòd intellexit etiam de singulari successore.In personali dicunt, quod extenditur re non integra re integra,expirat,per quod verbũ,colligo,quod intellexerũt etiam de vniuersali solutiõe:Vt quæstiõis veritas habeatur,distingue,Aut rescriptũ nō potest respicere successorē vel hęredē.Aut põt.Primo casu,quæstio non est dubia.pone exemplum in actore, qui vendicabat ecclesiam in titulum ex quo titulo iuuari nō posset hæres vel successor. viij.qõ.j.apostolica.de fil.presby.ex transmissa.de iure patro.consuluit.de insti.ad decorem.de præben.c.j.& ij.Idem,in vsuario vel vsusfructuario , qui impetrauerat,

vt liceret vti, frui.ff.qui.mod.vsufru. amit.l.sicut in annos.in fin.de vsu.& ha.l.vsus aquæ.ff.de lib.l.non solùm. §.tale.de reo.pone exemplum,ꝙ fuerat contra ipsum impetratum ad depositionem ordinis,vel benefitij,vel ad pœnã criminis.de hæretic.accusatus.§.si verò.in fi.xxiij.dist. quorundã.C.si reus vel accu.l.j.& ij.& quod not.de simo.per tuas.j.in vlti.glos.& ad hũc casum posset reduci lex,si decesserit.ff.qui satisd.cog.Secundo casu, quando potest respicere successorem vel hæredem,aut sit mentio saltem generalis successoris,vel hæredis.& tunc est planum,quòd extenditur.ij.q.j.in primis.vij.q̃.j.præsentium.iij.q̃.vj.hoc quippe.de concess. præbẽ.proposuit.de rerũ permu.cùm
6 vniuersorum.nam & tunc † compromissum,quod cum strictius est.de re iudic.c.fi.respicit hæredes.de arbit.c. fi.ff.eod.sed si interpellatur.& l.diem proferre.§.j.Aut non sit mentio certa.aut res non est integra.aut est integra per conuentionem tantùm.& hoc per decre.signi.ibi:euocatus. & per decr.proposuisti.de foro compe. cum si.dico perpetuatum,quod placet Bartho.in pri.decre.signifi.& per gloss.quas ibi posuit colligi potest: quomodo ipse intellexit rem nõ integram in decr.quia verò.facit quod ibi not.Phil.& in decre.dilecti.facit, quod no.Tan.Vinc.& l.fi.de vsu.tua nos.Gul.in Spe.tit.j.§.restat.versi.itẽ mortuo facit lex.ff.de act.& oblig.l. constitutionibus.de off.leg.c.fi.de of. deleg.gratum.sed Bartho.brix.in pri. quæstione contradicẽs ante lit.cõte. repertum non transire ad hæredem aut non est integra per contestationem.l.quia lis est conte.& tunc concor.opinio,ꝙ transit ad hæredem.Se
7 cũdo casu,quãdo † res est integra sub distingue:quia aut is de cuius hęrede vel successore quæritur,cõprehendebatur sub regula:generali.aut nominatus erat in rescripto.in primo casu tenuit Goffr.& cõmuniter omnes ꝙ successor conueniri non potest.ergo nec conuenire.& sic intelligit decre. sig.saluo,quod ibi scripsi,post Inn.& Cõpo.ꝙ prælatus ecclesię factus post interpretationem potest eo casu conueniri,licet prædecessor non fuerit citatus,cum conueniatur ecclesia.Secundo casu,quãdo nominatus erat in rescripto,aut fuit rescriptum impetratum pro & contra dignitatem,vel ecclesiam.aut pro vel contra personam.primo casu tenet glo.in decr.dilecti.de foro competen.Innoc.Hosti. Gul.Na.Pe.& Ab.quòd hęres vel successor potest conueniri.ipse cum Hostien.in decre.significauit tenet contrarium.& si in rescripto non sit expressum nomen proprium prælati,respondens ad decret.quoniam Abbas. de officio delega.quòd iudex est iustus æquus,& litem diffinit.vnde rescriptum respicit iudicem successorem.sed pars communiter cauillosa rescripto abutitur & lites auget.vn-
8 de rescriptum † in eo quod odiosum, restringitur.Prima placet,& dixi sicut de hærede vel successore actoris in hoc casu,scilicet ꝙ possit cõueniri,quodapertè tenet Vinc.in præ.decre.significauit.& Inn.de offi.deleg. gratũ.Secundo casu,quando pro vel contra personam . aut quærimus de singulari

ſingulari ſucceſſore.& ad iſtum non
extenditur reſcriptum,niſi in caſu de
cret.primæ.de ali.mu.in l.cùm ſcien-
ter.ſucceſsit in vitium.de iudi.quia.
v.de reſtitutione ſpo.ſæp.vel cùm e-
manat ſecunda iuſsio, vt in præ.dec.
quia.v.aut quærimus de vniuerſali.
In hoc eſt opinio, & reſidet princi-
palis quæſtio Lau.Tam.Phi.Bertho.
Gof.in Dec.ſignificauit.gloſ.in decr.
quia quandoq; dicunt reſcriptum ad
illud non extendi.& facit,quod ſcrip
ſi.ſuprà.cum tractabitur de re non in
tegra per conuentionem,tantum di-
cunt Innoc. Compo.cogi. & Pe.con-
tra vt dixi in opin.ſecunda.quæ pla-
cet,circa quod eſt aduertēdum,quod
quæſtio quærit expreſsè de reſcripto
delegationis.per quod non datur.ius,
ſed iudex actionis.vel iur.prius com
petentis.de reſcripto autem pondera
tur priuilegium.nota.Dy.eo.ti.priui-
legium.Cùm ergo ex reſcripto dele-
gationis ius non concedatur,ſed iu-
dex tantum,non video quale præiu-
dicium inferatur ſi reſpiciat hære-
dem, cum ius eius vel aduerſarij in
hoc non pereat. facit de procurat.ex
inſinuatione.¶Ad hanc partem indu-
citur lex.ij C.quando libel.princ.da.
ſed ſi aduertatur,videtur facere con-
trà.Nam ſi quod ibi dicitur,eſt ſpecia
le in annalibus actionibus,eius con-
trarium eſt regulare:malus.ſed ſecun
dum hoc dicam,quòd bene eſt in il-
lis accuſationibus ſpeciale,quòd per
petuantur abſq; lit.cont.ſed quòd ibi
dicitur de reſcripto impetrato in om
nibus actionibus, ſit commune. ſed
apertius probet lex illa de reſcript.
appellationis, quàm cum appellans
proſequi debeat infra annum ad in-
ſtar annalis actionis dicetur reſcri-
ptum ſuper ipſa impetratum,fore per
petuum.hanc opin.puto veram,ma-
ximè in exemptis, contra quos con-
ceduntur apoſtolica reſcripta, vel
quando reſcriptum delegationis con
ceſſum eſt ab immediato ordinario.
caue huic. quia cum ſtrictæ cauſæ
interpretationis horum reſcripto-
rum ſint, quia per ipſa præiudicatur
ordinariæ poteſtati,niſi ceſſat, hæc
ratio, poſſunt largius interpretari:
non ob. quod dicitur reſcripta non,
extēdi ad alios omnino.& facit quòd
ſcripſi,de tranſa.veniens in fi.ſed hę-
reſ vel vniuerſalis ſucceſſor fingi-
tur idem cum defuncto.In authen.de
iureiur.quod à mori.præ.in prin.col.
v.ſi igitur communitas commune re
ſcriptum facit extendi ad non expreſ
ſum:vt in prę.l.C.de diuer.reſcrip.for
tius hoc faciet identitas perſonæ iu-
ris fictione.nec ob.decre.quoniam ab
bas, quia inquantum reſcriptum re-
ſpicit iudicem datum, iuriſdictio eſt
ibi priuilegiata, quæ meritò expirat
iudice dato,ſub nomine proprio,mor
tuo re integra.ſed inquantum reſpi-
cit partes,obligatio eſt ibi principa-
le reſcriptum,vel iudicis datio,acceſ
ſorium. vnde reſpectu partium non
eſt mirum,ſi contemplatione princi
palis durat acceſſorium.facit.ſ.eo.li.
de of.le.ſi ſuper gratia.Hoc quod di-
10 xi † reſcriptum extendi ad hæredem
vel ſucceſſorem vniuerſalem,intelli
go verum eſſe, ſi tempore datæ re-
ſcripti innuebat is,contra quē datum

fuit.aliàs secus.& sic loquatur vel secũda.ff.quæ sen.sine app.rescin.Ioan. andr.

SVMMARIVM.

1 *Tacens, nec fatetur, nec vtique negat.*

2 *Tutoris præsentia in his, quæ aguntur per pupillum, non arguit aut infert eius consensum & authoritatem, nisi expressè loquatur.*

3 *Taciturnitas an habeatur pro consensu, vbi agitur de aliquo obligãdo. Et quãdo.*

4 *Electus quis fuit ad dignitatem, eo præsente tacente episcopus contulit præbendam, illius demum cassatur electio, an ille præbendam repetere posit. & numero. 5.9.10.12.*

6 *Tacere in damnosis & onerosis, non est consentire.*

7 *Præsbyter. si præsente & non contradicente episcopo, votum peregrinationis emiserit: quod cùm pararet exequi, episcopus contradixit. & nihilominus iter arripit. quo absente episcopus ecclesiam contulit alteri, an præsbyter reuersus illam posit iure repetere & adsequi.*

8 *Voti executio an sit necessaria, non obstante superioris contradictione. An verò obedientia voto sit præferenda. nu.11.*

13 *Episcopus quid alienauit tacente & non contradicente capitulo: an eius successor id ipsum posit reuocare. & num.11.*

14 *Taciturnitas & patientia, an habeatur pro consensu. & nu.15.*

17 *Religiosus tacente vel patiente suo prælato posit ne esse testamenti executor: maxime, vbi multa relicta sunt ad pias causas.*

18 *Prælatus licentiam datam monacho ad quẽcunq; actum, an posit reuocare remiss.*

REGVLA XLIIII.



IS, qui tacet, non fatetur. Not. quia non dicit, non consentit. & sic non contradicit regulæ: qui tacet. super confessione enim & negatione, non super consensu & dissensu fundatur hæc regula: & regula iuris ciuilis. propter attinentiam autem, quam habet confessio ad consensum, & negatio ad dissensum, glossatores iuris ciuilis, & nostri, illam materiam adaptauerunt huic regulæ: quæ propriè spectat ad regulam: qui tacet. vt ibi, quæ dicam. ¶ Prima gl. dicit, vnde sumpta. & ponit exempla. Secundò al legat. x. iura, in quibus fallit prima pars regulæ & viij. in quibus fallit ij. remittens ad alia: & dans triplicem
1 solutionem. ¶ In j. † igitur ibi: qui tacet, sibi vtiq; non fatetur: sed tamen verum est non negare. & ibi. §. voluntatem. vide in regula: qui tacet. in gl. & ibi. §. pœna. cogitur maritus agnoscere, qui non denuntiauit mulierem ex se non esse prægnantem. & ibi. §. qui impleto. sequitur tempore conditionis mansit in conductione, non solum reconduxisse videtur: sed & pignora durare videntur. & ibi qui in futurum recipiens vsuras futuri temporis, tacitè pacisci videtur non petere sortem. & ibi: inuictum. sequitur in seruitute accipere debemus, non solum eum qui contradicit, sed eum qui non consentit, & ibi: rem alienam. sequitur, distrahere. quem posse nulla dubitatio est. ¶ In primò igitur ibi. §. si is. versic. sed si sciente. qui aliàs est. §. & ibi. pro concessu signat
2 Dyn. contrarium † de. l. sicuti. ff. de ar bi. &

bi.& l.tunc autem.ff.de re iudica. versi.præsens tacens non consentit.licet contradicendo posset impedire : sed solùm locum habeant , cùm de præiudicio tacentis agitur.in contraria, quando quæritur de præiudicio tertij,& sic de tutore,qui licet sit præsens hijs,quæ per pupillum aguntur, non consentit , non authorizat , nisi expresse loquatur.ff.de aut.tut.l.j.in fin . nam & ibi nonne : & vide quod ibi scripsi super glos.vlti.contra opinionem , quæ habet aliud in obligatione rei alienæ , quam in venditione.de qua scripsi,de transacti . ex literis.super glos.ij.& ibi:vt in primis iuribus.& not.ff.man.l.qui patitur.& ibi expressus consensus.fallit fauore rei publicæ & pupillorum in casibus, quos scripsi in regula:qui tacet.super glos.& ibi in gen.& Ioan.mo.in regula : qui tacet & ibi:vel confesso & istud proprie facit ad regulam cum iuribus,quę sequuntur,vt decre.nonne.de præsumpt.& quandoque habetur pro negante : vt not. in decre.si post præstitum.in fine pen.glos.& in
3 fin . dicebat ergo † Dyn.quod solutio , quæ habet , quòd vbi agitur de aliquo obligando , regulariter taciturnitas non habetur pro consensu: vt in.§.inuitus.versic.hoc nota.si de præiudi.vel exceptione paranda.Secus,vt in regula : qui tacet.cum concor. quo ad istud secundum membrum tollitur per.§.vetare.& per.l. ff.de legat ij.Titia.§.Lucia.& de pigno.act.Caius pro tanto dicit in hoc secundo membro , locum esse , huic regulæ : cùm istud tacere , quòd est medium,sumit effectum quandoque vnius extremorum,quandoque alterius . nam si contradicendo poterat impedire,similatur consensui . ff. de pigno.fideiussor.§.pater.si non poterat impedire , assimilatur contradictioni : vt in l.ea.Caius.§.Lucia.hoc verum.nisi vbi expresse medium esset distinctum à dispositione cuiuslibet extremorum:vt in tributario.vt in princip.glos.vel diuersis respectibus adsumeret vtrunque extremorum : vt hic & in fin . gloss.si adhuc plenius ius hic prosequitur . vide Cynum.C.de procurationi.l.inuitus.

QVAESTIO. IIII.

Hic sub protestatione . quòd sequor errorem , de quo nunc dixi,super textu ponam quatuor quæstiones antiquas . Quarum prima est venerialis vigesimanona.qua quæritur: aliquis electus fuit ad dignitatem: episcopus eo præsente & tacente contulit præbendam illius demum cassatur electio : quæritur an præbendam repetere posit?

¶Secunda dominicalis.xlj.fuit talis: præsbyter præsente & non contradicente episcopo,votū peregrinationis emisit:quòd dū exequi vellet,episcopus contradixit:sed ipse nihilominus itèr arripuit:episcopus eo absente ecclesiā cōtulit alteri.quęritur an præsbyter reuersus illam repetere posit?

¶ Tertia dominical.hoc.viij.& Dama.lxxj.de his , quæ fiunt à prælato. est de episcopo , qui fecit alienationē tacente & non contradicente capitulo,an successor illā reuocare posit?

¶ Quarta quæstio fuit domini mei, quærentis an religiosus tacente vel patiente suo prælato, possit executor esse testamenti: saltem in quo multa sunt relicta ad pias causas?

¶ Ad primam allegatur affirmatiuè per hanc regulam ad quatuor rationes. Secundò, per tres in contrarium. Quartò, soluitur secundum Bartholum. & solutio reprobatur.

4 Primò igitur† sic probatur, quod illam repetat, cùm inuitus videatur, qui expressè non concessit. ff. de procuratoribus. filiusfamiliâs. § inuitum. Et amplifica hîc per hæc notata circa medium gloss. versic. item in his. Secundò, hæc res inter alios acta scilicet. inter episcopum & prouisum, electo nocere non debet supra. de re iudica. c. pe. cum concor. Tertiò cum electus non posset in hoc episcopum prohibere. ergo sibi non fit præiudicium. ff. de re. iudi. sæpe. circa medium. xj. qõ. iij. quando. & faciunt hîc no. de presum. nonne. Quartò, cessauit conditio, quæ tacitè subintelligebatur. s. si clericus consequeretur dignitatem illam, ad quam fuerat electus. illa ergo cessante, licitè repetit præbendam. xxij. q. ij. ne quis. s̃. de iur. iur. quemadmodum. vltra hoc facit ista regula. & regula qui tacet. ff. eo. titu. In contrarium regula: qui tacet. hoc eo. titu. cum concor. ad idem. xxviij. di. diaconi. de his, quæ fi. à præ. c. ij. xx. quęst. ij. puella. C. de la. li. toll. authenti. ad hoc. melius in authenti. de nupt. §. si verò ab initio de domino, qui sciens ancillam suam nubere libero, studiosè tacet, & illius perdit dominium. Secundò, tacendo non solùm confirmare videtur renunciare quod plus est, quàm si id fieret verbo. de ap. dilecti. de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex ore. illud ergo amplius non repetet. de transactio. ex literis. Tertiò, cùm non habuit, vt poterat, sibi præiudicauit. ff. de re iudica. sæpe. suprà. eodem. titu. c. penulti. de eo qui permisit sequentem agere, cùm sibi, prius id competeret, & quandoque plus operatur tacitum, quàm expressum. ff. de procur. filiusfami. §. veterani. C. eodem titu. ita demum. supra. eo. li. de iur. calum. c. j. §. j. Soluit† Bartho. Tan. dixisse, quòd istè non poterit præbend. repetere, cùm videatur eam habuisse pro derelicto: quia potuit contradicere, & non contradixit. 5

6 Hæc solutio † mihi non placet: cum in damnosis vel in onerosis tacere, non est consentire. vt hîc in glos. vnde in casu simili dec. dicit, ꝙ debet assensus accedere, quod denotat, actum, non taciturnitatem. de regularibus. beneficium. li. eo. Item, cõstat. j. quòd beneficia non vacantia concedi non possunt. de con. præ. c. j. & per totum. sed qui dicit vacare beneficium, dec in ius expressum: aliâs sibi non credam. xv. q. iij. §. cum autem. versi. nec quisquam. Hinc est, quòd etiam expressè consentiente prælato electoribus, non possent ipsi alium eligere in eius locum: non sic, si expressè consentit collatori, vt conferat. super versic. confirmatus quo ad terminos quæstionis facit quæstio. vide quod scripsi de his, quæ fi. à ma. par. ca. ex ore. super ver. confirmatus. quo ad terminos quæstionis: facit de instit. cùm venissent. vbi non solùm tacere, sed etiam

etiam loqui verba generalia,non no
cent archidiacono, qui promoueba-
tur ab archiepiſcopo. bene etiam fa-
cit ſ.eo.li.de præben.ſi beneficia. per
prædicta autem ſatis patet reſpon-
ſum ad contraria.
7 ¶Ad ſecundam quæſtionem † qua-
tuos rationes inducuntur pro preſby.
& totidem cõtra.ponitur ſo. Bartho.
ſecũdò verior ponitur,quę diſtinguit.
¶Primò igitur arguitur , quòd preſ-
by.eccleſiam repetere poteſt:quia ta
cendo conſenſit epiſcopus.per regu-
lam:qui tacet.eod.tit.cum concor.ad
id.ff.ad l.aquil.in l.aquil.§.quot. & l.
ſcientiam.& xx.q.ij.puella.ergò epi-
ſcopus ſuum conſenſum poſteà reuo
care non poteſt.ff.de ſerui.ruſti. præ.
per fund.de fil.præſ.veniens.de cleri.
coniu.cũ diuerſis.xvij.q.iiij.ſunt, qui
8 opes.Secundò,iſte † ſacerdos qui le-
ge Dei & ſpiritus ducebatur ad vo-
tum:per.l.communem vel publicã,
cui priuata præualet , impediri non
debuit.xix.q. ij. duæ ſunt. de regula.
licet.fuit ergo adſtrictus vouendo.
ergo votum tenebatur implere.xvij.
q.j.§.j. de voto. magnæ. debuit ergo
ſacerdos potius Deo, quàm epiſcopo
obedire.viij.di.qui contra mores. xj.
q.iiij.non ſemper.&. c. Iulianus. xv.
q.vj.iuratos.nam licet votum à prin.
ſit voluntarium : eius tamen execu-
tio eſt neceſſaria. de voto licet. in
prin.&.c.per tuas.facitergo ſacerdos,
quod debuit.& ſic puniri non potuit.
de cõſti.c.ij.xxxij.q.ij.c.vlt.xxiij.q. v.
9 c.j.Tertiò,cùm deuoto †complendo
inter epiſcopum & ſacerdotem eſſet
controuerſia epiſcopus non potuit
eſſe iudex in cauſa ſua.C.ne quis in
cauſa ſua.l.vna. Quartò , dato quod
ſacerdos ex iuſta cauſa abeſſet , citã-
dus eſſet : & ſi neſcitur vbi ſit , tunc
citationis edictum poni debet apud
eccleſiam.& poſteà per.vj.mẽſes ex-
pectari.& aliter priuari nõ debet. de
cleri.non reſi.ex tuæ.ergo multò for
tius debuit hoc in iſto ſeruari , quia
ex iuſta cauſa aberat, per quòd con-
cluditur quòd beneficium ſuum recu
10 peret. ¶In† cõtrarium, clericus ſine
epiſcopi licentia peregrinari non de-
bet,nec peregrinans ſine eius literis
recipi.lxxj.di.cap.vlt.de cõ.di.v. non
opertet de voto magnæ. vltra medi.
multò minus, eo contradicente. de
homici. Petrus de ſimo. ſicut & per
hoc ſit reſponſum ad ſecundum argu
mentum, quia non ducitur l.dicitur
contrà.quia legem eius agit.de renũ.
in fi.ver.ſed dices.Cùm ergo epiſco-
po contradicente receſsit, contumax
fuit.xj.q.iij.certum.ſine noua ergo ci
tatione,ex quo contumacia conſta-
bat,manifeſtę priuari potuit eccleſia.
de off.deleg.cõſuluit. & de do.& cõ-
tu.eum,qui.ſ.eo.li.Secundò,licet pro
11 pter obedientiam † malum fieri non
debeat:tamẽ debet bonum quando-
que intermitti.xj.q.iij.quid ergo. ff.
de re.mili.l.iij.§.in bello.& ſ. de tẽ-
por.or.ad aures.vbi de hoc , maximè
quia inobedientia comparatur hęre-
ſi.viij.q.iij.ſciendum.nõ potuit ergo
dolo carere non parens imperio ma-
giſtratus.ff.eo.ti.non poteſt.ff.ſi quis
ius di.non ob.l. vna. nec debuit iſte
ſibi ius dicere in cauſa ſua vt ſupra.
Tertiò , cùm in voto & iuramento
ſuperioris authoritas dicatur exce-
pta.xxij.q.ij.beatus.xxvij.q.ij.§. cùm

ergo.de voto.not.C.de iur.iur. veniē tes.non dicitur votum deserere , ex ex iusta causa non implens.ff. qui sa- tis.co.l.si.de iur.iur.peruenit.de vo- to.c.j.peccauit iste sacerdos non pa- rendo episcopo,per cuius præceptum excusabatur ab executione voti. Quartò , contra sacerdotem induci- hîc regula:cùm episcopus tacēdo nō consenserit,vt hîc.& in cōcor. potis- simè:quia absentia clericorū ab ec- clesijs est iuri inimica , & ecclesijs onerosa.de cleri. non resi.per totū.& per hoc sit responsum ad allegata in prin.Soluendo dicit Bartho.cū Tam.
12 quòd episcopus tacendo † sibi fecit præiudiciū,nec debet vltra cōtradice re,nisi noua causa interueniat. hæc solutio nō sufficiēs est ad quęstionē, qua principaliter quærebatur an sa- cerdos repetere posit ecclesiā:nisi di camus ꝙ soluens hoc intellexit.s.sa- cerdotē nō posse priuari per episco- pū,qui tacuit in emissione voti.& fa teor ꝙ inhonestè facit episcopus,qui tunc tacuit sine noua causa resistēdo. tū quia inhonestius facit sacerdos eo cōtradicente itinerādo , per supe rius allegata.Secundò remanet quę- stio dubia quā soluendo dicit,ꝙ epi- scopus illū priuare non potuit. Hæc solutio,ꝙ ille peregrinado se absen- tauit,etia eo contradicente simplici- ter,sed si monuisset eum ꝙ se nō hîc absentaret sub pœna priuationis, cui monitioni nō parens se absentasset, nō puto,ꝙ taciturnitas episcopi ex- cuset à pœna,etiā si expresè consen- sisset,nō videtur ꝙ eo inuito votum perficere posit.xxxiij.q.v.manifestū. &c.noluit. Posit enim aliquid epi- scopus occultans nouiter sciuisse, ꝓ- pter quod peregrinatio non expedit, etiā saluti vouentis. facit de tēp.or. ad aures:Forti⁹ ergo in terminis quę- stionis,si presbyter ante iter sic mo- nitus,non paruisset.ecclesiā, qua pri- uatus fuisset non repeteret.vbi verò episcopus simpliciter contradixisset, vel vetuisset,sed talem monitionem & fulminationē nō fecisset,dico pri- uationē fieri nō potuisse propter ab- sentiā,vel nō residentiā,etiā ex iniu- sta causa: nisi vt dictum est,in si.pri- mæ partis,quare præsbyter rediēs il- lē iustè repeteret cōtrariorum respō-
13 sio.s.patuit.†Ad tertiā quæstionē al- legantur tres rationes pro successore, & quatuor contra.Tertiò,datur solu tio quæ roboratur.& cōtrarijs respō detur.Primò igitur probatur tacitur- tatē vel patientiā nō sufficere: cū in alienatione rei ecclesiasticæ non de- beant clerici cōsentire.x.q.ij. hoc ius & xij.q.ij.alienationes. & nisi veniat expressa prescriptio clericorum,ipso iur.nulla est alienatio,etiā si in casu licito fuerit facta:vt ibi.& eadē,quæ sine exceptione.& de his,quę fi.à pre. c j.Ex quo ergo alienatio fuit licita, successor illam reuocabit. xij q. ij. si quos de seruis.circa fin nec obstabit pœna adposita. de preca.c.ij.& quod plus est,quælibet persona ecclesiæ,& ipse idem,qui alienauit,hoc possunt. probatur primū.xij.q.ij.non liceat. in fi.§.de re.ec nō ali.si quis.Secūdò ibi- dē &.xxxv.q.ix.quod quis.& de elec. nosti.nec iuuabit præscriptio posses- sorē tēpore ipsius malè alienātis.xvj. q.iij.si sacerdotes.C.de præscrip.lon. tem.aut malæ fidei. & facit regula. co.titul.

eo.tit.qui cōtra iura.cū concor.Secūdò,inducitur hæc regula,& iura quæ allegant gl.quę probant,ꝙ taciturnitas pro contradictione habetur.Tertiò adducitur regula delictū.hoc eo.ti.ad probandū,ꝙ etiā si canonici cōsensissent,non debet nocere ecclesię, quin superior saltē reuocet:de cleri.cōiu.diuersis.nam per restitutionem in inte.reuocatur propter læsionem enormē,contra contractus,quod ipso
14 iur.c.j.¶In contrarium†allegat taciturnitatem & patientiam canonicorū,haberi pro consensu per regulam: qui tacet. cum concor.& cū his,quas ad hanc partē in proximis quęstionibus allegaui.Secundò,quæro quis accusat,ꝙ potuit impugnare.lxxxiij.di.error.& grauiter puniendi sunt clerici,qui tāto tēpore tacuerūt.ij.q.vij.
15 qua propter.Tertiò si minor†rem vēdat sine decreto inutilis est alienatio,quæ cum sola taciturnitate confirmatur.C.si maior factus sine decr.l. si quando. Item sola taciturnitate matrimoniū confirmatur.s.eo.lib.de despon.impu.e.vno.ff.de ritu.nup.minorem.multo fortius venditio.Quartò,quæro pro hac parte videtur textus,vel casus dec.secūdæ de his, quæ fi.à præla. Soluunt Dama.& Bartho.
16 alienationem † nō valuisse,& sic reuocandā esse per.c. sine exceptione. & secundū Da.decr.ij.de his,quæ fi.à præ.loquitur de collectione decimarū,nomine beneficij personaliter facta, vbi sufficit patientia. vnde dixit Barto.illam intelligi de concessione facta causa pietatis, vel de re minima,vel ad certū factū,vel ad certum tempus.& vide quod no.in l.& in gl.

& quod super eis dixi.eo.ti.cùm nos. super fi.glo. vlti. per quæ patet,quòd vera est huius quæstionis solutio , ꝙ necessariò concluditur ex præcedenti tractatu,qui necessarius est in alienatione perpetua.s. eo.li.de re.ec. nō alie.dudum.ex quo sequitur taciturnitatem vel patientiam nō sufficere. & sic responsum sit ad primū. secūdū cōcedatur in l.si quando.& l.minorē. & dec.vnica.allegatis in contrarium. cessauit impedimentum ætatis: quia minor,lapsu temporis factus est maior:hic durat causa impediens : quia temporis lapsus non mutat statutū ecclesiæ.In quarta quęstione dn̄s mei breuiter : quia non dubia allegat ad negantem,& affirmantem datur solutio,quæ reprobatur.& cōtrarijs respondetur. Et quòd non possit exequi,inducebat quòd prohibetur secularibus procurationibus vel actibus se immiscere.lxxxvj.di.peruenit. nec mirum : quia etiam spiritualia exercere prohibentur.vt puta, baptizare, & pœnitentiam dare.xvj.q.j.c.j. & ij. monachus & reputatur mortuus.e.q. placuit.ij.prohibentur claustrum exire.ne cleri.vel mo.non mirum ergo prohiberi debet ab executione. ¶ In contrarium quia possunt misericordiæ opera exercere & miserabilium personarum curam & tutelam recipere:vt præalleg.c.peruenit.& cōducunt terras ad laborandum.de decimis dilecti. & propter vrgentes necessitates possunt tractare seculares actiones.xvj q.j. qui verè. & abbate imperante se immiscent secularibus actibus.de postul.iij.cap.ij.& præficiuntur secularibus ecclesijs.lv. di.priscis.

di.priscis.ergo & pias volũtates exequi poterunt,cùm insit, quòd tãtùm debeantur hominibus & circa. de sa. ec. l. j. facit dec. tua. de testamentis. Soluebat,quòd etiam de tacita vòluntate abbatis poterat exercere prę dicta:eo cõtradicente not.de postul. c.ij.ff.de re.mili.l.iij.§.in bello.Secũda pars solutionis vera:sed de illa nõ quęrebatur.sed de prima : quia taciturnitas vel patientia prælati hoc casu non sufficit.cùm enim, religiosus velle vel nolle non habeat,omnis talis actus,qui aggreditur ante licentiam , est illicitus. & per illum frangitur obedientia. & abdicatio propriæ volnntatis. facit cle. de procurato. religiosus. & quod ibi nota. in gloss. repete. Patientia igitur non posset illum facere licitum. vnde requiritur,quòd super hoc prius petatur , & obtineatur licentia : vt patet suprà.eod.libr.de testa.c.ij.j. respon. & in clemen.eod.titul.cap.j. vbi etiã dixi in glo.reprobatum.Et ibi etiam
17 † notaui , an licentiã datam posit prælatus reuocare.& in glos.sequenti vide de fratribus minoribus,qui ad executiones hodie non licentiantur. Ad cap.peruenit.&.c.dilecti.Responde,vt in eis notatur.cap.qui verè loquitur,cùm id fit episcopo iubente. Ad cap.priscis.respondeo, quòd priuilegiatum est in hoc officium prædicandi.de sta.mo.quod dei timore. & ibi etiam in transitu imò etiam in consensu requiritur abbatis supra, eod. lib. de elec. si religiosus.Regulę digestorũ hui⁹ literæ.I.sunt hę.

Paulus. Lex v.

In negotijs contrahendis alia causa habita est furiosorum:alia eorum, qui fari possunt: quamuis actum rei non intelligant. Nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia negotia tutore authore agere potest.

Pomponius. Lex VII.

Ius nostrum non patitur eundem in paganis & testatò , & intestatò decessisse,earumque rerum naturaliter inter se pugna est vt quis testatus & intestatus decedat.

Idem. Lex VIII.

Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.

Idem. Lex XI.

Id,quòd nostrum est,sine facto nostro ad alium transire non potest.

Paulus. Lex XII.

In testamentis plenius voluntas testantium interpretatur.

Pomponius. Lex XIIII.

In omnibus obligationibus , in quibus dies non apponitur,præsenti die debetur.

Paulus. Lex XVI.

Imaginaria venditio, non est pretio accedente.

Vlpianus. Lex XXIII.

In personam seruilem nulla cadit obligatio. Generaliter probandum est,vbicunque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini , vel procur.eius conditio , pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.

Pomponius. Lex XXXIIII.

In eo,ꝙ vel is,qui petit,vel is à quo petitur,lucri petiturus est,durior est causa petitoris.

Idem. Lex XL.

In omnib⁹ causis ꝓ facto accipitur, id in quo

id, in quo quis alium perhorrescit. quominus fiat.

Vlpianus. Lex LXIX.

In omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficientè ea beneficium quoque deficiat. vbi verò genus actionis id desiderat, ibi (ad quemuis persecutio eius deuenerit) non deficiet ratio auxilij.

Paulus. Lex LXX.

Inuito beneficium non datur.

Papinianus. Lex LXXVII.

In totum, omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt.

Papinianus. Lex VIII.

In toto iur. vide in regula generali.

Paulus. Lex LXXXVI.

In ambiguis pro dotibus respondere melius est. non est nouum. vide in regula: factum. Quoties æquitatẽ, desiderij naturalis ratio aut dubitatio iur. morantur, iustis decretis res temperanda est.

Idem. Lex XCI.

In omnibus quidem, meximè tamen in iure æquitas spectanda est.

Metianus. Lex XCVII.

In ambiguis orationibus maximè sententia spectanda est eius, qui eas protulisset.

Paulus Lex CXI.

In eo quòd plus est, semper inest & minus.

¶ Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione. Pupillus pati posse non intelligitur, Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum: Mulieribus tunc succurrendũ est, cùm defenduntur, nõ vt facilius calumnientur.

Paulus. Lex CXV.

In obscuris inspic. vide in regula: inspicimus.

Vlpianus. Lex CXXII.

In iure ciuili. vide in regula: cùm constat.

Vlpianus. Lex CXXX.

Is damnũ dat, qui iubet dare. eius verò nulla culpa est, cui parere necesse sit. Quod pendet non est pro eo, quasi sit.

Idem. Lex CXXXV.

In contrahenda venditione. vide in regula: contra eum.

Vlpianus Lex CXXIIII.

In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habeant, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. cum verbum, instituas, in lege inuenitur, & si non specialiter de fructibus additũ sit: tamen etiam de fructibus sunt restituendi. Vnicuique sua mora nocet. quod & in duobus reis promittendi obseruatur. Dolo facit q petit, quod restituturus est.

Vlpianus. Lex CXXXVI.

In omnibus officijs quæ fieri per liberas personas leges desiderant, seruus interuenire non potest. Non debeo melioris conditionis esse, quàm author meus, à quo in me ius transit.

Paulus. Lex CXL.

In obscura volũtate manumittentis, fauendum est libertati.

Marcellus. Lex CXLV.

Impossibiliũ nulla est obligatio.

Paulus.

Paulus. Lex CLXXI.
In pari causa. vide in regula:in pari.

Caius. Lex CLXXIIII.
Imperitia culpę adnumeratur.

Vlpianus. Lex CXCVIII.
Inuitus nemo cogitur defendere rē, de qua agitur. Cui damus actionem, eidem exceptionem competere:multò magis,quis dixerit.

Cùm quis in locum alicuius successerit, non est æquum ei nocere hoc,quòd aduersus eum non nocuit, in cuius locum successit. Plerunque emptoris eadem causa debet esse circa petendum ac defendendum, quæ fuit authoris. Quod cuique præstatur,inuito non tribuitur.

Vlpianus. Lex CCVI.
Iura naturæ æquum est neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. litera k. hîc, & ibi deest.

SVMMARIVM.

1 *Iactura,largè sumitur. Et vnde dicatur.*
2 *Et,disiuncta,ponitur pro coniuncta.*
3 *Sequestratio, quid. Et vnde dicatur. Omnis item sequester,est depositarius:nō econtrà. Et sequestrationis vsus numero 5.10.*
4 *Contractus à principio voluntarius est, sed post necessarius. Et quid de sequestro.*
6 *Sequestratio fit iudicis officio quadrupliciter. & nu. 7.*
8 *Ad sequestrationem an admitti debeat, qui ad possessionem potiora iura habet. & num. 11.*
9 *Sequestratio subsidiaria.*
12 *Sequestratio, est minor pœna missione in possessionem.*
13 *Sequestratio per iudicem qualiter fiat, etiam ad partis instantiam. Et quid in negotio appellationis ante executionem.*
14 *Sequestratio, quando non sit possibilis.*

REGVLA XLVIII.


Locupletari. Iactura largè† sumitur pro omni damno:de pœn.suam. tamē strictè dicitur à iacio iacis,pro iactura,quæ fit pro exoneranda naue tempore periculi. de qua.ff. ad l.Cor.de iac. Et iacientes non habent res pro derelictis.eo.tit. qui leuandæ.quare hi ad quos peruenerūt, illas restituere tenentur,ne locupletētur cum aliena iactura.¶Prima gl. dicit.vnde sumpta & ponit exempla. secūdò, ponit quatuor casus:quibus, fallit rationem reddens & exponens hîc disiunctam pro coniuncta. 1

¶Tertiò,alleg.concor.signatur contraria,& soluit : & regulam exponit de enormi iactura.¶In j glo. ibi:iur. naturæ.vers.æquum est neminē cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.& ibi : si quis presbyvbi ecclesia presbytero non succedit in his,quę scripta erant censibus, iur.patronatus, vel curiæ:& ibi re aliena,ad quas non datur actio : licet possidendi detur exceptio doli. hoc vult.l.Paulus & ibi.l.personæ.instit. legatum, fideicommissum, libertas, vel tutela sic relicta, ille vel ille, 2 vtrique† debetur.& disiuncta,ponitur pro coniuncta. & ibi fistulam, si assiduus est vsus balnei, vt per honorem vicino noceat, prohiberi potest:& ibi.l.vlti.in fi. non licet vici-

no ædi

ne ædificare. sicq́, necessarium ventum areæ ad secernendos fructus, à paleis auferat.& ibi.§.vlti. si per puteum quem in meo feci,venæ tui putei sint præcisæ, non per hoc teneor damni infecti tibi:nõ tenetur is, qui aliquid iure facit,etiam suo:licet per id tibi consuetum commodum auferat. & ibi §. denique. non licet mihi in fundo meo facere animo nocẽdi, quod fundo vicino noceat. & ibi. l. quoties. per rescriptum iudicis peti potest dilatio,non remisio debiti.
¶In j.glos . ibi : & vsucapionibus.vt dicit Io.mo. hîc, ne rerum dominia sint in incerto.ff.de vsuca.l.j.vt sit finis litium.ff.pro socio.l.fi. & ob puniendam desidiam dominorum.C.de an.ex.l.fi.in fi. suprà de prescri. vigilanti.& ibi:cõtractibus. dicit hîc dy. se credere de æquitate cañ.quod nisi sciens se non numerasse,recepit confessionem , exceptio non numeratę pecuniæ nõ excludatur biennio, per regulam:possessor:suprà eod. de hoc plenè scripsi post Host. suprà de sol. c.fi.iniuria. idem actum in prædictis tribus, vel quatuor casibus. Et idem Dy. per modum obiectionum. & ibi & cautius dicebat propter hoc Dyn. quod regula iur.ciuil. propter copulam ponebat vnam causam. Ista videtur ponere duas propter disiunctã. Ad primum alleg. ff. de condi. & de. l.cùm pupillus.§. disiunctiuæ. ad secundum. eo. titu.si hæredi plures.Et sciendum,quod Ioan.mon.exquirens causam ponendi tractatum sequestrationum,dicit admittendas iactu ras quandoque inuentas sequestrationes , vt patet ex notatis suprà de seque.pos.c.pe. Quare volens de illis tractare,dicit diuisionem earum præ mittẽdam:per quam res fit lucidior. ff.de do.ex l.j.Verba cuius ponam ad literam. repetito quod dixi in regula:in generali.in prin. tractatus protestationum. Dicit† ergo,quòd sequestratio est rei, quæ in controuersiam deducitur,consensu contractantium apud tertium depositio. ff. de-po.l.lites.& l.apud.in prin.&.§. fin.& iste tertius sequestra. vocatur à sequendo.quia vterque de contendentibus fidem ipsius sequitur,dictis iuribus.& ff.de verbo.signifi.sequester. Est enim omnis sequester depositarius : non econtrà. Nam licet plures possent deponere apud vnum:tamen sequestrum non nisi plures deponere possunt:& tunc quilibet deponit insolidum : vt in d.l. licet & l.ei,apud. Et iste depositarius sequester. tantũ habet potestatis, quantum cõuentio deponentium sequestro tribuit : vt in d.l.ei,apud §.fi. Nec mirum:cùm hîc sit contractus depositi , qui sicut cæteri contractus ex conuentione legem recipit.ff.depo.l.j.§. si conuenerit.sic est in omni deposito. Et tamen est differẽtia huius depositi ad alia : quia in alijs depositarius non possidet : sed possidet hic:si sit actũ. & tunc neutra pars partium potest se iuuare possessione contra alios, quoad actum vsucapionis : cùm iam sit interruptum. Sed si nihil sit actũ expressè possessio proderit victori contra alios:sed vnus cõtra alterum de illa possessione non poterit se iuuare.Sequestrum,cum ipsis deponentibus sit inutilis inter se,sed quo ad alios

alios proficit victori. & est ratio: quia certantes de re, deponentes eandem penes sequestrum, fidem eius sequuntur: dũ hoc pendente vnus contra alterũ iuuari de possessione nequid: sed contra illos sic: cùm quo ad alios victor liberas ædes habeat. ff. si ser. ven. l. loci corpus. §. competit. sic intelligo. ff. de acqui. pos. interesse puto. & dicta l. licet. & isto casu sequestratio non est prohibita: sed iur. ap-
4 probata. sic contractus† legitimus & est volũtarius à prin. sicut cæteri approbati contractus. C. de act. & obli. sicut. sed ex quo conuentum est, recedere non licet: nec quo ad partes contrahentes: nec quo ad certum sequestrum recipiendum, nisi ex causa: vt d. l. ei. §. si velit. & qua actione agatur hoc casu: notat in d. l. licet. alia autem sequestratio fit iudicis potestate. & hoc contingit dupliciter. Aut fit de re non contentiosa, hoc dupliciter. Aut est ad iur. sui seruationem:
5 aut oneris† euitationem. Exemplum de primo, vt puta, plures sunt hæredes: quorum quilibet recognoscit hæreditatem: vult tamen quilibet ius suum in posterum præseruare, sicut in tabulis testamenti, & in cautionibus seu alijs ipsis hæredibus communibus. tunc si ius istos non concordat, seu si prædicti cõuenire non possunt, fit sequestratio. ff. famil. erc. l. ceterę. §. fi. & l. seq. ff. de fi. instru. l. fin. exemplum de secundo. vt C. de vsur. acceptam. ff. eo. tit. debitor & istis casibus sequestratio est rei liquidæ sui iur. tuendi, seu oneris euitandi gratia depositio. Si verò fit de re contentiosa, tunc sequestratio est rei posses-

sæ seu detentæ aut fructuum eius, quæ in controuersia vertitur à possessore seu detinẽte iudi. officio ex causa separatio, & penes alium depositio. & hoc casu sequestratio dicitur à sequestrando, quod est idem in vna significatione, quod separare præsertim certantes seu pacificare. & ex primo bene gesto sequitur pacificatio. & si non simpliciter, saltem ad tempus seu quo ad aliud, & dictis modis omnibus sequester est certantibus. medius interuenit secundum Isido. Primo casu ex partium Conuentione. Secundo ex iudi. authoritate. & primum magis approbo: cum non sit necessaria regulariter iudic. autho. nisi partes concordent. arg. ff. de no. ope. l. j. §. & post operis. & hæc seque-
6 stratio iudic. officio † fit quadrupliciter: aut mero officio præsidẽtis, aut mercẽnario, aut petitione sequestri, aut alterius partis. Verbi gratia. Primo casu, vt sit præses, videt aliquos ad arma & rixas venire, quos potest sua iurisdictione compescere: vt ff. de vsufruct. æquissimè dicere debet superior, vt aliquibus locis fit: recipio hanc contentionẽ in manu mea: & rem custodiri faciã. & coram me veniatis, ius vestrũ prosecuturi. hoc fit in Normania in iudicio restitutorio, in quo iudex fundum de cuius restitutione agitur, mandato suo facit coli: & restituit fructus obtinenti, ne isti cõtendentes ad arma prosiliant. quod sæpe cõtingit in istis spoliationibus. & sic sequestratio mero iudic. officio incumbit: cũ iudex subditos videt ad arma paratos, neutra partium curante componere, seu iu-

dicem

dicem adire. Secundo † modo, vtpote, quia illud officium est mercenarium seu deseruit. & tūc si illud seruitium est debitum, propter illud potest fieri sequestratio. verbi gratia. aliquis beneficiatus non vult seruire beneficio: præsidens sic habet curare beneficium, quòd eius officium non negligatur. & tunc quantuncumque appellet beneficiatus, fructus poterunt sequestrari: quoadhoc, vt beneficium saltem officietur. s̄. de app. peruenit. Exemplum, quod poni potest. C. qui ad liber. procla. not. lib. l. iij. C. de assess. tol. l. j. §. super peculio. quibus iuribus videtur, quòd si duo contendūt de beneficio, quorum nullus fuit possessor pacificè, fructus poterunt sequestrari. cùm dictum beneficiū non duos ministros, sed vnum debeat obtinere, saltem quousque cōtentio sopiatur: argu. s̄. de rescrip. cùm contingat. arg. ff. de po. l. j. §. à priuile. Nec mirum. nam iudex videt, quòd duo dicunt se habere dignitatē, de qua agitur, insolidum: in qua ius creari non potest, expone, sed ex canonica institutione. ff. haberemus. & s̄. eo. c. j. nec ista dignitas duos spōsos habere debeat. nec ista dignitas interim debeat inofficiosa remanere, fructus tam ad officium faciendum, quàm ad obseruandum ipsos fructus ei, qui obtinebit iudicis officio porerunt sequestrari: ar. iurium prædictorum. & ff. de tabu. ex l. fi. ff. vt le. no. ca. postquàm. §. j. Et est ratio ad præmissa, quia quandocūque aspicit iudex onus minuere alicui, & illud non facit, ille cui incūmbit, vt decet, præses debet vocare illum, cui dictum onus incumbit, quòd si ipse non fecit, debet fieri sequestratio: vt est casus. ff. soluto matrimo. si cùm dotem. §. si autem. supra. de do. post diuor. restitu. per nostras. & hæc est ratio dec. prælallega. peruenit. & hoc credo indubitatum in beneficiali. vbi autem possessionem alterius pacificam adparet controuersia in limine prouisiōis facienda vel factæ. s̄. de iure patro. c. j. ij. & iij. sic etiam dicerem in contractu. & sic intelligo. xj. quæst. j. c. quia res ibi enim habet prouidere prętor & propter quietem partium, vt onera rei incumbentia compleantur: vt res rectè gubernetur. Ex quibus colligo, quòd iud. officium mercenarium deseruit sequestrationem faciendam, aut propter onus rei incumbēs, quod non completur, vt dictum est, seu rei cōncessę ad vsum. & sic loquitur dec. peruenit. & s̄. sol. mat. si cùm dotem. §. si autem. s̄. de sequestratione. c. ij. Aut istud officium deseruit sequestrationis ex qualitate personarum concertantium. & quando qualitas personarum est talis, quòd facti natura inducit incompassibilitatem, tunc prouidet partibus per cautionem. i. per cautelam sequestrationis, vt dicit gl. prouidere. verbi gratia P. est liber. & tamen alter in possessione seruituris ipsius P. proclamat P. in libertatem. multæ res sunt apud P. quarum aliquas cōfitetur P. acquisitas ex re possessoris, aut opera ipsius P. istæ statim debent restitui possessori. aliæ quæ ex donatione vel legato prouenniant ipsi P. detecta libertate ipsius debent adsignari. Sed interim, cùm dubitatur de aliquibus rebus, an sic

vel sic sint acquisitæ, tunc cautela sequestrationis est adhibẽda. Sic loquitur. C. quibus ad libe. procla. non li. l. iij. & de asses. tol. l. j. §. super peculio. nam in dictis iuribus compassibilitas fratri ad pœnas relata sequestratione necessaria, & hic intelligo ver. possessor cauere non poterat. C. de ordi. cog. l. fin. Sed cùm qualitas vnius patriæ hic induceret: & tunc peteret fieri ab alia parte per iudicem. Sic esset causalis seu specialis cõtra regulam, vt iam dicam, & credo, ꝙ quãdo contenditur super indicto vniuersali, ꝙ est tripliciter vel quasi: sicut est, vbi contenditur de beneficio: vt not. s. de libel. ob. c. j. cuius inducit sequestratio, quàm in iudicio singulari, quo peto meum vel mihi debitum, vt assero agendo, vnde iura inducentia sequestrationem faciendam, loquuntur multum in iudicio vniuersali, vel quasi: vt. ff. de tab. ex. l. fin. de colla. bo. l. j. C. de acce. tollen. l. j. §. super peculio. C. quibus ad li. procla. nõ li. l. iij. & est ratio, vbi ago contra P. ad certam rem, ibi cõtenditur de eo, quod alter tenet, vel de quo est præsumptio reum se. ad hoc nõ ligatum, vbi ad hoc probetur, vt iam dicam: sed vbi contenditur super vniuersitate, vel vbi non est præsumptio pro detinẽte tam efficax, sicut est in præcepto prædicto casu, cum possidens vniuersa, singula non possideat. ff. de acquirenda possessio. qui vniuersis in

8 princip. Item, ex æquitate † dictorum iurium dicerem, quòd si duo contenderent de vno beneficio, & vbi potiora iura apparerent pro vno quàm pro alio, ille, qui offert iura potiora, esset in possessione tenendus vel mittendus arg. C. de ædi. di. Adri. tol. l. fi. quo casu si iste peteret sequestrationem fieri, deberet audiri. cùm enim admittendus sit ad plus: vt ad possessionem magis quam ad sequestrationẽ. Si autem fiat sequestratio tertio modo, hoc est, petitione sequestri: dic vt. ff. depo. l. ei, apud. §. si velit. Si autẽ fiat quarto modo, scilicet, ad, petitionem partis per iudicem, hic dependent leges, & prophetę, & hic distingue. Aut petitur sequestratio pendente principali negotio, aut pendente negotio ap. ab executore interiectæ. Primo casu dupliciter, aut proceditur à parte contra partem præsentem, aut à parte in partis contumaciam. Primo casu dupliciter: aut contenditur super re, de qua est magis præsumptio pro reo: vei bi gratia, peto rem ex aliquo contractu, ius præsumit me non ligatum, nisi probet ligatus: quo casu sequestrationis necessitas conquiescit: & est in isto casu inhabita. nam primo dicit debitor conuinci: & tũc demum ad solutionem constringi. C. de prohi. se. l. vna. C. de act. & obl. negantes. & de iur. fis. l. fi. lib. x. idem dico, si res est talis, cuius possessio indifferenter cadat inter eos, qui contendũt. vei bi gratia: habere fundum, ita cadit in me, sicut in Petro. Ago contra Pe. ad fundum: quia P. eo ipso quòd possessor plus habet, quàm ego. Institu. de interdict. §. commodum. C. de rei vendi. l. res alienas. nunquam principali pendente negotio debet fieri sequestratio. sic loquitur decreta. s. de sequestratio. & ff. de rei vendi. vtique verum. vt dicta pręsumptio vinceretur

ceretur aliqua æquitate: vt suprà. de sponsa. cùm locum. & de restitutione spolia. literas. ff. de offic. præ fid. senatus. Item iudicis officio esset sequestratio permissa. Si iudic. æquitate suadente videretur: vt expressum est in dictis iuribus. & ff. qui satisda. cogantur. si fideiussor. §. fina. & hîc sunt casus speciales contra regulam ibi: cùm suspicio, quæ habetur contra reum, vt prouideatur parti agenti, inducit sequestrationem. vnde cùm intersit iudicis, ne iudicium sit elusorium. ff. ne quid in lo. pu. l. fina. habet iudex prouidere: & tam in principali, quam in fructibus. Cautela conueniens præstetur in re mobili: vt dicta lege fina. si fideiussor. & pari æquitate. idem est in fructibus rei immobilis. vnde † si reus non possit cauere iu-
9 dici, æquum videbitur, vt fiat sequestratio. nam cùm aliquid incumbit in iudicijs, & iudex non potest facere, vt ius pręcipit, debet prouidere, vt potest. C. de ass. tol. l. j. §. si verò re vera. & ff. de colla. bono. l. j. §. si super. & hoc casu sequestratio est, subsidiaria. & sic loquitur. C. de agric. col. & censibus litibus. libro sexto. Est ergo regulare, vt quando aliquid incumbit alicui, & ille onus annexum non implet, sed abutitur, iudex ex officio habet prouidere. verbi gratia, Petrus est missus in possessionem rei petitæ causa rei seruandæ. iste non facit fructus suos. Sed illos consumat iudex habet prouidere super hoc, vt sequestrentur: vt suprà. de sequestratione. capi. secundo, & dicta decretali, per nostras. & §. prędicto. Si autem. & hic fieri debet cum causæ cognitione: nam cùm nedum possessor, sed & in possessione existens, non sit à possessione seu detenta conuentione causæ cognitione amouendus: vt suprà. de simo. querelam. C. si per vim vel alio modo. l. fin. In prædictis versatur causæ cognitio: & est expressum in dicta decreta. ij. de sequestratio. Si autem procedatur in contumaciam, hoc est, dupliciter. Aut est causa, in qua potest procedi admissionem in possessionem, aut non. Sed si non, vt quia agitur de beneficio, vt beneficium, quo casu non habet locum missio in possessionem suprà. hoc titu. de eo, qui mit. in pos. capitu. actor. & hoc casu fieri potest sequestratio. sic loquitur decreta. expressà suprà. de præscrip. olim. nam cum missio in hoc casu cessaret id, quod erat illis similius, vt vicinius debuit fieri. vnde quod gloss. dicit ibi, quòd malè facta fuit sequestratio, malè dicit: cùm eadem decreta. prosequatur factum sequestrationis: quod non faceret, si indebitè facta fuisset, vt apparet ex textu dictæ decret. mihi Ioannes Andræas. hîc non apparet. Si verò est causa, in qua possit procedi ad missionem in possessionem, tunc cùm sit via ordinaria de mittendo in possessionem, tunc illa regulariter est seruanda. C. vbi in rem actio. l. ij. in fine. intuitu tamen religionis dicunt aliqui, quod iudex ad sequestrationem potest procedere alia iusta causa: & sic intelligunt de dolo & contumacia. c. ij. Sed hoc casu dicerē, cū reus est cōtumax, sua contumacia de iure est puniēda: & hoc est necessariū aut in re, de qua

contenditur, aut in persona sit pœna, nisi iur. non potest. §. vt lit. cōte. c. tuę.
10 Iure dupliciter. vt † est præmissum. nā vbi missio non est possibilis, tūc aut excommunicatio & sequestratio est necessaria, nec aliqua punitio contumaciæ iur. est vicinior missiōi in possessionem ipsa sequestratione, quæ se habet ad missionem in possessionem vt excedens & excessum. Nam contumaci est magis luctuosum, quòd aduersarius sit in possessione, & ipsum contumacem tædio afficit: quam si apud bonum virum res esset ad custodiendum deposita per iudicem: argumento. C. de bo. quæ lib. cùm oporteret. plus tamen recedetur à re per sequestrationem factam propter cōtumacem, quam missione in possessionem. & secundum hos respectus vel alios dici potest, quandoque plus est, quandoque minus missio in possessionem respectu sequestrationis. vide quod ibi dixi super vers. religionis. & super tres gl. Io. an. & propter respectum aliquod dictum est in d. c. factā sequestrationem intuitu religionis. nam magis competit religioso litigāti ꝙ fiat sequestratio, quàm in possessionem missio. quæ est ad afficiendum tædio contumacem quod non cadit. cadit: hoc est, cadere non licet
11 relig. & isto casu, quo fieri † posset missio in possessionem, posset fieri sequestratio. regularius tamen hoc casu puniam per missionem: cùm hoc sit ordinarium. §. vt lit. non contesta. quoniam. §. in alijs iudex, cuius officium est latissimum. ff. de iurisdictio. omnium iud. l. j. debet attendere, qua via reus contumax magis adstringi valeat, vt suam contumaciam agnoscat: & illam purget. Item, illam viam exequatur, siue excommunicando, siue mittendo in possessionem, siue sequestrando: cùm enim contumacia quandoque damno litis coërceatur. ff. de regulis iuris, contumacia. C. de ingenu. manumis. diffamari. §. de proba. licet. circa princip. multò magis punire iudex poterit contumacem per sequestrationem. Iudex enim pœnali iudicio potest iurisdictionem suam defendere. ff. si quis iu dic. non obtempe. per l. j. inter quæ pœnalia iudicia sequestrationis pœna continetur. Et dico, quòd seque-
12 stratio † est minor pœna missione in possessionem: vt dicta decre. de do. & contu. nam ex missione potest fieri verus possessor, saltem post annum: non sic ex sequestratione. quod cùm credebāt dicti religiosi, & sic legit eam Inn. sed contra in illa decre. vt dicit textus expresse, poterat fieri missio in possessionem. sic ergo facta est sequestratio fauore religionis. & est minus, quàm mittere in possessionē. ergo non est fauor, sed potius grauatur ecclesia. Sol. tam missio, quàm sequestratio fit, vt reus tędio affectus cogatur iudicio stare: vt dicta decre. hic tamen pœna prius cadit in missionem, quàm in sequestrationem. vnde cùm religiosi contendunt, non habeant quærere, nec pœnam aduersarius. argumen. §. de pœn. suam. licet ius suum prosequi possint. §. de noui oper. nuntia. capitu. ij. mitius est mittendo religioni sequestrare, quàm mittere in pessessionē. & ideo signanter dicit textus intuitu religiōis, nōn fauoris.

fauoris. nam missione in possessionem fit tædium per actorem,& iudicem authorizantem sed in sequestra-
13 tione tantùm † per iudicem,licet ad partis instãtiam.si autem procedatur in negotio appellationis,ante executioné,hoc est dupliciter.aut appellatio interponitur à diffinitiua,aut ante diffinitiuã.sicut à diffinitiua, quæ est super principali: & sequestratio petitur.aut à petitore appellante:aut à possessore.Primo casu est impossibilis,cùm nihil posit sequestrari hoc est separari ab eo, qui nihil habet.& & sic loc.ij.q.vj.quocunque enim.ij. respon.si autem à possessore petatur fieri,quod appellat & prosequitur negotium regulare,non debet fieri:cum appellantis status appellatione pendente sit integer.ff.nil.inno.ap.pen.l. j.cùm acceptum. hoc casu regulariter reuocari deberet illud, quod est acceptatum ante decendium factum. s.hoc li.de app.non solum.sed hoc fallit, quando dictus possessor fructus dilapidat,aut aliás suspectus est.vt dicto.c.quot.in princ.& in fi.&.s.de sequestra.c.fi.ff.de ap.imperatores.in fi. & vbicunq; in principali procedere potest ad sequestrationem,multo magis in casu app.vbi possessor intus appellat:cùm regula diffinitiua sit contra eum.& hoc ob facilius est contra eum procedendum,vt fiat sequestratio, quam in principali.si autem appellatio interponatur ante diffinitiuam, cum appellans,& de iniquitate iudicantis priuatur,conqueratur.s.de appel.interposita.§.fina.hoc articulo pendente iudic.officium circa sequestrationem rei, aut fructuum eius, super quibus non agitur,prorsus conquiescat,cum nec in principali iudex app.talis habeat cognitionem,non nisi in euentu,in quo apparebit appellationem ante diffinitiuam emissam fore legitimam,vt in decr.vt debitus honor.Si autem procedatur in negotio app.ab executione interiectæ:aut res est mobilis,& tunc ipsa res sequestratur:aut immobilis,&tunc fructus rei sequestrantur restituendi illi,qui obtinuerit:non distincto iure possessor sit suspectus necne.vt C.quorum ap.non re.l.ab executione.&hoc casu sequestratio est percepta. vt dicta.l. nec est mirũ.ex quo à sententia non est appellatum,sed ab executione.magis ergo est præsumptio contra appellantem propterea iura statuerunt rem à possidẽte separandam:& apud alium deponendam,quousq; querela
14 sopiatur.Ex quibus †colligitur quod sequestratio non est posibilis,quando prohibita,quãdo permissa &quando percepta.

¶Regulæ iuris ciuilis huius litere.L. sunt.hæ.

Paulus Lex. C V I I.

¶Libertas,inęstimabilis res.c.

Caius Lex. X V I.

Libertas oĩbusrebus fauorabilior est.

SVMMARIVM.

1 *Interesse post moram,an sit in obligatione:ita vt iure actionis peti posit:an verò solùm deducatur in obligatione per iudicis officium.& nume.2.*

3 *Interesse debitum propter moram debitoris,an sit vnicum tantùm,an triplex.*

4 *Aestimatio rei singularis communis vel conuenta,an sit interesse.*

5 *Mora sua cuique nocet. & nume. 7. Etiam quo ad causarum prosecutionem.*

6 *Moram an excuset casus fortuitus.*

8 *Prælati electio an valeat, stante statuto episcopi priuante beneficiatos, qui infra mensem titulum institutionis suæ in memorialibus episcopi affigi non curant. qui Canonicis id obmittentibus, & pacificè possidentibus, vacante ecclesia, nihilominus prælatum eligunt. & numero 9. nume. 12. 14. 20.*

10 *Electio facta per falsum canonicũ, an valeat. Et quid de falso procuratore.*

11 *Locus arguendi ab absurdo.*

13 *Opinio communis veritati sæpe præfertur.*

15 *Possid. re iustè censetur, qui authore prætore possidere cœpit. Et possessionis commodum.*

16 *Prælati electio ex publico officio ad capitulum spectat.*

17 *Admissus & approbatus semel, an possit posteà & inde improbari & reijci.*

18 *Idoneitas qualiter spectanda in promotione. & nume. 21.*

19 *Ad agendum an admittatur, qui repellitur ab excipiendo.*

REGVLA XXV.

1 MOra sua cuilibet est nociua: An interesse post †moram sit in obligatione, ita quod in libello peti possit & iure actionis: an solùm deducatur in condemnationem per iudicis officium? Item, an interesse quod debetur propter moram debitoris, sit vnicum interesse tantum, an triplex scilicet, singulare commune & conuentum? Item, an æstimatio rei sit interesse, an æstimatio lucri, vel damni: hîc multum plenè, per Dyn. & vide remissionem, quam dedi. de senten. excõmu. sacro: ver. cum quod. super glos. ij. ¶ In quæstionibus autem illis tenet Dy. hîc circa primam, 2 quod † est in obligatione: rem dari venit per iudic. officium. sed si factum peti potest in libello, alleg. ad primum. ff. de verbo. signi. seruum. §. vlti. & l. eum, qui ita. ad secundum eod. titu. stipulationes non diuiduntur. §. celsus. & l. si pœnam. & quod in 3 eis notaui. De † secunda tenet, quod interesse est triplex, quia damnum potest æstimari singulariter. ff. de bo. lib. libertas. §. qui soluendo. Item communiter. ff. ad l. aqui. qui seruũ meum. Item, ex conuentione super dubia futura æstimatione damni. ff. rem rat. habe. l. procur. ad exhibend. l. vlti. & de præto. stipu. l. fin. & hoc vltimum potest procedere post singulare ad commune, & ab eis excedi. Cùm ergo accessus sit diuersorũ, ergo diuersæ sunt species. ¶ De tertia tenet, 4 quòd æstimatio † rei singularis communis vel conuenta, non est interesse: licet veniat interesse singulariter, vel communiter æstimandum. & hoc per l. per hæc verba. ff. de verbo. sign. & per l. ff. de tut. & cura. datis ab Eis. l j §. considerandum. ¶ Reliqua quæ subtilia & vtilia sunt, per te videas. ¶ Primò igitur dicit, vnde sumpta. & ponit exemplum. Secundò, ponit tria, quæ requiruntur ad moram & quomodo tunc tenet de casu & naturali. Tertiò, prosequitur de mora aliena, & de materia reuertitur. Quartò, quæ rit, an purgetur arguendo negatiuè & affirmati-

5 affirmatiuè.& soluit.¶ † In j.glos.ibi. §.vnicuiq;.sequitur mora sua nocet. quod & in duobus reis promittendi, obseruandi: & ibi: sub certo. vide titu. eod. pactum super.j.gloss.& ibi cum res. §. vlti.si fundus legatus casmate pereat post moram hæredis, ipse debet æstimationem: quia legatarius ipsum acceptum vendere posset: aliàs potuisset. & ibi, debitor.si debitor consignauit pecuniam oblatam, quam creditor recipere noluit cessant vsuræ: sed si posteà conuentus, vt solueret moram, & fecit, incipiunt currere.& ibi transiectiuè si interpellatus moram fecerit, licet pœna offerat, pœna committitur.& ibi: magnam, die statuta pœna committitur, & sine interpellatione. & ibi: & si post tres. vide de re iudicata. cùm Bertoldus in v.glos.& ibi gloss. & ibi.l.j.§.licet.licet venditor possit vinum effundere, si die ad metiendum præfixa messus non fuerit, debet tamen adhuc prius emptori denuntiare, scilicet, quod nisi metiatur, effundet. & ibi: sciremus, fideiussor qui promisit aliquem præsentare, vel pœnam dare. si post tempus infrà sex menses ipsum præsentat, euadit pœnam.& ibi: insulam, qui promisit mihi facere insulam, si transiuit tempus, in quo facere potuit, adhuc faciendo ante litem per me euadit pœnam.& ibi Dyn. post pronunciationem iudic.veniens adhuc pro tribunali sedente restituitur, quasi parum præconis vocem audierit.¶ In j.glo.
6 ibi fortuito.& quo † ad hoc est nociua.secundò, quo ad fructus.ad quos tenentur ex die moræ, quando aliquid petitur per actionem bonæ fidei, vel per actionem ex testamento, quæ sapit naturam actionis bonæ fidei.ff.de lega.ij.à pre.§.vlti.&.§.fructus.& l.si quis bonorum.de lega.ij. qui solidum.§.etiam.& l.si quis seruo.Item, si sit actio stricti iur.qua peto mihi restitui, quod est meum. sed si peto alienum, renuit à die litis.ff. de vsur.l.videamus circa & §.infamati.& §.si actione.Tertiò est mora nociua, quantum † ad interesse, 7
quod peti potest; & augetur à die moræ in odium debitoris morosi. ff. de actio.empt.traditio.§.si per venditorem & de re indic.l.qui Cal.Quartò nocet, quo ad causarum prosecutionem, nam si causa cognita statutus fuerit actori terminus ad agendum, vel reo ad excipiendum, post terminum non auditur. secundum Dy.qui remittit ad not.per se.s.eodem indultum.& ibi: interitu speciei.& sic sibi non nocet. & hoc verum, nisi essent socij.ff.de duobus reis.de l.pe.secundum Dyn.secundum quod sibi imputet casus in societate participante. debuit enim cogitare hoc euenire posse.ff.de condictio. indebi.l.indebita.& ff.loca.si quis domum.& ibi: à fideiussore.& imputet sibi qui obligationem alterius suscepit.& ibi: mora.& per Host.in summa de vsuris.§. ex quibus causis sub. §. ex mora.per ipsum, & iterum de locis propter.per Vin. eodem titulo potuit. Ioan.andræas.

QVAESTIONES, II.

Hic de mora, quæ peruenit ex lapsu termini per constitutionem expressi,

vel peremptoriè à iudice ſtatuti,duas quæſtiones videamus. & prima diſputata per Ioan.de monte murlo,talis eſt. ¶Statutum † epiſcopi priuat
8 beneficiatos,qui infra menſem titulum inſtitutionis ſuæ in memorialibus epiſcopi poni non faciunt. quidam canonici hoc facere obmiſerāt: tamen eis pacificè poſsidentibus vacauit eccleſia & hi prælatum elegerunt.quęritur an valeat electio.¶Secunda quæſtio fuit eiuſdem,ſed prius eſt diſputata per Aegidium de confoſcararijs.&ante eum per Io.de deo, qui per errorem etiam bis locauit illam in quæſtionibus ſuis.ſ.li.ij.q.x.& li.iij.q.nouem. & eſt talis.Executor datus per papam ad prouidendum Andræam,ſi eſſet idoneus de prælatura vacante,poſt peremptorium per eum aſsignatum canonicis ad opponendum contra literas, vel parum pòſt cum etiam nullus contradixiſſet,ſibi contulit prælaturam,qui tempore longo poſſedit:nunc coram legato papæ.Io.canonicus petit illum remoueri:quia tacuit in literis beneficium,quod habebat.& quia tunc patiebatur defectum ætatis:excepit ille de lapſu peremptorij,de quo ſuprà. quæritur an obſtet. Sed Io. de deo, quærebat epiſcopo, cui executor talem terminum dederat. & nil oppoſuit, an poſsit illum remouere nunc ætate maiorem,licet tunc minorem. In eadem autem quæſtione Ioan.de mon.inſerebat,an procurator habens in genere mandatum ad omnia,quæ requirunt ſpeciale,poſſet contra electum opponere crimina vel defectus? & quia iſte articulus expeditus eſt per clemen. de procurat.non poteſt: & quicquid eſt in allegationibus vel ſolutione, ex ibi notatis apparet,illum prætermitto.¶Circa primam allegabat Io.electionem † non valere 9
per ſex rationes. ſecundo in contrarium inducebat tres.iiij.ſoluit & contrarijs reſpondet,in fin.ſolutio roboratur.Conſtat quod epiſcopi poſſunt facere ſtatuta.de off.ar.præsb.c.vlti. in fi.de ma.& obe.ſi quis venerit.ſ.e. lib.de conſti.c.ij.& tale ſtatutum eſt iuri conſonum:cùm ad epiſcopos ſpectet ſcire qualiter ſubditi ſua beneficia teneant.& ſubditi de ſua inſtitutione fidem facere debent,cum poſſeſsio ſine inſtitutione non ſufficiat. de inſti.ex frequen. ſ.eod.titu.beneficium.vbi de hoc. Cùm ergo canonici ſint priuati per ſtatutū licitum, non potuerunt eligere.de elect. quia papa.in prin.& ſic electio per eos facta,non valuit.ſ.de ſup.ne.pręla.c.pe. & vlti.Secundò ſic:eligere,eſt de fructibus canonicæ. probatur de elect. cum Vintoñ. & not.de conſtit.cum. M.in gloſ.vnde eis.& vide quod tibi dixi ſuper gl.hic poteſt.ſed malęfidei poſſeſſor non facit fructus ſuos.alle. de pręben.dilecto.in fi.ſed vide quod ibi dixi.& tenetur ad reſtitutionem. pro hoc facit de reſti.ſpo.grauis.cum concor.reſtat ergo,quòd ſicut nec alios fructus percipere debet, ſic nec eligere. & quod poſſeſsio cum mala fide non vitiet,patet ex notatis de iure patrona.conſultationibus.in gloſ. penulti.Tertiò inducuntur iura, per quæ patet ſuſpenſos eligere non poſſe.de electio.cum intereà.de conſue. cum dilectus.de exceptio.apoſtolicæ.

multomi-

multominus poterant hoc priuati, quales sunt isti.facit suprà de consti. ex literis.gesta igitur per tales priuatos non valent,cùm habeant authores damnatos.de hæretic. fraternita-
10 tis.Quartò sic:sententia à non † suo iudice lata,non tenet suprà de consue.ad nostram.de iud. act. si clerici. cum concor.multominus tenere debet electio facta per non canonicũ: quia fortius publica vtilitas versatur in sententijs:vt.j.dicetur.non valet igitur datum ab eo, qui dare non potuit.suprà de iur.pa.quod autem.& sic non tenent facta per falsum procuratorem.j.q.procurator non erat.s. de procur.in nostra.& sic non teneãt facta per falsum canonicum, id est,
11 qui canonicus non erat. Quintò † dicitur, quod ex contrario sequeretur absurditas: qui est bonus modus arguendi.s. eodem libro.de præbenda. dudum.scilicet,quod paris conditionis essent priuati & non priuati, & licitè & illicitè tenentes canonicas. & quod statutum episcopi imponeret legem verbis tantùm.s. eodem libr. de ele.commissa.§. porro. Inducitur. vj.& vltimò.s.eo. lib.de concef.præben.quia cunctis.§. adijciebatur.Itẽ, regula ista: quia istis morosis mora debet esse nociua.quod non esset, si canonicatus & prębendas & ipsarum iura perciperent & exercerent, vt
12 prius.¶In contrarium,scilicet † quòd valeat electio inducitur: quia canonici quietè & pacificè possidebant suos canonicatus:& communiter habebantur,& reputabantur canonici. Cuique autem electo, prouiso, vel pręsentato satis est probare possessionem eligentis & prouidentis vel pręsentãtis.s.de elec.querelã.de causa.pos.cùm olim.de iur.pa. consultationibus.Ista autem possessio isto casu procedit ex possessione canonicatus.hanc autem habebant isti canonici.ergo &c. So videmus, quòd qui
13 in veritate † iudex non est, vt quia seruus, vel excommunicatus tamen occultus & ab ecclesia toleratus, ex quo communi opinione iudex habetur, valet quod per ipsum agitur. de re.iud.ad probandũ.iij.q.vij.§.tria. ff. de off.præto.Barbarius.sæpe enim cõmunis opinio præfertur veritati.qui fi.sint le.c.ij.sed quòd per electionẽ expediantur ecclesię.& intricationes tollantur quæ possent protelare ordinationes eorũ,hoc est summè fauorabile.iura not.vltra, quæ allegat de elec.si religiosus.ij.respõ.li.vj.& cle. de elec.ne romani.§.cæterùm. Ter-
14 tiò videtur,quòd ista † exceptio vel oppositio, nõsit admittenda.cũ purã sapiat negatiuam, quæ probari non potest.Circa quod aduertẽdum,quòd qõ ista non dirigitur directè contra canonicos,quo casu possent procedere,quæ scripsi post Inno.& Ho. de accu.super his.in gl.magna.& quid si obijciatur,cum ver.sequentibus. sed dirigitur cõtra electum,cùm forsan eligentes non sint in causa.hoc dico etiam propter dec.statuimus.de confes.s.eodem.li.nam positio nõ potest fieri de hoc electo,cùm de facto alieno,maximè,quòd in negatiua consistat:sibi constare nõ possit.& per cõsequens non cogitur respondere, vt ibi not.& ne.se.Soluendo dixit quòd
15 valebat electio per † vltimò allegata

non obstant contraria, secundum eũ, quæ procedant in intruso, qui à principio non habet titulum: sed secus in illo, qui à principio titulum habuit, & superioris authoritatem. nã licet posteà incidat in pœnam priuationis: valent tamen quæ agit quandiu toleratur: & creditur ex primò titulo licite possidere. nam iustè possidere censetur, qui authore prætore possidere cœpit. ff. de acqui. pos. iustè. hinc est, quòd qui à principio titulum habuit licet per pœnã iur. priuatus sit, ita vt beneficium alteri conferri possit: tamen remanet possessor. super quo vide quod scripsi de excep. apostolicæ. super ver. amotionis. & propter id possessione priuari nõ potest, nisi causa cognita, & vocatus. s. eo. li. de præben. licet enim signo. Tantùm est possessionis cõmodum, quòd ab illa deijci nõ potest, nisi causa cognita, quare ergo iuribus canonicæ & possessionis commodo, eligendo interim non vtetur? non ob. §. adijciebatur. quem allegaui in fin. primæ partis. qui loquitur, quando sententia specialis & certa fertur in certam & nominatam personam: quia tunc per sententiam videtur factum fieri notorium. Secus, quando incerta & generalis est sententia, vt in casu nostro: quæ fertur maximè in non facientem: licet etiam quandò in facientem fertur, posset esse incerta. vt de constitu. c. ij. § j. s. eo. lib. nam si sit excommunicationis sententia, quæ in tales est lata, communicatur ei licitè, donec declarati fuerint & de hoc dixi de ele. ex. propofuiti hęc regula non ob. quia satis nocet eis mora. per quam si ad hoc agitur, priuati declarabuntur. Faciunt etiam pro solutione, quæ scripsi post Inno. & Ho. de scis. c. j. de elec. nihil est. in fin. Hec solutio satis placet, pro qua bene facit de elec. in gen. vbi nec promissi. & hoc dico, siue dicas omnes canonicos sic priuatos, siue dicas aliquos tãtùm ex illis. nam primo casu illi tenent capitulum. Et dicetur, quòd ad

16 † singulares canonicos non spectat eligere ratione publici officij: non tamen negatur, quin ex publico officio spectet ad capitulum. de quo vide quod scripsi. de consue. cùm dilectus. super glo. suspensus. cùm suis remissis: & sic ratione fauoris, de quo prà, & publici officij prædicti, præfertur opinio & possessio: vt valeat electio. si verò dicas aliquos tantũ sic priuatos, siue nõ priuati sciẽter istos admiserant, siue ignoranter, valet electio. super quo vide quod post Inno. & alios scripsi. de elec. illa in glo. magna. vbi & hoc notandum. & quod no. eo. tit. cùm verò Vinton. in gl. no. quod ad secundam quæstionem allegantur ad negatiuam. Primò pro materia multa iuri coniunctim. & quatuor rationes. Secundò, ad contrariũ. v. rationes, & vna responsio. Tertiò, ponuntur tres diuersorum solutiones: quorum vltima approbatur & contrarijs respondetur. Nunc prius, vt omnes prędicti allego ad partẽ, q̄ Io. non debeat audiri, qui inducunt. de accu. licet. & c. veniens. qui ma. ac. poss. cùm in tua. & quod ibi nota. de probat. licet. vbi de hoc in prima gl. & vide quod super ea dixi. C. qui ac. nõ poss. ea, quę. ff. de adult. si maritus. §. si nega-

§.si negauerit.C.de inge.manu. diffa mari. Ad idem de excep. pastoralis.§. eo.li.de restitu.spo.frequens.iij.q.iij. offeratur.de of.del.suspicionis. secūdò ille Io.tacitè renuntiasse videtur exceptionibus,eoq; requisitus se non opposuit:& illū pacificè administrare permisit & obediuit sibi, vt prælato.facit de offi.delega.gratum &.c. sinautem.de his,quæ fi.à ma.par ca. ex ore.& semel approbatum, reprobari non potest.xxxv.q.v.horrendus. de re iud,q; ad consultationem.eo.ti. quòd semel.cùm concor.Tertiò, iste
17 à tempore † institutionis suæ fuit examinatus & approbatus, vt fieri debuit. de elec. innotuit.&.cap.nihil est.vlterius ergo accusari non debet. de pur.ca.cap.fi.de testi.co. prætereà. viij.q.ij.dilectissimi. Quartò habendo respectum ad ætatem, allegauit Io.de deo,& Egid.quòd minor institutus expectandus est vsque ad ætatem legitimam de æta. & quali.ex ratione. &. c. indecorum. sed iste nunc habet ætatem & sic res peruenit ad casum, quo potuit incipere. ad hoc declaraui de spon.c.ij.& multa prohibentur,quæ facta tenent. xxx.q. v.§.
18 sed obijcitur.Item idoneitas† attēditur,sententia,non ætate.lxxxiiij.dist. porro. & quid ætas non impediat, aliâs dignum probatur. lxxviij. dist. §.hoc irregulariter. vbi de Ieremia, Daniele,& alijs in iuuentute promotis satis habetur. Quintò, inducitur hæc regula, per quam patet moram per lapsum peremptorij debere nocere moroso cui bene concor.de rest. in inte.coram. vbi patet, quòd post peremptoriè de iur. communi quis non auditur.¶ In cōtrarium, scilicet,
19 quòd sit † audiendus, videtur quod terminus datus per executorem, fuit fuit datus ad excipiendum, & non ad denuntiandum vel accusandum. vnde accusanti non obstat:ar.§.de testi. veniens.ij.& cap.causam,quæ.& cap. cùm in tua. ¶Constat enim, quòd quandoque admittitur ad agendum, qui repellitur ab excipiendo. de accusatione.accedens,& videtur casus, de ap.constitutio enim in fin. Secundò, exceptio, quæ reddit iudicium nullum,potest opponi post diffinitiuam sententiam suprà, de probat. licet de procu.in nostra. de excep. cùm venerabilis.sed peremptorium non potest esse maioris, virtutis, quàm sententia diffinitiua:etiam si dicatur habere vim interlocutionis.de re in inte. coram ergo &c. Tertiò, vbi
20 vertitur † periculum animæ & ecclesiæ sententia nō transit in rem iudicatam: & approbatum potest reprobari.alle.de re iud.lator tenor cōsanguinei.& facit quod notatur.xxv. q.ix.in sum. & §. quia ergo. & vide quod dixi de re iud.in rubrica. & per te.c.lator.super vltima glos. Quartò licet Ioan.potuerit illum approbare quo ad se & suo iuri renuntiare: non tamen quantum ad ecclesiam: imò tenetur malum denuntiare prælatum. ij. quæstio. j. si peccauerit. & cap. multi. etiam, si iurasset non denuntiare, de iure iuran. quemadmodum.& cap.sicut in nostris.&. c. peruenit. consistit enim ius publicum in sacerdotibus & prælatis. l. di. ius publicum. ergo tacitè vel expressè illi renuntiari non potest suprà. de fo.

de fo.compe. si diligenti & bene facit, quod not.de excep.cùm ecclesiasticæ.in j.gloss. patientia, ergo si non fuerit vitiosa, non iuuat.lxxxiij. di. nemo.cum ca.sequentibus.¶Quintò, constat istum habuisse vitiosum ingressum, qui semper inest beneficijs: vbi deest canonica institutio. s̄. eod. beneficium.de insti.ex frequentibus. Et promotus fuit contra concilium de elec.cùm in cunctis.§.inferiora.& non possunt bono perfici exitu, quæ malo sunt inchoata principio.lxj.d. miramur.j.q.j.principat⁹.& radix infecta fructum bonum afferre nō potest.j.q.j. infertur. nec talis bene faciēdo purgat vitium.xiiij.q.v.neque: sed est renuntiatio.de simo.matthęus c.ex insinuatione nō obstante diuturnitate temporis.de simo. non scitis. cum similibus. Vltimò, quo ad id, quod dicitur de ætate, quòd in ea dispensari posset, quòd tamen dic hodie, vt de æta. & quali. permittimus. respondetur, quòd hîc non agebatur de dispensato, nec hoc intendebat pa pa. de quo satis vide de schisma. fraternitati.eijciendus ergo est iste, qui non prodidit crimē suum.l.di.ex pœ
21 nitentibus. Et quòd † in ætate inspiciatur tempus promotionis est casus de elec.dudum.j.& facit etiam, secundū c.dudum.& s̄,eod.lib.de rescript.si eo tempore.Soluebat & malè Ioann. de deo, quo ad casum ætatis illum remoueri non posse. quia non fuit vitium peccati, sed ætatis. quòd sustinetur à canone, postquàm quis eam perficit:vt præ.cap.ex ratione.& cap. indecorum.vnde à principio poterat impedire tempore institutionis.

& sic loquitur de elec..dudum.sed postea non, secundum eum. Aegid. volens sustinere Ioan. dicit, quòd vbi per electionem eius, ad quem pertinet, fiet talis promotio, ante confirmationem audiretur:vt in dec.dudum. sed non posteà. sed cùm casus formetur per literas subreptitias, auditur contra eum episcopus: cùm prouisio fuerit irrita.de rescrip. ad audientiam. ij. in fin. & ibi not. in fin. vltim.gloss.dicit etiam hodie collationem non valere, per dec.licet cañ. de elec.suprà eod.lib. loquitur tamē solùm in parochialibus ecclesijs: vt ibi patet. Ioan. de mon.murlo, simpliciter dixit illum Ioan.audiendum per vltimò allegata.& sic est tenendū vtroque casu. Cùm literę & prouisiones ex illis secutæ, sint irritæ. de beneficio suppresso patet, de præben.si motu proprio.ij. responso. suprà eodem libr.de æta.patet, de dec. in rescrip. si eo tempore, Quæ prius ad contrarium allegata fuerunt, non obstant: quæ procederent in elec. vel prouisione administanda: vel vbi verteretur proprium vel singulare interesse nunc se opponentis. sed vt prædixi, promissio ipso iur. nulla.quæ de ætate dicitur, non procedit hodie per decr.cùm in cunctis. §.inferiora.& illi antiqui canones si sic simpliciter intelligerentur, innuerãt etiam decanum posse promoueri ad prælaturam quod est contra decr. ex ratione. & indecorum. responde, vt ibi not.ad reliqua responsum per argumenta secundæ partis.

Summarium

SVMMARIVM.

1 *Variatio, an & vbi admittitur.*
2 *Causa duobus delegata, cum clausula quòd si ambo. alter ipsorum delegationi renuntiat, an eum ipsum hoc nomine pœnitentem collegam debeat admittere. & nume. 4. 6. 8.*
3 *Iudicandi munus, est necessarium, & principale.*
5 *Delegatus an abdicet delegationem à se subdelegando.*
7 *Renuntiari potest honori: non itidem oneri.*

REGVLA XXX.



Vtare detrimentum. vt dicit Dy. hîc soluit contrarium, de l. si tibi mandauero. ff. man. nam cùm sit reuocatio mandati, procedit sine detrimento mandatarij circa expensas, quas fecit ignorans reuocationem. ff. de soluen. cùm quis. §. cùm debitorem. & de do. hoc iur. §. si quis dederit. si sciebat, sibi imputet damnum, quod sua culpa sentit: per regulam. damnum. eo. tit. dicebat etiã ad contrariorum solutionem, quæ primò allegabantur, quod variatio prohibetur circa eandem rem, vel diuersas, quæ ratione connexitatis habeantur quæ vnius. ad primũ alleg. ff. de bo. lib. nam absurdum fallit in suo hærede. vt in glo. Ad secundum. ff. de mino. in causę. de admi. tut. cùm quæritur. Circa diuersas verò, quæ nullam connexitatẽ habeant admittitur variatio. ff. de act. emp. si sterilis. in fin. & rerum amo. l. de rebus. si bene ponderas, casus no. suprà. c. quòd semel: solutio non est sufficiens. In glos. dicit vnde sumpta, & ponit exempla, & remittit ad regulam, quod semel. & casus ibi exceptos. addens alium.

¶ In j. glos. ibi: nemo potest mutare. sequitur consilium in alterius iniuriam. & ibi. l. vlt. si inhibui gestori, ne gereret. hoc non prodest, quo ad præteritas expensas, quo ad futuras sic. & ibi. §. prodest. satis est legatarium apprehendisse legatum. De voluntate enim hæredis post aditã: & licet post eà voluntatem mutet. In prima glo. l. si quis suus. eodem modo respondetur ad l. ff. de colla. bo. nõdum, quàm dicit cum Ioã. mo. quod ibi super ex mutatione voluntatis non patitur detrimentum, sed non lucratur. & istud non est per. c. C. de codicil. l. fin. secundum quod non ob. C. de noua. l. iij. ff. de sol. l. cùm quis. §. si debitorem. quia illud facit ius remanens penes mãdantem. facit pro eo suprà. eod. lib. de præben. dudum. ver. nos igitur.

QVAESTIO.

Haec regula facit ad quæstionẽ per me disputatam post Ioan. de cli. iij. & est sua quæstio quarta. & sic formabatur. † Princeps delegauit causam duobus, cum clausula, quod si ambo. alter ipsorum delegationi renuntiat, quæritur an ipsum de hoc pœnitentem collega teneatur admittere. Ad affirmatiuam primò, & ad negatiuam secundò inducit Ioã. tres rationes, quæ posteà fortificantur. & & ad illas addi. iij. ponitur eius solutio. quæ reprobatur & contrarijs respõdetur. Quòd igitur sit admittendus

dus.videtur:quia fuit iudex:nec sola voluntate deijt esse:de rescrip.scisci tatus nec potuit à se iurisdictionem abdicare.ff.de offi.præsi.legatus.Idē, aut ipse iudex renuntians errauit, aut non errauit. primo casu corrigat errorem.xxxv.q.ix.quòd quis.de ele. nosti.de accusa. qualiter.j. Secundo casu,quando nō errauit,sed casu hoc fecit,ex quo cessat causa, dicit admit ti:volens & valens interesse.de app. cum cessante.Item,qui repudiat alio substituto vulgariter re integra pœnitet.C.de repu.hær.l.fi.facit de elec. in causis.secundum Io.de do. Ad hoc vltimum facit de offic.deleg. quanuis.lib.vj.non delegatus. sed delegās totum re integra pœnitet.ff.de celsi. bon.l.is qui.& multos tales casus vbi re integra pœnitere licet.not.habes. ff.de vacac.mu.cùm prætor.Adiuuan
3 do†primum, certum est, quod officium iudicandi, est munus necessarium & principale.ff. de mu. & ho.l. fi.§.iudicandi.vnde dicit lex,qui non habet excusationem, etiam inuitus iudicare cogitur. ff. de vacac. mu. l. prætor.§.qui non habet.delegatus er go hoc minus à se non potuit excutere.facit de regulis, cum virum. de renun.nisi cùm pridem. in fin. & pro tanto dicitur onus.eo.ti.pastoralis.in prin.ibi:exonerare.de offi.or. pastoralis.§.j.ibi.In onere & honore.sequi
4 tur†ergo,quod si renuntiare non potuit,illud licitè reassumit.ad hãc par tem satis facit de procur.licet.lib.vj. vbi procurator non obst.repudiatione reassumit officium domino in ea dem voluntate manente . ex quibus concluditur renuntiantem,quem pœnitet per collegam admitti debere.

¶In contrarium dec.prudentiam.eo. tit. §. adijcimus. æquiparat nolle & non posse,quo ad potestatem in collegam transferendam,ex euentu con ditionis,quodcunque igitur istorum mouerit,illum ad renuntiandum, pa tet solum collegam esse iudicem.ergo non tenetur pœnitentem admittere.Item,iudicare,honor est: de ap. vt debitus.C. quando prouo. non est ne.l. omnem honorem. honori autē renuntiare quis potest. de elec. dudū. &.c.cùm dilecti.vij.q.j. quàm periculosum. nec inuitus crescere cogitur. lxxiiij.dist.gesta. & quod renuntiare possit delegatio. & renuntiaret, non re,siue etiam de cōsensu partiū probatur eo.tit.significationibus. & sufficit ex vi clausulæ:nequiueritis aut volueritis. quod semel noluit, facit quòd distinguitur additio de,voluero & volam.ff.de ver.obli.si quis stipulatus secundum Io.de Deo.Ad vltimum bene facit, quòd not. in præ. decre.licet.de procur.l.j.§.qui semel. ff.de succes.edic. ad quam concor. ff. quis or.in bo.pos.ser.l.pe.j. responso. ff.de minori.quòd si minor.§.Sceuola.sic ergo per repudiationem translata tota iurisdictio saltem quo ad exercitium in collegā, ita quod ipse renuntians illam resumere non possit inuito collega.facit de app.cū appellationibus.lib.vj.Et quod voluntate addicatur iurisdictio, probatur, de ap.ab eo.lib.vj.ibi expressè denegat & hoc ti.quam plures.§.j. lib. vj. ibi si vellet, ad quod bene conuenit. eo.lib.de procur.si duo.ibi : prosequi fortè nollet.& de loca. potuit nolle,

si semel

ſi ſemel dixerit. ſicut ergo in decret. ab eo perdit exercitium iuriſdictionis, hoc ipſo quod apoſtolos denegat. In decre. cum plures perditur & transfunditur in collegam hoc ipſo, quod procedere non vult. concluditur idem in caſu noſtro. Item† certũ
5 eſt, quod deleg. abdicat delegationẽ à ſe, ſubdelegando. toto hoc tit. ſuper quæſtionum. & c. quãuis. lib. vj. ſi hoc facit. poſt ſuſceptam delegationem, fortius hoc facere poteſt ante ſuſceptam. de transla. c. ij. de teſta. Ioannes. ex quibus concluditur, quod collega ipſum pœnitentem non tenetur admittere. Solu. Ioan. dixit, quod de-
6 ſijt† eſſe iudex renuntiando. etiam deluſorium eſſet, quod quis iuriſdictionem reſumere poſſet. hoc dicit per decre. cum ſuper. eo. ti. nam ſi ibi nõ poteſt cognoſcere, vbi tacitè confitetur ſe non fortè poſſe: fortius nõ poterit niſi expreſsè renuntiat. Idem dicit per præ. decre. ſignificantibus. Nam ſi illi quilibet malè pronuntiant ſe non iudices, non reſumitur, fortius nec iſte, qui renuntiauit expreſsè. ſecundum Ioan. de Deo. Mihi non placet hæc ſolutio. & aduerte, quòd prima facie ſatis ęquum videretur diſtinguere, an in reſcripto ſit expreſſa clauſula: aut volueritis. aut ſolum quo ad poteſtatẽ collegæ ſub intellecta, vel incluſa per interpretationem illius. §. adijcimus. vt primo caſu, quo expreſſum eſt: aut volueritis. ex ſola voluntate. de voluntate principis delegantis (& hoc ſoluit contraria) iſte renuntiare legitimè poſsit: & ſtatim collega ſit iudex & hanc diſtinctionem præcisè putarem veram. vbi hæc clauſula adijceretur: iuriſdictionem nõ exercitio tantum vt ſi dicatur delegamus cauſam Andreæ, qui ſi ſuſcipere noluerit, delegamus Ioanni, vt tunc faciunt no. in prædi. decre. licet de procur. ſed cùm in caſu noſtro & ſtylo ſolito non iuriſdictioni, ſed eius exercito adijciatur clauſula, ſcilicet delegamus cauſam vobis Andreæ & Ioanni, ſi ambo nolueritis intereſſe, alter procedat. patet quod ex vi clauſulæ non habet optionem deponendi ad delegationem: ſed ſolùm ex vi eius, eo volente defertur eius exercitium in collegam: ex quo concludo, quòd licet nolit intereſſe, remanet delegatus cauſę: nec à ſe abdicare poteſt expreſsè per renuntiationem per iura pitus allegata & maximè per l. legatus. & §. iudicandi. & §. qui non habet. ſicut ergo clauſula: non poteritis, intelligitur, quandiu poteritis. vnde collega, qui ſocio impedito proceſsit, hunc nũc poteſt iure admittere. ad hoc eo. tit. coram. ſic collega qui ſocio volente proceſsit, ipſum nunc volentem tenetur admittere, vt æquè intelligatur: ſi volueritis, id eſt, quandiu volueritis. fortius autem hoc cum clauſula: aut volueritis. non eſt expreſſa, ſed ſubintellecta per interpretationem. §. adijcimus. cùm tunc volens quandiu nõ vult, patet & ſe redargutioni ſubmittet, vt ibi. & per hoc patet nõ curandum, an res ſit integra, vel non: cùm hîc non vertatur burſale intereſſe iudicis, nec pretium. nec quæratur de reuocatione poteſtatis traditæ à reuocante: vt in decre. in cauſis.

& per

& per id melius seruetur intentio delegantis. vt in decre. prudentiam. Et per hoc respondetur ad id dicitur posse partis interesse respectu arbitrariorum, in quibus potest esse iudex gratiosus.eo.tit.consuluit. & respectu expensarum, ad quas partes quandoque tenentur.de rescrip.statu tum.§.insuper.lib.vj. Quod enim nō
7 fiat gratia, † non venit interesse, & potest id non esse.& ponderato statu commissionis partium conditio non est deterior: sicut dicitur de conditione dotis.ff. de pact.l. si vnus.§. si pactus.ver. quod si non vt totum. & per hoc soluitur regula, quòd semel per regulam istam ad id, quòd dicitur, quòd renuntiari potest honori. respondetur fateor, sed non oneri, quale hoc est. vt probatū est primò. Ad id quod dicitur huic omnino posse renuntiari, fateor tacitè sed non expressè per viam renuntiationis. vnde renuntiatur per negotium apostolorum, per dationem delatoriorū, per relationem, per interlocutionem inter partes, per subdelegationem totius, re non integra ex potestate iur. & sic ex volūtate principis. & sic soluitur hoc vltimum per illationem grauaminis, à quo appellatur; vt probant iura allegata. sic beneficiatus non renuntiat expressè, nisi in manibus eius, à quo tenet. de renunti. admonet.& tamen renuntiat tacitè per confessionem religionis, vel cōmittendo culpam: per quam fit ipso iure priuatus.& super hoc vide, quòd not. de foro con.si diligenti.in glo. pe.in decre.cùm plures dati insolidum. & sine clausula, quod si ambo. In decre. cùm super.non ex sola voluntate, sed ex grauamine quod intulit, à quo fuit appellatum, impediebatur iuris-
8 dictio.& sic concludo † ipsum pœnitentem admitti debere: fateor tamen quod donec appareat pœnitentia vel volūtas immutata, ex quo renuntiauit delegationi cum per hoc videatur innuere se nolle in aliqua parte causæ interesse vlterius, per collegam requiri non debet. sed non sic, si simpliciter dixisset se nolle certo actui interesse. patet ratio de do. & con.eum, qui.lib.eo.ex textu. & glo.

¶Regulæ iur. ciuil. siue digestorum huius literæ.M.sunt hæ,

Vlpianus. Lex LXVI.

Marcellus ait. Definit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, ab æquitate naturali abhorrente.

Caius. Lex CLXXV.

Melior conditio nostra per seruos fieri potest: deterior fieri non potest.

Pomponius. Lex CCV.

Minus est actionem habere, quàm rem.

SVMMARIVM.

Obligatio nulla est impossibilium, aut turpium. 1

Contractus sub conditione, an valeat. Et quid de legato. disting. nu. 3. 2

Error impedit consensum. 4

Cæcus si commiserit maleficium, propter quod oculus debebat erui, debet puniri in alio membro, propter pœnæ impossibilitatem. 5

Lex vel constitutio legati vel episcopi non scripta, prohibens quem actum, & contra facientem excommunicans, an 6

valeat

valeat. & nu.19.

7 *Constitutionum ignorantia, an quem iuuet vel excuset.*

8 *Argumentum ab etymologia. Et vnde lex dicatur.*

9 *Constitutio, siue lex, an scripturam requirat. Quid, rescriptum an item: an itidem & priuilegium nu. 10. 13 & 15. 17.*

11 *Sententiæ diffinitiuæ causarum, an scripturam requirant.*

12 *Ius scriptum an distinguatur à non scripto, vtroque iure: aut altero quidem.*

14 *Decreta sedis apostolicæ, non scripta etiã, an seruanda.*

15 *Legis diffinitio. Item & canonis.*

18 *Legem scribi, quid referat potius, quàm consuetudinem.*

REGVLA VI.

nem.si hoc est,quòd ratihabitio trahatur ad ipsum act.renuntiationis,& horam eius,reperitur tunc ergo statim ecclesia vacasse:& sic ad dignitatem vacantem facta fuit electio.ergo ipsa electio valuit,& per consequens confirmatio.& si responde ad prius allegata in contrarium. Item, nec fuit ex sui forma electio impendentium:imò purè & simpliciter fuit facta.fateor tamen quòd pēdebat ex facto superioris approbantis vel reprobantis.sed hoc approbatur à iur. de elec.quod sicut clarius.suprà eod. titu.quàm sit.Soluendo dixit,quòd renuntiatio valuit & electio.& confirmatio per vltima iura:nec ob.decre. vlti.de renūtia.principaliter propter 6
tria.primum,quia non fuit ibi aliquis nomine superioris renuntiationem recipiens,& admittens,sicut hîc. Secundò,quia non fuit postmodum approbata,sicut ista.Item ibi non immi 7
nebat necessitas:sed poterat superior adiri.hoc secus ad alia iura respondet,quòd loquuntur in nullis à principio,sed ista elect.à principio tenuit pro vltimo allegata.hæc solutio non placet nec fuit disputationis tempore,cui interfui,communiter approbata.& diuersitates quas ponit ad decre.vlti.de renuntia.vbi est casus:parum valet prima.quia litera non dicit,quo nomine receperint, an Papæ vel proprio.sed & si recepissent nomine proprio,si factum in se haberet licitam formam Papæ,quæ est suprà legem.vt dixi in prima parte,poterat ratum habere non suo nomine gestum.Secunda diuersitas non valet: quia ibi non fuit approbata.quia non erat approbanda. Tertia minus valet quia nulla necessitas erat immoritura.infra biduum,quòd per renūtiationem vacaret ecclesia statim vacatura.sed in decre. multùm verè erat necessitas:vt scilicet,ecclesia fortè ad multos annos non vacatura vacaret per renuntiationem insufficientis prælati.tunc ad id dispositi forsan citò pœnitentis.eodem titu.c.penul. facit quod dixi de sponsa.tua nos.super prima gloss.bene facit ad hoc,de renuntia.capitu.j.suprà eodem libro. Item,illa diuersitas tollitur per capi. consaldus.vbi etiam timore mortis fuit beneficium renuntiatum,nec valuit renuntiatio.Dico igitur electionem † fuisse irritam & per consequens confirmationem non valuisse,& tamen in electionibus spectamus initium.de elect.auditis.&.c.dudum.prima,& secunda fallit in ratihabitione.vt ibi not.in illis ergo non † potest ratihabitio retrotrahi.licet possit approbare gesta. vt extunc. sed non,vt extunc,not.& quod dixit spectari initium.verum,quando electio est nulla.secus,si annullanda:vt eodem titulo. quod sicut.vbi de hoc. ista autem verè nulla.quia facta ad ecclesiam non vacantem. & sic locum viuentis.vt prius dixi.nec videtur vera gloss. in decret. quod in dubijs. cùm sit apertè contra textum ibi dicentem,quòd nullam obtinet firmitatem.& gloss.dicit,quòd obtinet aliquam contra illud vniuersale negatiuum.de hoc ibi scripsi.super.j. gl.sed& dato qđ illa opinio esset vera sicut confirmatoris fuit confirmare cōiugiū:ita eius est dissoluere:iuxta

regulam.eo.tit.omnis res,semper ergo durat donec superior renũtiationem acceptando dissoluat. Ad secundùm respondeo, quòd si conscientia vrgebat ad id bene facit dimittendo quantum in se erat. Ad tertium spe-
8 ciale † dico, illud propter animæ salutem, quo casu posset sacerdos etiam id quod ad Papam pertinet. de sepul. c.fi. vel ad eius delegatum. de offi.or. pastoralis. Ad id quod dicitur præsumi pro sententia fateor in dubio. sed hîc factum est certum. Ad id, quod dicitur de tacita approbatione, fateor, sed per hoc non tollitur nullitas electionis. §. ¶ In dec. quã sit. nõ pẽdet electio simpliciter & purè facta de religioso. sed confessus electi bene consistit in voluntate superioris, sine cuius licentia concedi præben. non potest. eo. titu. si religiosus in dec. quod sicut electio est pura, & valet. tamen cõtemptus suam iniuriam prosequendo petere potest cassari illam. quod alius non posset. s. eo. libr. de præben. cùm in ecclesijs.

SVMMARIVM.

1 *Reus si post publicationem attestationum nõ producit testes, item nec litis contestationem, non reuocat procuratorem, an & id possit actor.*
2 *Nominatio an probet, & ius tribuat. & numero. 5.*
3 *Literæ apostolicæ, fraudis suspicione carent, vt plurimùm. & nu. 6. 9.*
4 *Ecclesiæ priuilegia, & asylus, etiam super homicidio.*
7 *Clericorum summum & antiquum ius.*
8 *Argumenta au sufficiant, vbi non sit cuiquam præiudicium.*

REGVLA XXXII.


On licet. prima gl. dicit, vnde sumpta. & ponit exempla. secundo dicit, quare sic formatur regula. tertio ponit quasdam differentias. ¶ In gloss. j. ibi non debet actori, scilicet, licere, quod reo permtititur. & ibi: in sacris. tertiò aduersarij militantium in sacris scrineis certas sportulas & exactiones litium eo priuilegio vtuntur, quo illi & ibi. l. vlti. in capitalibus tres dilationes dantur, reo, duæ actori. & ibi: habita. quæ dat scholari electionem magistri vel episcopi loci. & ibi: circa. si dico libertum illũ, qui est in possesione ingenuitatis, habeo probare. ipse tamen potest onus probãdi susci-
pere. ¶ In j. gl. ibi: in sacris. Dyn. ponit
1 exempla. si † reus post publicationẽ attestationum nõ producit testes. Item post litis contestationem non reuocat procuratorem, ergo nec actor. in authen. de test. §. illud. colla. vij. ff. de procu. post litem vnum eligendo. vel delegatum impetrando non excusat ordinarium, tamen & quandoq; reus impetrat. de rescrip. cæterũ & ibi de di. concor. in princip. & ibi non potest reus, & sic eo casu fallit regula. ff. eo. omnis diffinitio. Dyn. & in fin. vnde si actore non probante vlti. probare se dominum. putat Dyn. quòd audietur. interest enim sua, quia eo probato consequitur ius agendi. qui aliâs haberet solùm ius excipiendi. ff. de iniur. l. sed & si possessori. si vterque. scilicet actor, & reus vult probare dominium.

dominium. primò auditur actor, secundum Dy. dedi de hoc remissiones ad Spec. de probatio. ex literis.

QVAESTIO.

Hîc ex superioribus patuit quandoq; licere reo, quòd nō licet actori. quare conuenit solutio quæstionis satis vsitatæ. Gul. de petra lata, quæ sic
2 proponebatur. Accusatus† de homicidio, coram seculari iudice, producit literam, qua nominatur clericus & canonicus Parisień. quęritur an sufficiat hæc probatio isto casu? Ad partem negatiuam inducit. v. rationes. Secundò, ad affirmatiuam. iij. & vnam glo. Tertiò, soluit distinguendo. Vltimò solutio declaratur. Ex quòd talis litera nón sufficiat, inducebat quòd res inter alios acta, &c. s. de re iudi. c. pe. nihil. & ibi concor. ista autem litera ad aliud dirigebatur, fortè ad delegationem causæ suæ alteri faciendam, vel alterius fiendam, sibi saluo, quòd in solutione dicam. nec super clericatu fundabatur. ergo non probat Facit eo. libro, de priuileg. si propter. in principio. facit de præsumptioń. ilico. Item nominationem nón tribuit vnde licet quis nominetur filius, non per hoc habetur pro filio, de probatione. per tuas. vbi de hoc. & in glos. prima. & circa nominationem vide quod nota. xciiij. distinctio. dominus. xj. qō. j. sacerdotibus. xxxij. quęstione. iiij. dicat aliquis. & qui filij sint legi. per tuas. in fine in glos. & non omnis vox iudicis, habet vim sententiæ. de præsumpt. c. e. afferte. vbi de hoc in. j. glos. & facit. ij. q. vij. non omnis. vnde beata Maria nominabatur vxor, & non erat. xxviij. q. ij. inuenta Item licet propter ignorantiam salutet, non propter hoc habetur pro absoluto. de sentent. excom. si aliquando. imò nec si id scienter faciat, vt in clemen. eod. tit. si summus. ij. responso. & multùm facit eadem decre. ij. respon. vbi videtur casus non nominando aliquam indignitatem, illum per hoc non approbat in illa, nec sibi ius tribuit: constat autem quòd clericalis dignitas. iiij. distinctio. deniq;. in princip. & j. quæstione. j. reperiuntur. Item, si quis nominatur fornicator, vel ebriosus, non per hoc talis fore conuincitur. ij. q. j. multi. Sic nec statim dicimus accusatum esse reum, nisi conuincatur. xv. q. vlti. c. vlti. in fine. nec debemus esse nimis creduli. lxxxvj. distin. si quid. xj. quæstione. iij. in cunctis. de accu. qualiter. in fi. quia per surreptionem multa proueniunt. iij. quæstione. iij. induciæ. de do. & contu. cùm olim. & potuisset ad hunc finem talis litera impetrari, quæ de facili haberi potuit. & talibus fraudibus, & contra surreptiones prouidendum. est de diuor. quantò. in fine. de electio. cùm dilecti. versic nos verò. & ideò de his inquiri iubetur. xxiiij. distinctio. quando episcopus. de cler. pereg. xcviij. distin. per totum. Item videtur expressum. xlij. distin. quiescamus. in princ. ibi: si in clero electum se dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare ostendat: ergo literas ordinatiōis suę, quas secum habere debet. ij. qō. j. legatum. & clarè patet in extrauag. Bonifa. iniunctæ. ver. similiter. & ver. sequentibus: imputet igitur sibi, si tales literas non habuit, vel habitas non seruauit:

cùm ex culpa sua procedat.eod.titu. damnum.cum concord.Item iste,qui de clericatu excipit, in hoc fingitur actor.ff.de probatio.l.ij.Sed actor id, quod asseuerat, clarè probare debet. vj.quæstione vlti.actor:iste autem non probat se clericum, vt excepit: sed probat se nominatum clericum, succumbat:ergo quia non probat, ad quod se adstringit. de probationi.licet.nec probat hoc esse. &c.de offic. delega.cùm contingat. facit.de testi.
3 cùm causam.In †contrarium inducitur.j.quæstio.j.sancimus.vbi dicitur, quòd non præsumitur quis immemor 5 suæ salutis: & sic non præsumitur mentiri, cùm quilibet præsumatur bonus.de sacra.c.imò.de præsumptio ni.c.fina.& præsumitur etiam pro literis apostolicis, quòd careant falsitate,cùm per multas manus transeāt, de rescript.cum ad deci. &. c.ad audientiam.j.vbi de hoc.xxxij.distinct. communis filius.xxxv.quæst.ix.apostolice.Cùm ergo credatur literis inferiorum.xj.q.iij.curæ.de proba.post cessionem de fide instrumen.cùm dilectus.de fideicom. peruenit.fortius debet credi literis papalibus. ad hoc de testi.in nostra.&c. cùm à nobis. xcv.di.cùm illud habeat ergo plenissimam authoritatem,quòd scientiam papæ continet.C.de testi.l.omnium. Item dicebat, quòd videbatur casus pro accusatò.xj.qō.j.Christianis.&.c.
4 Siluester.Item,reos† sanguinis defendit ecclesia.xxiij.qō.v.reos.& valens hominem liberare à morte.& id non faciens, illū occidat.de homici.sicut dignum.ver.illi etiā in hoc saltem dubio,in quo illa tutior eligenda est.de 6

spon.iuuenis.defendendus est iste, & sibi vita seruanda:& pro iure ecclesię præsumendum:potissimè,quia in talibus, quibus alterum vel modicum prçiudicium obuenit,sufficiunt.ar.de cler.pe.c.ij.& facit suprà de probatio. cùm causam.& quod ibi not.in j.igitur.&.iij.quæs.vij.postulatus. xxiiij. qō.ij.sanè.ij.in.j.gloss.nec de modico præiudicio est curandum. de verbo. sign.quid per nouale.Item,cùm præsumptio, quæ oritur ex dicto vnius testis impediat matrimonium contrahendum. de spon.præterea, enim †fortiùs præsumptio, quæ oritur ex tali litera.impedire debet iurisdictionem iudicis secularis. facit de cleri. excommu.mi. istud de rescript.cùm contingat.inducitur etiam glos.pen. in decre. verò nulli,de rescript. ver. ad hoc dicit Io.Soluebat distinguendo inter agentem & excipientem inducens simile. de except. cùm inter. quia si iste agit vendicando beneficium,vel aliud quod clerico competit,vel petit admitti ad celebrandum populo, vel similia, talis litera non sufficiet:per præd.c.quiescamus.xlij. dist.&.ij.q j.legum.& per extrauagā. iniūctæ.superius alleg.xcviij.dis.per totum.& de cleri.perc.c.j.& sequen. Si autem excipit ad defensionem suī, vt in casu isto,vel similibus,sufficiat talis litera,vel similis:aliàs suspicione carens.ad quod inducit tria præsumptionis argum.literæ authenticę fauore, & clericalis ordinis,& nullū vel modicum præiudicium alterius. ad primum repetit quod prædixi in princip.secundæ partis.s.literas papales†per multas manus trāsire:& ideo

per illis

per illis præsumi.dicit &,quòd præsumitur, quod papa illum examinauerit,vel examinari fecerit,sibi beneficium conferendo:cùm alijs hoc fiendum præcipiat.xxiiij.di.quando episcopus.de elec.nihil est.Si ergo pro inferioribus iudicibus præsumitur: de renun.in præsentia.fortius pro papa. xl.dist.non nos hoc iusto. & videtur per prædicta verba,disputans quæstionem intellixisse, quòd litera de qua quæritur,fuerit collatrix beneficij.& hoc casu minus dubiũ, quàm si esset alia litera:puta delegationis ad eum, vel per eum impetrata.Ad secũdum inducebat,quod Pharao clericos hic
7 orauit,& libertate † ditauit.xxiij.q.vl. quamuis.de immu.ecc.non minus.& Constantinus ipsorum accusationes recipere recusauit.xj.q.j.sacerdotibus. xij.q.j.quicunq;.de iudi.nouit. Item, omnes causæ,etiam laicorũ,olim tractabantur in synodo clericorum.xj.q. j.relatum.non mirũ ergo, si facilè res ad suam naturã reuertatur.qua de causa ecclesiasticus iudex supplet negligentiã secularis:non ecõuersò.de iud. qualiter.de fo.cõpe.licet.Ad tertiũ in
8 ducit,quod † sufficiũt argumenta,vbi non fit prẹiudiciũ.de cle.pe.c.ij.& propter hoc semiplenè discutitur negotium:vt lit.non conte.quoniã.§.quòd si super.facit de procur.ex insinuatione.&.xxv.q.ij.rescripta.& facit,quod not.de differentia testis ad iudicem. iij.q.v.c.j.de off.delega.insinuatione. in j.igitur & pœna delicti non tollitur per id,sed eius species.& quod differtur non aufertur.xxij.qõ.ij.ancillã.§.de voto necne.Puto,quòd si Gul. tẽpo.disputationis vidisset decretum,

9 si iudex.de sen.excom.li.j.de ipsa arguendo vel soluendo mentionem fecisset.cùm autem per illam,vt ibi patet post princ.sola fama de clericatu faciat fieri † remissionem:satis videtur,quòd illa litera non minus valere debeat, quam fama in hoc casu. Item dico in illo,qui communiter habebatur pro clerico,eidem deprehenso in clericali habitu,qui prius habebatur pro laico: vt ibi patet.quia prædicta sine tali litera reuertuntur. remanet ergo quæstio dubia, in vlti. casu,quando prius habebatur pro laico. & cùm eum casu teneatur facere fide de titulo clericali: vt dicit ipsa dec.in §.fin.non videretur talis litera sufficere.& hoc inducit præsumptio insurgens ex præcedenti delatione habitus laicalis:vt ibi.quantumcunque sic defendendo literam producat.Item,quòd sufficiat litera etiam beneficialis,qua nominatur clericus: multum probat decre. ex literis. de transact. nam si beneficiales sunt subreptitiæ eo non existente clerico, satis ergo patet, quòd clericatus talem literam non probat, cùm possit talis litera de facto parum per non clericum impetrari.

SVMMARIVM.

1 *Manumissionis factæ per illum,qui vsucapiebat seruum, nullitas, non impedit vsucapionis cursum: sed intentio manumittentis.*

2 *Matrimonium propter consanguinitatem solutum, vel quia mulier non carnaliter cognita religionem profitetur, an rumpat sponsalia prius à viro contracta de futuro.& nu.4.12.14.16.18.*

3 *In matrimonijs num magis spectetur animus, quàm iuris effectus vbi & matrimonij plures effectus.*

5 *Bigamiæ pœna, an contingat ex matrimonio, quod non tenet.*

6 *Proles est illegitima, si ambo parentes sciuerunt impedimentum, quantuncunq; in facie ecclesiæ contractum sit matrimonium.*

7 *Clauium potestas non contemnenda.*

8 *Actum requisitum ad aliquid efficiendum, de facto fieri sufficit: quamuis de iure non teneat. & nume. 10.*

9 *Procuratorem secundum dans, reuocare'ne primum videatur. Et quid de testamentis.*


11 *Actio semel extincta, an reuiuiscat.*

13 *Facta contra ius, pro infectis habenda.*

15 *Religionis minus probatæ ingressus, non dissoluit sequens matrimonium.*

17 *Matrimonium non dissoluit votum continentiæ: licet eius executor suspendat.*

REGVLA LII.



On præstat. Io. mo. allegat pro exẽplis multa exempla. ff. de leg. j. si seruus legatus. §. si seruus. ff. de acqui. hær. si quis hæres. ad velleianum. alium. §. fi. de condi. & de hoc conditio. de iur. pa. illud. & c. fi. 5. e. lib. de elect. perpetua. de con. præ. ne captandæ. significat contrarium. ff. pro donato. qui pro
1 damnato. sol. Nullitas † manumissionis factæ per illum, qui vsucapiebat seruum, non est id, quod præstat impedimentum vsucapionis, ne curratis: sed ¡ facit intentio manumittentis, per quam possessionem perdet. Item contra secundum. ff. de lega. j. planè. & de adi. leg. l. legatum. §. pater. vbi primo legatario legatum non debetur, quod animo adimendi relictum est. Secundò, licet non capaci. sed illud. quia tacita voluntate legatum adimitur. ff. de adi. le. l. iij. §. fina. & l. ex parte illa: ergo tacita, de qua apparet, sortitur hunc effectum. secundum Dyn. concor. quod no. 5. eod. li. de procu. si duo. in glos. ij. Prima igitur ponit exempla. Secundò. v. casus exceptos. sed quintum non approbat. Tertiò, no. in maleficijs regulam. non loquitur. In gl. j. ibi: si dari stipuler. vide de cõ. præcum nostris. in iiij. glos. In glo. j. ibi: si dari stipuler. Dyn. ponit exemplum: cũ legata est mihi optio serui. & ego elegi, sed electio non habuit effectum, iterum eligam. ff. de op. leg. l. ij. iij. & iiij. Item, ponit per l. quòd si pupillæ. ff. quando di, le. ce. de con. & de hoc conditio. vbi si legatum fuit pupillæ, si matrimonium non contraheret, facta pubes potest contrahere. & conditionem implere. licet autem pubertatem contraxisset. quod quia non tenuit, impedimentum non præstat. & ibi Goff. qui hos. i. hoc quatuor casus, quos præmisi. & ibi in fi. quod ibi scripsi & dixi. & de hoc in præ. dec. cũ nostris. de concessio. præb. in iiij. glo.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem, quam Paduæ disputaui quàm sic proposui. Matrimonium solutum propter consanguinitatem, vel mulier non cognita religionem profitetur: quæritur an rumpat sponsalia de futuro prius à viro contracta? Et primò pro solutione ad vtrũq; mẽbrum

ponetur

ponetur gl. Io. Secundò, ad vtrunque inductiones affirmatiuæ, quibus in quantum solutioni contradicunt, singulariter respondebitur. Tertiò diuisum ad membra arguit negatiuè & primò ad primum. & in id cōceditur. Secundò ad secundum. & omnibus, 3 quæ inducuntur singulariter respondetur. Soluendo igitur dico, quod Io. notauit in iij. conpil. de spon. sicut. quod matrimonium solutum propter consanguinitatem, non rumpit priora sponsalia de futuro ad quod inducit dec. cū apostolica. eo. titul. si verò soluitur per ingressum religionis, nihilominus rūpit priora sponsalia. ad ad quod inducit de conuer. cōiu. quidem: & quia actio semel extincta, nō reuiuiscit. de cō. dis. iiij. quæris hanc gloss. Io. Bernardus vel eius, contemporanei. s. Vincent. in secundo apparatu Goff. & Phi. non posuerunt, nec aliqui moderniores eam tractauerunt, quod sim memor ad præsens. Ad literam tamen illa videri poterit in nouella: ordine verò turbato procedit solutio argumēti, vt mistim quęstiones istas tractando, fiat simul positio & responsio argumentorū, quæ solutioni cōtraria videntur. Ad vtrāque ergo quæstionem primò arguitur affirmatiuè. s. quod vtroque casu rupta sint spōsalia. & taliter certū est, quòd inter multos casus, quibus rumpuntur spōsalia de futuro, iste est pōtentissimus casus. s. cū alter sponsorum coatrahit secunda sponsalia de præsenti. de spon. sicut &. s. si inter. ij. respō. de spon. c. j. potentissimus. ideò dixi secūdū. Taur. qui hoc no. de spō. de illis, cū in alijs dissoluātur per sententiā in hoc casu, & cum alter sponsorum religionē ingreditur soluuntur ipso iure. sed certū est, quòd sponsalia de præsenti quo ad verba: accipio te &c. & quo ad cōsensum in vtroque casu interuenerunt, & interueni re potuerunt. ergo dicenda sunt† rupta priora sponsalia. Quòd verba, interuenire potuerunt per se patet, quod concessus interueuire potuerit, satis patet, de spon. c. vno. eo. lib. vbi sponsalia nulla. quia cū cōsanguinea. contracta si tenent ex concessu inducunt publicam honestatē. inspicimus enim in matrimonijs plus animā, quā iuris effectū. de biga. nuper cū suis cō cor. multos enim effectus cōsequitur matrimonium. licet sit nullū. Inducit enim bigamiam vel pœnam bigamie. vt ibi: quā sine matrimonio quis non potest incurrere biga. quia circa. facit prolē legitimam seruata forma constitutionis: cū inhibitio. de clandest. despō. quā prolem legitimā producere non posset fornicarius coitus. primū probatur de clandest. despō. c. vlt. & qui fi. sint le. cū in iure. &. c. ex tenore. Itē, inducit publicā honestatē: vt est dictum. & interdum inducit adulterium, & adulterij pœnā. quod dic, vt not. de do. inter vi. & vxo. cùm pluriū. Cū ergo multos effectus alios cousequatur matrimoniū, non mirū, si consequi potest hunc affectum rūpendi priora spōsalia de futuro, quasi sufficiat cōsensus cū forma verborū. & est si. vbi sufficit aliquid valere, ex forma, licet ex effectu vel causa non valeat. de ele. si postquā. li. vj. sicut & in denuntiatione noui operis dicitur. ff. de no. ope. nun. l. j. & eo. tit. c. j. & ij.

& in ſententia excõmunicationis. xj. q.iij.ſententia. Sed ad iſta, inquantum quo ad primum punctum ſolutioni
4 † contradicũt. reſpondetur, quod ſolutio ſponſaliorum de futuro per cõſequens matrimonium, procedit ex vinculo coniugali, quã non inducit ſolus ſpon. de illis. cũ in alijs diſſoluantur per ſententiam. in hoc caſu & cũ alter ſponſorũ religionem ingreditur ſoluuntur ipſo iure: ſed certum eſt quod ſpõſalia de præſenti quo ad verba: accipio te &c. & quo ad cõſenſum in vtroq; caſu interuenerunt, & interuenire potuerunt ergo dicenda ſunt rupta ſecundum legitima conſenſus: ſed publica honeſtas nõ procedit ex vinculo coniugali: ſed ex ſpõſaliorum conceſſu, qui ſufficit ad illud impedimentum inducendũ: ſicut etiam affinitas non ex legitimo coitu, ſed fornicatio ſurgit. & ſufficit ibi coitus. de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ
5 diſcritioni. ¶ Ad illud † quod dicitur pœnã bigamiæ contrahi ex matrimonio, ꝗ nõ tenet. hoc ſolũ cõtrahentis illegitimum matrimonium verſatur odium. vnde fateor eum ex facto ſuo poſſe pœnam incurrere, propter affectum cum opere. ſed non ſic ſe poteſt ab alterius obligatione liberare per contractum: per quem alteri non ligatur, per quem ſibi poteſt præiudicare. ſed non ſe liberare, niſi alteri ligetur eodẽ modo tolli poteſt, quod arguitur ex dec. eum, qui. de prębend. lib. vj. vbi ligatus eccleſiæ parrochiali ab illo vinculo ſoluitur, recipiẽdo etiam iniuſtè ſecundã parrochialem eccleſiam. illud enim eſt inductum in odium iniuſtè recipientis, non in ipſius fauorem. vnde poſſet dici ſecundum opi. Io. quod dixi. de præben. de multa ſuper ver. priuatus. & ipſe not. vij. q. j. ſi qui. & xxj. qõ. ij. ſi quis iam tranſlatus. quod tũc ſit priuatus, quo ad ſe, non quo ad eccleſiam, vel prælatum ſuperiorem, qui in eum etiam inuitum retinere poſsit in locũ ſuũ.
6 ¶ Quòd dicitur de prole. illud † in eius fauorem inductum eſt, propter ignorantias parentum amborum, vel alterius. quod patet: quia quantũcunque in facie eccleſiæ contractum ſit matrimonium ſi ambo parentes ſciuerunt impedimentum, proles eſt illegitima: vt in præ. dec. vlti. de clandeſti. deſpon. ¶ Quod dicitur in decr. ſi poſtquàm. de electio. ſpeciale eſt in cathedralibus & regularibus eccleſijs, vt ibi patet. aliâs enim non ſufficit appellationi eſſe iuſtam ex forma. de appella. vt debitus eod. tit. non
7 ſolùm. vel eo. ¶ Quod † de denuntiatione dicitur; ſpeciale propter contemptum prætoris, ſicut & quod dicitur de ſen. excõ. ſpeciale. ne poteſtas clauium contemnatur. ¶ Adhuc pro
8 hac parte ſic arguitur: actus † ille, qui ad aliquid efficiendũ requiritur, ſufficit, quod de facto fiat, & ſi de iure nõ teneat. hinc eſt, quòd inſtitutus ſi ſeruum hereditarium manumittat, manumittere non poteſt, niſi adeat. adire nõ poteſt, niſi manumittat. Dicit tamen lex. quod vt adeat ſufficit, quòd de facto manumittat: licet manumiſsio non valeat. ff. de cond. inſti. mulier. §. j. Item, ſi manumiſſus ſit, ſt. x. hæredi promittat. ſufficit, quòd de facto promittat. licet promiſsio facta ab ipſo adhuc ſeruo non teneat. ff. de

ſta lib.

sta.lib.l.pe.Itē manumissus,testamēto,si iurat.x.operas filio dare, iurādo libertatem consequitur,licet non teneat iuramentū.ff.de ma.te.l.seruum testamento.ad idem.ff.de cōd.inst. l. Meuius.& testamentum,ex quo non aditur hæreditas,rūpit codicillos,qui tamen tenuissent,si testamentum factum non fuisset.ff.de hære.insti.l.pater filio.& inst.qui.mo.infir. §.posteriore. per quod etiam † notaui, de
9 procur.si duo.li.vj.in gl.ij.quod dans secundum procura. reuocat primum etiam si seruus non suscipiat manda. ad idē.ff.de in iu.rup.&irri.te.l.iij.§. sed si stante.vbi secundū testamentū, quod rumpitur per posthumum, rūpit primū testamentum.Ad† idem de
10 præbē.c.pe.li.eo.vbi secunda gratia, quod cū prerogatiua licet posteà reuocetur,rumpit primā.Ad idem.ff.de testa.milit.l.milites codicil.§.fin. vbi secundum testamentū iure militari factū,licet non valeat milite.s. decedente post annū militiæ: tamen rumpit primum,quod ipse fecerat iure cōmuni.Et ad idem de sepul.c.j.li.e.vbi electio sepulturæ licet nō teneat,impedit aliā sepulturam eligi, ac si teneret. Ad idem.ff.de adimē. l. legatū sub cōditione.vbi si quis donet vxori quod legauerat filiæ, intelligitur adiuisse:licet donatio vxori facta nō teneat.Ad hoc respōdetur, quòd in l. mulier.§.j.in l. pe. de sta.li.in l. seruū testamento. & l. Meuius. sufficit factum, licet non habeat iuris effectum. quia satis fit voluntati testātis, qui factum inspexit: ac si dixisset,si salutauerit,vel lapidem in flumine proiecerit. vnde sufficit ibi factum sine iuris effectu, ad id. ff. de statulibe. Stichus si.x. Præterea ibi, quod potest & iuxta iuris regulā ad impossibile non debet astringi.eo.ti.
11 nemo†potest.cum suisconcor.ad l.iij. §.fi.ff de codicillis. cum. vij. iuribus in proxi.alle.non expedit responderi. quia faciunt pro solutione,quo ad secundum possunt. Probant enim illa iura,quòd ex quo secundū testamentum à principio tenet,licet posteà rūpatur,videtur ruptum esse primū. & est simile in procuratore & gratijs: sicut ex quo matrimonium tenuit,licet posteà rumpatur,sufficit ad hoc, vt rūpat priora sponsalia.ad quod facit.quòd dicitur actionem semel extinctā,non reuiuiscere.de con.di.iiij. quæris.xxiij.q.iiij.si illic.ff.de sol.qui res.§.aream.ff. de verbo. oblig. inter stipulantem.§.nam & cum quis. ¶Ad decr.de sepul.respondetur, illud non esse ex virtute electionis, quæ non tenet,nisi in pœnam eligentis. ¶ Ad l.de adimen.le. respondeo.quòd quia testamentnm pendet ex vnius, non exēplarium voluntate,sufficit, quòd ibi appareat testatoris legantis mutata voluntas:licet voluntas legatarij non intercedat quæ nec requiritur,nisi sit in casu nostro:cùm sponsalia pendeant ex voluntate duorum. & facit quod no.suprà,de constitu. c.
12 j.libr.eodem.¶ Ad negatiuam†verò scilicet,quòd in neutro prędictorum casuum rumpantur sponsalia, arguitur primò quo ad primum, quod matrimonium contractum cum consanguinea, cùm sit nullum, non habet rumpere sponsalia. ad hoc enim, vt matrimonium illa rumpat,debet

pat, debet esse tale, quod teneat. non enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: vt hic
13 cum suis concordan. Et † quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi. eodem titulo, quæ contra ius. & C. de lega. non dubium. si igitur istud matrimonium consanguineæ debet haberi pro non facto, satis patet, quòd non rumpit sponsalia ad instar eius, quod dicimus electionem, quæ nulla est, alteri electioni non præstare impedimentum: iuxta ea, quæ plenè no. de electionibus. auditis. ad hunc casum bene facit ff. de conditio. & demonstratio. l. hæc conditio vbi conditioni nuptiarum dicitur non paruisse, qui nuptias interdictas contraxit. Cōdemnatum etiam sic accipere debemus, vt condemnatio teneat. ff. de re iudic. l. iiij. §. condemnatum. & l. si cum nulla. ad idem. ff. de pœn. l. rei capitalis. in fine. ff. ad tertullian. l. j. §. finali. & tutores testamento datos, accipere oportet, qui iure dati. ff. de testa. tuto. l. iij. & falsus tutor non est tutor. nec falsum testamentum, est testamētum. ff. de ver. sig. Paulus. Idem dicam de matrimonio. Item, qui satisdare promisit, dando eum, qui non obligatur, vel exceptione vtitur, satisdare non dicitur. ff. de fide instru. l. iij. & quæ pro exceptione, parum possunt, in compensationem non veniunt. ff. de compen. quæcunque. & l. quod in diem. & veritas reuelata debet opinioni vel sermonibus præualere. viij. di. veritate. lxxxj. di. quicun-
14 que de re iud. cùm inter. Ex † quo igitur apparet matrimonium non fuisse propter cōsanguinitatem, veritatem opinionis præferendo, dicemus non rumpi sponsalia: maximè cùm pronuntietur matrimonium non fuisse. in authen. de nup. §. si verò ab initio. coll. iiij. sponsalia igitur priora, quæ tenuerunt per matrimonium, quod non tenuit, solui nō debet. ad hoc. ff. de rescin. ven. si id, quòd in prin. §. j.
15 Nam † & si profiteatur quis religionē non approbatam, ista professio non dissoluit etiam sequens matrimoniū. de voto. c. vno. eo. li. & facit quod ibi notaui de ordinato ab eo, qui non poterat ordinare. Et lex videtur dicere, quòd matrimoniū contractū cū cōsanguinea nō dissoluit spōsalia prius cum eadē cōtracta: ergo nec cum altera. ff. de do. inter. vi. & vx. cum hic
16 status. §. pe. Quid † vltrà? videtur hic expressum de spon. c. v. eo. li. vbi qui cum consanguinea cōtraxit, ad contrahendum cū sponsa remanet obligatus. Sequeretur enim ex contrario absurditas magna, quia. s. ille, qui cū muliere sponsalia contraxisset seipsum posset cōtrahendo cū cōsanguinea liberare. & cōsequeretur primū. vnde deberetur sibi pœna. de hæreti. e. li. cū secundū. ergo fortius vinculū hoc casu habebat soluere sponsalia, hoc cū nullū sit vinculū, quòd patet: quia potest illo durāte vel per ecclesiā nō soluto cōtrahere cū alia. ergo dicā priora sponsalia nō esse soluta. de spon. cùm in apostolica. de eo, qui dux. c. ij. probat hæc lex, dicens, ꝙ secundū testamentū, in quo filius fuit præteritus, non rūpit primū. ff. de lib. & pos. l. filius. Testamētū verò, in quo præteritus est posthumus bene rūpit primum, licet posteà rumpatur per posthumum

posthumũ:quia potuit posthu.nõ nasci,& sic à princi.tenuit &sic loquitur lex superius alle.ff.de iniuſ.rup.& ir. te.l.iij.§.si constante.& sic licet testamentum,quod à principio tenuit,& ex quo pars potuit hęres esse,quamuis posteà rumpat & primũ:illud tamen,ꝙ à principio non tenuit,& ex quo à principio non potuit quis hæres esse,non rumpit primum:vt in l. si filio.quod satis facit ad vtriusque membri solutionem. Et his non est respondendum:quia solutionem concordat:ad quã facit de spõ. veniẽs.ij. ¶Quo ad secundum sic arguitur:matrimonium solutum per religionis professionem ante copulam,ex quo non durauit,fingitur non fuisse.ff.de verb.sign.nam & ego. cum suis concor.& cùm matrimonium sit sacramentum.& quod sacramentaliter habeat designare,dicitur de biga.debitum, verò. matrimonium verò non consummatum per copulam,non habet huius sacramenti significationẽ. vt ibi. & xlv. distin.valentino. ergo, non dicemus per illud dissolui sponsalia.Perfici enim & confirmari videtur matrimonium ex copula de transla.c. vlti. sed ad istud responde, vt ibi.not.& xj.q.iij.§. quod prædecessor.¶Prima,vt suprà dictũ est,causa,propter quam matrimonium posterius soluit priora sponsalia,est fortius vinculum. quod vinculum non deest in matrimonio non consummato,aliàs sequeretur, quod qui contraxit cum vna, ante copulam cum alia contrahere posset. quòd est falsum.Item sequeretur, quod spõsa de præsenti,non cognita,cum alio coẽundo non posset violare sacramentum matrimonij, si non deesset. & hoc est falsum.Cõmittit enim adulterium, sicut & vxor de eo qui dux. in ma.c.ij.& vlt.de eo,qui cog. consan.vxo.suæ.discretionẽ.ij.q.j.si peccauerit. licet igitur iure permittente istud vinculum soluatur per religionis ingressum ante copulã.xxvij. quæſ.ij.de sponsatam.&.c.se.de conuer.coniug.verum.&.c.ex publico tamen durat vinculum secundũ quosdam. vel verius soluitur vinculum quadam iur. fictione, qua professum fingimus mundo mortuum. xvj.q.j. placuit.& facit quòd not. de voto. c. vno.lib.eod.sic ergo obligatio sponsaliorum extincta persequens matrimonium, non renasceretur moriente naturaliter secunda vxore. sic nec ea profitente religionem, nec ob. quod dicitur obligationem interdũ reuiuiscere: de senten.excom. eos.li. eo.ff.quemadmodum ser.amit. si locus.ff.de serui.vr.præ. seruitutes.§. si sublatum.C.de inoffi.test. si maritus. C.de pact.debitori.in dec.ij. eos. reuiuiscere potest excommunicationis sententia:non ex iuribus prioris obligationis vel sententiæ: sed ex iuribus ipsius constitutionis. quod probat litera ibi:decernimus.non dixit: declaramus.vt ibi no.& est illud statutum in odium contemnentis,& fauore clauium.ad l.si locus.& §.si sublatum.dico, quod non erat in totum obligatio extincta: sed propter casum impedita.

In l.si maritus:prouidetur iustę ignorantiæ hæredis. & est simile ad id, quod habes de præben. si beneficia. lib.eo.

17 lib.eo.¶In l.debitori.reuiuiscit† non ex vi prioris obligationis, sed ex vi pacti subsecuti. vnde & hoc posset obligatio reuiuiscere isto de nouo contrahente sponsalia cum eadem. Ad hoc bene facit. ff. de seruit. vr. præ.l.si quis ædes. j. responso. de renun.ex trāsmissa.de simo.& insinuatione.de rescrip.quanuis.lib.eod. nec ob. quòd dicitur obligationem non extinctam, sed suspensam ad instat eius,quòd notat Ioa.de voto simplici,scilicet quod talis vouens si contrahat mortua vxore, continere debebit.hoc not.xxvij. q.j. nuptiarum. & q.ij. Agathosa. matrimoniū enim non dissoluit votum continentiæ:licet ipsius executor suspendat pro parte saltem reddentis. quod patet:quia etiam vxoratus,quoad sui obligationem continentiam vouere posset. & per illud votum sine præiudicio con iugis se Deo ligare. sed post matrimonium sponsalia cum alia non pos
18 set contrahere.Cùm igitur per† votum fiat obligatio Deo, hoc:scilicet per sponsalia fit homini. Item, cùm votum & matrimonium secundum ea, quæ dixi, se compatiantur adinuicem, matrimonium cum vna, & sponsalia cum alia, non se cōpatiantur,non est mirum si matrimonium in totum soluit:sponsalia verò votū suspendit.fateor tamen,quod votum simpliciter & matrimonium, & eius vsus se non compatiantur. & facit quod dixi post Innoc.de conuer.con iu.placet.in fin.licet auth. responderi.ad prædictam opi.Io. proximò inductam. non tamen præcisè fateor eam verā.quod tamen hîc nō tracto, sed tractaui:quod cleri. vel vo. rursus.in vlt.glo.Ex prædictis allegatis & contrarijs solutis concludo, quòd in solutione superius dictum est Ioannes Andræas.

SVMMARIVM.

1 *Consilij fraudulenti nulla est obligatio.*
2 *Opem & consilium præstans,furto maleficio've,num teneatur.*
3 *Iudex ordinarius tribus consultoribus adhibitis,ita pronuntiauit: de talis consilio condemno, & consilio talium absoluo. an ea sententia executioni sit mandanda,actore id petente lapsis decem pòst diebus. & nu.5.7.*
4 *Sententiam iudicis quæ reddant inualidam.*
6 *Iudex sequutus minorem partem consultorum,an excusetur, & culpa careat. Et an teneatur eorum seu assessorum sequi consilium.sub nu.7.9.& 11.*
8 *Remedia communia ab iniqua sententia.*
10 *Cum, &, de, prapositiones, an, & quid differant. & vtriusque vsus & vis. & numero.12.& 14.*
13 *Papæ in rescriptis,sententijs & diplomatibus mos.*

REGVLA LXII.


Vllus ex consilio. Prima glo.dicit.vnde sumpta,ponit rationem regulæ. & exempla regulæ & exceptiones.Secundò,distinguit. Tertiò, quid differat, ostendit consilium à mandato.¶In prima glo.consilij.vbi no.fraudulenti† nulla est obligatio. 1
cæterùm, si dolus & calliditas intercessit,

tercesſit, de dolo actio competit: & ibi.l.ij.in fin.ponit caſum de illo, qui conſuluit pecuniam potius locandam in emptionem prædiorū, quàm fœnerandam, vel econuersò. & ibi: quòd cùm ſcires. infrà ſequitur in glo.& ibi:eleganter. in fi. conſulens mutuans debitori non idoneo, non tenetur de dolo:& ibi.l.ij. pro Seneca, qui dolo & calliditate debitorem circumuenit, de dolo tenetur. & ibi: non ſolùm tenetur iniuriarum, dolum faciens: ſed & is cuius dolo facta eſt iniuria, vel qui iurauit, vt fie-
2 ret. ¶In j.gloſ. † & ibi: de hoc.ff.de verb.ſign.ſæpe.in fin.& inſti.de obl. ex delic. §. ope. & ibi ſub diſtingue: ſecundum Dy.hæc diſtinctio locum habet in alio contractu: aliâs tenetur conſulens.ff. man. ſi remunerandi.§.ſi tibi.ſed.§. loquitur in manda. non in conſilio. & facit finis gloſ.& ibi:conſulens. hoc etiam diſtinguit. Dy.an foret factuius. & tamen vtro que caſu fatetur eum teneri. Diſtinctio iſta ſatis placet, quo ad quantitatem pœnæ. de homicidi. ſicut dignum.papæ autem dicebat, quod qui conſuluit aliâs facturo, aut præbuit conſilium tantùm, aut opem tātùm, aut conſilium & opem. primo caſu tenetur. quia non oportet laudando malitiam augeri. ff.de ſeruo cor.l. j. §.perſuadere &.C.de furt.ſi quis ſeruo.ſi opem tantū, ſine conſilio principali vel ſecundario, non tenetur.ff. de furtis.ſi pignore.§. ſi ferramenta. ſi conſilium & opem, non eſt dubiū, quòd tenetur.ff.de verb. ſigni. ſæpe. §.ita dubitatum.inſtit.de ob. quæ ex delict.§.ope.

QVAESTIO.

Hæc regula loquitur de dante conſilium:& glo.in princi.& fin. pro ratione regulæ ponit, quòd is cui datur, non tenetur illud ſequi. Et circa hoc inſtemus propter iudices eccleſiaſticos & ſæculares: qui ad ferendas ſententias & interlocutorias recipiunt conſultores iur. peritos, de more Italico:quorum talium conſilium ſi contra ius eſſet, ſequi non tenētur, etiam ſi de conſenſu partium illos aſſumpſerūt:licet hoc caſu quidem contra. de hoc vide in Spe. de requiſitione conſilij. in ver. quod ſi iudex.Ex hoc incidit quæſtio diſputata Paduæ per dominum Nicolaum de matharel. qua quærebat, ſi iudex aſſumpſit tres conſultores ſuper diffinitiua: quorum duo conſuluerunt reum condemnandum, tertius abſoluendum, & iudex abſoluit valeat ſententia, cùm ſtatutum habeat non valere ſententias, niſi latæ ſint cum conſilio ſapientum? & huic
3 quæſtioni præmittam † aliam quæſtionem Domini mei in legibus domini Martini:qua quærebat, ſi ordinarius tribus conſultoribus aſſumptis ita pronuntiauit: de conſilio talis condemno: & conſilio talium abſoluo.& lapſis decem diebus actor petit ſententiam executioni mandari.an ſit exequenda? Breuiſsimè ad vltimam partem fiunt tres allegationes:& ſoluitur per quatuor rationes.Dicebat multis videri, quod ſic:quia cùm dixit: condemno. functus fuit officio ſuo. ſuprà de offici. deleg.in literis.ff.de re iud. iudex. C. de pœnis. l. pœnam. nec potuit ſententiam

tentiam corrigere.ff. de arbit.l.arbiter.Item statim fuit ius actori quæsitum, quod sibi non potuit auferri. bene facit.suprà eod.lib. de elect. ab eo.& clemen.eo.tit. constitutioni.§. 5 pen.in fin.allegabat ipse.ff. de stipulatione ser.l.j.§. si seruus communis. non potuit mutare tenorem sententiæ.ff.de re.iudi.l.actorum.Item duę fuerunt orationes:& sic duæ sententiæ.ar.ff.quando di.le.ce.l. ex his ergo præmissis rationibus valuit prima.Refert ipse, quod multis videbatur contrarium:quia iudex se correxisse videtur.dicendo statim pòst:ab soluo.ff.de mate.l.Stichus.Item,cùm de consilio duorum absoluerit, fuit standum consilio maioris partis.ff.de arbitrio.item si.§.principaliter facit. ff.de iudi.reg.duo ex tribus.facit regula.eo.tit.in obscuris. ponderando, quod absolutio sit nimium sequenda in obscuro. Soluendo ipse tenuit sententiam ipso iure nullam qua-
4 tuor†respectibus:quia non imponit finem liti.ff.de re iudica.l.j.ff. de arbit. l. debere. Item, quia super vno articulo continere debet absolutionem tantum, vel condemnationem: vt prædicta.l.j.super hoc tamē,quod scripsi de re iudi. cum inter. in vlti. glo.item debuit esse certa. instit. de acti.§. curare. & quia continet contrarietatem.ff.eo.tit.vbi repugnãtia. de testi.qui falso.C.de fide instru.scripturæ.suprà de fide instru. imputari. & circa hoc vide, quòd not.xj. q. iij. §.cùm ergo subditi.& dixi de offi.or. si sacerdos.super glos.penul.

¶Nunc ad quæstionem propositam redeundo, ad negatiuam. j. & ij. ad affirmatiuam allegabo tria, subdens tertij rationem. Tertiò soluitur, & solutio declaratur:Quartò, de propositionibus:cum.& de.plenè tractabo.
5 Ad partem,quod sententia†non valeat allegatur, quod maior pars sapientum recompensat omnes.ff.eod. aliud.§.refertur.ad munici. quòd maior.de vend.inspi. l.j.§.j. Quod ergo sine consilio maioris partis, & quod plus est, contra cõsilium factum est, non valet ex forma statuti. sunt ad hæc similia.ff.de acquir.hære. si quis in bona.§.si cera de admin.tut.l. Titium.§.in princip.de insti.le. sed & si pupillus.§.conditio.de exerci.l.j.§. si plures. Secundò, sicut casu statutum dicit: sententia differenda cum consilio. intelligendum est de cõsilio consonante sententiæ:vt verba habeant effectum suum.ff. quod quisque iur. l.j.in fin.ne quis eum,qui in ius vo. l. pe.§.decem.de cleri. non resi. relatũ. Sic enim intelligit lex consilium. C. de legi.humanum.de appel.nominationes.C.de lega.l.pen.lib.x.& ar. C. de prædi.cur.l fin.de suscep.& arca.l. exactores.eo.lib. sic etiam intelligit lex consilium,cùm dicit,factum furtum alterius consilio,scilicet consonante.ff.de verb.signi.sæpe. instit.de ob.ex delic.§.operæ.& de fur.l.furti. §.consilium. Tertiò, vbicunque lex ordinat consilium habere, & illud seruari voluit.in auth. de iudi.§. fin. & in medio lit.§. j. ibi : si no. aliqua dubitatio.C.de appel.l.iubemus. ibi: & tamen dispositio &c. ad idem suprà de offi.deleg.venerabili. vbi consilium exponitur,pro cõsensu.de off. archipresbyteri.c.ij.de iur.calum.c.j. ver.vo

ver.verum.de immu.ec.aduersus.Ad idem.de foro compe.c.j.de his,quę fi. à præla. vouit.&c.c.qnanto.& forsan huius ratio,est ne consilium sit elusorium,vel lex,quæ mandat id haberi.C.de bo.quæ lib.l.fi.§.vbi.ff.de iudic.si prætor.facit.s.de ma.contra.C. de interdi.ec.c.j.s.eo.lib.de elec.com
6 missa.§.porrò.¶In†cōtrarium,quòd iudex possit minoris partis sequi consilium,si sibi iustius videatur:sicut de testibus dicitur.s.de test.in nostra.ff. eo.ob carmen.in fi.vnde vna pars potest esse maior ratione numeri alia ratione authoritatis:vt no.in l.si vni. ff.de re iudi.de ele.ecclesia nostra.ij. ad idem inducitur.Secundò,quòd iudex videtur computandus in numero consultorum,sicut & tabellio de numero testium.C. qui test.fa.pos. hac consultissima.in authenti.de fide instru.§.oportet.& princeps inter com militiones.ff.de testa.mili.l.j.& facit de verb.signifi.familiæ. & vide quid not.de conces.præben.post electionem.in iij.gloss.& ff.quod cuiusque vniuer.not.l.planè.& sic cùm essent pares,præualet sententia absolutoria.ff.de re iudi.inter pares.Tertiò satisfacit,quòd non videtur iudex ad-
7 strictus ad consilium†sequendum.vt hîc in gloss.& sic pone trinum consilium pro deliberatione.ff.de exercit.l.j.in princip.& hanc interpretationem suadet iuramentum iudic.in authē.iusiur.quod præsta.§.& æquus ero.ibi:secūdū quod mihi:visum &c. & de iud.circa prin.ver.illi aut.& ff. de arbi.Itē si vnus.§.idē,quod Pōponius.Item cū lex voluit assessores assistere iudicibus,vt per eos,quæ sunt iur.explicētur.C.de asses.l.j.ff.de off. asses.consiliarijs.in authen.de iud.in prin.non tamen voluit iudices teneri ad ipsorum consiliū seruādum.quod patet ex forma prædicta,& aliorum, etiam consiliū vult requiri.C.de sen. excom.propter.re.l.ij.quod tamē non est necesse seruari,si nō videatur sibi iustum.simile de rescripto iudicis:in authen.de iudi.§.omnes.& in medio litis.§.si verò.Et quòd nō sit necesse consilium sequi,videtur expressum. C.de senten.excom.& inter nemo.in prin.& ibi:consulatores &c.s.de arbi. cùm olim.de elect.cùm in veteri . & potest esse ratio habendi consilij.qui verò in præ.decre.cùm olim.in glos. ij.& facit.eo.tit.dilecti.in consilio roboratum.nā quod à pluribus quæritur,&c.xx.distin.de quibus.s.de offi. deleg.prudentiā.ff.de arbi.si intres.& optimè,quod scripsi.de consue.ad nostram.super primam glo.Soluebat nihilominus,quòd ex forma statuti tenebatur habere consilium.& si non haberet,non valeret sententia.sed ex quo habuit,satisfactum sit statuto &
8 si fuit iniquè†pronuntiatum, locum habeant communia remedia scilicet appellatio: & quòd iudex teneatur, qui fecerit litem suam.& similia allegat. ff. de iudic.eum, quem teneri.§. j. in aut.de iud. §.fi.& in aut. iudi.§. fin.in medio litis §.j. ibi:si verò aliqua dubitatio cum adiunctione præ. l. nemo , C. de sent. & inter. & per pręd.dec.cùm in olim.& cùm in veteri.Et est aduertendum. quod quando que statuta hoc habent , quod iudex
9 † teneatur sequi in pronuntiādo cōsilium sapientum, quos assumpsit de

numero suspecto,& tunc non procederet Nicolaus, sed locum habent argumenta primæ partis. Rema-
10 net modò vnum † antiquum dubium,an sit differentia in hac materia,vel simili inter has præpositiones:cum.& de scilicet,an.cũ consilio, vel de cõsilio sint diuersa in effectu, exẽpli gratia habetur primũ de elec. ne pro defectu.secundum.de hæreti. vt commissi.ver.priuandi.Vinc.dixit in dec.pe.de consti.& Compo.ibi recitat eius dictum,& Alex.s̃.eo.lib.ne se.vac.c.vno.quod est differẽtia:quia primo casu sufficit requirere,nec est necesse sequi.super quo.Et vide quod not.de elec.ne pro defectu,in gl.pen. secundo vero casu necesse sit sequi. ad primum de arbi.cũ olim.s̃.de reg. licet.ff.mã.idémq;.§.si quis ea,vbi.si mãdaui geri negotia mea per procu. cõsilio.Sempronij,& sunt malè gesta ipsi tenentur,& non Sempronius,qui non fuit adhibitus, nisi vt consulat & admoneat.vide quod de hac l.sta-
11 tim subdam.sic & † iudex assessoris & peritorum consilium requirit.quandoque tamen sequi non tenetur:quia suo nõ assessoris periculo iudicat.C. de pœna iudi.qui ma.iud.l.ij.¶Ad secundum inducit,quod plus videtur arctatus mandatarius per præpositionem,de.quasi consultoris industria, sic electa suprà.de offic.deleg.c.vlti. quod de tali virtute præpositionis nil probat. dat simile.sicut aliud est rem esse in bonis,quàm esse ex bonis. vt institu.vi.bono.rapto.§.sanè. facit de pœni. distinct.iiij.si ex bono subdebat se putare consilium sequendum,cum præponeretur negatiua.:puta hoc non facias sine consilio episcopi.suprà de offi.deleg.venerabili.sicque posset intelligi.ff.de suspec.impuberibus.in princ.vbi adolescenti permittitur durante cura accusare curatorem,dummodo ex consilio necessariorum id faciat.quasi non permittatur,nisi illud consilium accedat,vel illud,ex idem sonat,quod de beneficio.de elec.cùm iniur.ibi ex se.
12 vel alijs de gremio &c.Nã † ità dicere poterat:de se.vel alijs:& sic etiam faciet pro secundo dicto.Vel procedit id ex illa dictione:dummodo cui concor.s̃.de vsu pall.ex tuarũ.in fi.cũ concor.quas ibi posui,vt prędixi allegant, non probant quod dicitur de præpositione, de.videtur tamen, id probari de æta.& quali.ad aures.in fi. vbi consilium cum prępositione, de. arctat.sed dic quod absque illis verbis ille medicus erat arctatus:ita ꝙ illa verba non arctant:sed arctatum declarant.Est etiam sciendum,quod quidam legistæ quod prædixi de præpositione,de.probãt per præ.l.idemque.§.si quis ea.nisi,tamẽ neutra præpositio ponitur, nec etiam ibi ponitur verbum consilij.sed dicit textus, ita demum rata haberi mandaui: sed interuentu Sempronij gesta essent. per quod vides etiam conditionaliter verba fuisse prolata. Idem dico, de.l.j.§.si plures.ff.de exercita. quæ non facit:quia nec de præpositionibus illis,nec de consilio ibi sit mentio:sed dicit textus,quòd qui sic duos præposuit,ne alter sine altero gereret:qui cum vno contraxit, sibi imputauit.cui concord. de testa.c.ij.in fin.suprà eodem libro.fateor quod in

l.Titium

l. Titium & Meuium. ff. de admi. tu. in prin. ponitur verbũ cum consilio. Itē sine aliqua præpositione ponitur. eo. tit. quidam decedens. §. j. ibi: pater tutelam filiorũ cōsilio matris igitur gerēdam mandauit, nō minus officiũ tutorum, integrum erit, dicunt legistæ illud ideò, quia mater iure veteri nō erat, nec esse poterat particeps tutelaris officij. ff. de testa. iur. nostro.

¶ Satis videtur mirandum, quòd de his præpositionibus, quando adijciuntur consilio, disputamus. sed non si adijciantur, consensui, voluntati, authoritati vel alteri actui. Non curamus enim, an dicatur cum consensu, vel de consensu. primam habes. de offic. custo. c. ij. de iudic. causam. de his, quæ fi. à præla. cùm apostolica. &. c. seq. de iure patrona. nobis. de ecc. edi. ad audiētiam. j. Cum authoritate. habes suprà eodem libro. de iudic. c. fin.

¶ Secundam l. de consensu. de elec. in causis. vbi, quia verò &c. per inquisitionem. &. c. sacrosancta. de offi. delegat. super quæstionum. post princi. de iureiurando sicut. iij. de institut. cùm venissent de his, quæ fi. à præ. ea noscitur. alibi dicitur de voluntate, de elect. quod sicut. in fin. & vide quod scripsi de præbend. pro illorum. super verb. magistrum. vide & circa hoc, quod not. in Specul. de arbit. §. fina. versicu. sed quid si dicatur, quod scripsi. de offi. deleg. si pro debilitate. in glo. putat Inno. ver. redeundo. Item aduertendum, quòd papa
13 † quandoq; dicit: habita deliberatione cũ fratribus. s. eo. lib. de immu. ecc. c. j. sed cùm requirit fratrũ consilium cōmuniter dicit: de fratrũ nostrorum consilio. patet de elec. licet de vitanda. c. dudũ. ij. &. c. in genesi. de off. leg. licet. de dilat. exposuit. de fide instru. cùm Ioannes. & lib. eo. de elec. fundamenta. ff. vt ergo. de regu. non solùm. de hæreti. super eo, & c. cùm secundũ. de schisma. c. j. versi. valet. & prope. fi. de priuilegio. ne aliqui &. c. vt apostolicæ. de pœñ. c. vlti. in princi. ad idem in cle. de elec. ne Romani. de iureiur. Romani. §. quia igitur. de re iudi. pastoralis. in fi. de sepul. dudum. ver. nos autem. de immu. eccl. &. c. j. de sen. excom. c. j. Cùm ergo in dec. j. de renun. libr. eod. dicat de fratrum nostrorum cōsilio, & assensu. & idem in dec. gloriosus. in fin. de relig. & ve. Iam pa-
notificari videtur primum esse effectus,quem præscriptio efficit.secundum esse,causa,quæ præscriptionem inducit.Effectus,quem præscriptio efficit,tangitur,cùm præmittitur.præscriptio,est exceptio causalis, & non essentia,id est,causa exceptiõis.quemadmodum si diceremus:fumalis euaporatio pomi, est odor non quod sit essentialiter odor, sed quia est causa odoris & quamuis præscriptio possit habere alium effectum,vtpote acquisitionem dominij, secundum quosdam:quia tamen dictus effectus non est necessariò annexus, cùm possit esse alia præscriptio sine acquisitione dominij,scilicet, præscriptio malęfidei:vt prædicto.§.potest.ergo talis effectus non debuit poni in sua descriptione. Nam vbi causa describitur, oportet quòd effectus,qui ponitur in eius descriptione,sit ei semper & necessariò annexus. Exceptio autem est talis effectus, qui semper & necessariò annectitur ipsi præscriptioni.quod patet per rationem & inductionem.per rationẽ quidem,quia nisi præscriptio haberet semper & necessariò annexum istum effectum, sequeretur. Nam vbi tollitur ab ea. exceptio,tollitur & dominij acquisitio, & quicunq; alius effectus.ac per consequens frustra fuisset introducta:quia nullam haberet efficaciam. quòd nullus diceret. Solu.patet hoc idem per inductionem.Nam si inducamus in singulis speciebus præscri- 7 ptionis,semper inueniemus,quòd ipse pręscribens habet exceptionem excludentem actionem, quæ contra se fieret iur.pręscripta.dabat tria exempla de decendio,per cuius lapsum pręscribitur contra non appellantem.ij. qõ.vj.biduum:de tempore trimestri, quo præscribitur contra non eligentem.de elec.ne pro defectu.&de casu decre.primæ.de præscriptio.coniuncto.c.placuit.ij.xvj.q.iij.per quæ duo capitula patet,quòd transcurso spatio trium annorum,& sex mensium,quibus præcessit admonitio, non habet episcopus negligens vlterius actionẽ ad recuperandá plebem,quæ ad suam cathedrã pertinebat,& ita sit verum debere, quòd semper acquiritur ipsi præscribenti exceptio excludens actionem.qua propter bene dicebatur superius,quòd primum quòd ponitur in descriptione pręscriptionis,est effectus, quem præscriptio efficit.& ille effectus est exceptio excludens actionem,vt est ostensum.Secundũ, quòd ponitur in eius descriptione,est causa,quæ præscriptionem inducit.& ista tangitur,cùm in dicta præscriptione additur:ex tempore substantiam capiens.Nam secundum istã clausulam videtur,quòd ipsum tempus sit causa inducens præscriptionẽ, quòd etiam videtur posse probari ratione.Illud nãq;,quòd expectat temporis determinationem, & temporis impletionem,videtur capere suã substantiam ex tẽpore.præscriptio est huiusmodi quia videmus,quòd præscriptio nulla esset nisi sit prima determinatio facta per legem.¶ Vlterius videmus, quòd † præscriptio non habet vim,nisi impleto illo tẽpore quod est per.l.determinatũ.quapropter bene dictum est, ꝙ expectat temporis determinationem,&temporis impletionem.ac per

consequens videtur, quòd ex tempore capiat suam substantiam. Ex quibus omnibus apparet, quòd diffinitio vel præscriptio superius data de præscriptione sit satis rationabilis: tum quia tangit effectum, quem præscriptio efficit: tum etiam, quia tāgit causam, quæ præscriptionem inducit. Oppo-
8 nit aūt † huic descriptioni, quòd sit diminuta, & insufficiēs propter tria. Primò, quia videtur prætendere, ꝙ tempus sit causa, ex qua præscriptio suam efficaciā capit, ꝙ potest esse factum nam cū tempus sit ius naturale, sequeretur, ꝙ præscriptio haberet causam naturalē, ac per cōsequens ipsa & sua virtus esset, quid naturale, & à natura ꝙ nullus diceret. Secūdò, quia prętermitit causam principalē, ex qua pręscriptio suā efficaciā capit. s. legū authoritatē. Tertiò, quia ꝑmittit causam finalē, propter quā fuit inuenta pręscriptio, quæ tñ causa finalis maximè debet accipi in definito vel descriptione cuiuscūq; rei eò ꝙ per eā maximè habet quęcūq; res innotescere & notificari. & ideo ꝓpter ista videtur dāda alia descriptio pręscriptiōis, quę talis sit, ꝙ tāgat modū: secundū quē tēpus ad descriptionē cōcurrit. Tāgat etiam causam efficiētē, quę ꝑscriptioni efficaciā tribuit. Tāgat insup cām finalē, propter quā ꝑscriptio adinuēta fuerit. ad q̃ tria explicāda videtur, ꝙ præscriptio sic possit diffiniri, vel descri-
9 bi. Pręscriptio, est ius † quoddā ex tpe cōgruēs, legū authoritate vim capiēs, pœnā negligētibus inferēs, & finē litibus imponēs. In hac igit descriptione tāgūtur illa tria, q̃ supius sunt ꝑfata. primò, cōgruū tēpus lege limitatū, sine q̃ limitatione inexcusabilis negligētia nō potuisset haberi. secūdò, legū authoritas ex tali negligētia præscriptionē inducēs: ꝑ quā saltē cōtra sic negligentem exceptionē parit in eius pœnā. Primū ibi: ius ex tpe congruēs. nō. n. tēps dat efficaciā, vt volebat prima descriptio: sed cōgruitatē secūdū legū authoritatē vim capiēs. & hoc dat efficaciā. Tertiò in eadē descriptione tāgitur cā finalis: propter quā ꝑscriptio est adinuēta. s. vt pœnā negligētibus inferret, & finē litibus imponeret: quēadmodū vsucapio. vt patet. ff. de vsu. l. j. dicitur. n. ibi ꝙ vsucapio est introducta, ne quarundā rerum dñia. diu & ferè semper incerta essent. Ex hoc autē sequitur dupliciter prędictus finis: quia rā vsucapio, quā etiā præscriptio diuina distinguēdo, pœnā negligentibus infligit, & finem litibus imponit. iste verò dupliciter finis tāgitur in tertia particula præfatæ descriptionis: cùm dicitur, ꝙ præscriptio, est ius pœnā negligentibus inferens, & finē litibus imponēs.
10 ¶ Subdit autē, ꝙ Papias † ponit tria significata de præscriptione, quæ prædictis bñ cōueniūt, & correspōdēt scilicet prædicere, cōtradicere, & diffinire. prædic. eñ, cùm tēpus statuit: cōtradicit repetēti, quod pręscriptū est. diffinit lites. Ex q̃bus omnibus appet, quid sit præscriptio. apparet etiā vlterius, quod diffinitio vel descriptio supius data de ea, sit bene assignata.
VIDENDVM est secundò, vtrum
11 † præscriptio sit cōtra ius naturæ? vbi sciendum ꝙ iur. periti videntur communiter dicere, ꝙ ipsa sit contra ius: quia cōtra naturalē æq̃tatē, vt dicūt.

& hæc

& hęc opinio manifestat no.de vsuca pione.quæ præscriptio est.ff.de vsu.l. j.in prima glo.&.xvj.qō.iij.quicunq; etiam.in glo.j.fundamentum autem dictæ opinionis sumitur ex regula: quæ habetur.ff.de re.iur.in iur.naturali.quam.s.vide sub litera.j.in fin.& hoc.eod.titu.locupletari.Constat autem, quòd in præscriptione fit præscribens locupletior cùm alterius detrimēto & iniuria:ac per consequens videtur, quòd præscriptio sit contra
12 ius naturę.His tamen non† obstantibus,tenet contrarium pro euidentiali, dicens inquirendum quid intelligatur per ius naturæ, & quid per ius legale. Sciendum ergo, quòd omne ius consistit in rectitudine quadam. nam ideò ius dictum est:vt habetur. j.distinct.ius generale.Iustitia autem non est aliud, quàm quædam rectitudo. ergo ius siue naturale siue legale,in quadam rectitudine consistit. intelligendum tamen,quòd quamuis ius naturale & ius legale sint distincta: non tamen eorum rectitudo est diuersa.imò est eadem rectitudo,aliter & aliter sumpta.Nam si bene consideremus ius legale,non addit super ius naturale aliam rectitudinem:sed specificat illam eandem. ita vt verum sit dicere, quòd ius legale est quædam specificatio naturalis rectitudinis expressiua.habet enim ius legale specificare & explificare naturalis iur.rectitudinem tripliciter,scilicet,quandoque eam de determinando per congruos modos.Quandoque verò eam applicando ad varios actus,quandoque eam declarando per quosdam euentus.Et quòd ita sit,apparet:si discutiamus per omnes istos tres modos.Exemplum de primo.Ius naturale vult delinquentem puniri. modos punitionis non determinat, quòd facit ius legale vtendo rectitudine iur.naturalis,scilicet secundum qualitatem delicti.Exemplum de secundo.rectitudo iur.naturalis est:nemini subtrahi,quod suum est.Ius legale distinguit actus ab illa rectitudine deuiantes scilicet actum furandi, & similes. vltra id ostendit quomodo vnus rapiendi,fœnerandi illorum actuum plus deuiat,à rectitudine iur.naturæ.& secundum id maiores& minores pœnas statuit,si per metum pœnarum præseruat in hominibus rectitudinem iuris naturalis.&sic non addit rectitudinem,& illam specificat.sic in scientijs speculatiuis,quę veritatem confusam & indeterminatam in generalibus principijs,specificant in specialibus conclusionibus: rectè sic per ius positiuum determinatur rectitudo iuris naturalis, confusa & indeterminata. Nunc ad propositum. videmus tertiò, quòd ius legale quandoque assumit rectitudinem iur.naturalis,& eam specificat declarando per quosdam euentus. verbi gratia. Assumit à iure naturali, quòd rectum est neminem cùm alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.non tamen potest haberi à dicto iure, vtrum sit possibilis aliquis euentus, vel casus,in quo quis possit locupletari cùm alterius detrimento, & sine eius iniuria? & ideo specificat posteà, & declarat intellectus dictæ regulæ in quibusdam casibus: In quibus

aliquis potest locupletari cùm alterius detrimento, & sine eius iniuria: sicut in prçscriptionibus & vsucapionibus, eò quòd in eis infertur alicui damnum. & tamen non irrogatur ei iniuria. Nam videmus manifestè, quòd ille contra quem currit praescriptio, quamuis patiatur damnum, non tamen patitur iniuriam: quia ipse propter suam negligentiam meretur pati damnum: & idcirco in tali casu quamuis videatur recedi ab intellectu, quòd regula praetendit secundum literam: non tamen receditur ab intellectu quem regula iuris habuit: nam si illa in omni casu ad literam seruaretur, à duobus alijs, quę sunt de iure naturae, expresse recederet. Et ꝙ ita sit, apparet. non enim potest dicta regula in omni casu ad literam seruari, nisi praescriptio & vsucapio tollantur. si autem praescriptio & vsucapio tolluntur, pactũ negligentię, quod est contra bonũ publicum, non punitur, & per consequens receditur ab illa regula iurę naturę, quę dicit, ꝙ rectum est pactũ puniri, & maximè pactum cõtra bonũ publicum, quod dat materiam litiũ & rixarum. Vlterius etiam, si vsucapio & praescriptio tollũtur, receditur ab alia regula iuris naturae: quae dicit, ꝙ bonum publicũ & commune est prçferendum cuicũq; bono speciali & proprio. in remotione autem praescriptionis & vsucapionis fit totum contrariũ praeligitur bonum propriũ illius, qui negligit repetere rem suã & dat materiã litiũ, & rixarum. & per cõsequẽs praemittitur bonũ cõe. quod cõsistit in pacifico cõitatis cõuictu: nã data materia litiũ & rixarũ, per remotionẽ prçscriptionis & vsucapionis cõuictus cõitatis pacificus perturbatur; & ideo propter omnia, hoc est notabiliter attendẽdũ, ꝙ ius naturale habet diuersas regulas, quę sunt intelligẽdae, ꝙ vna alteri nõ cõtrarietur: itaq; sunt seruandae, ꝙ cũ vna seruatur, cõtra aliã nõ eatur. ¶ Et

13 licet hoc satis appareat † per ea quae dicta sunt tñ possunt ad hoc alia duo exẽpla. Videmus enim ꝙ iure rectum est, quod depositũ reddatur: vt patet. j. di. ius naturale. & tñ gladius depositus furioso nõ reddetur. quia per id viciarẽtur regulae de nõ occidẽdo. & de pace inter homines seruãda. quorum vterq; ex restitutione posset violari in seipo, vt in alio. xxij. q. ij. ne quis arbitretur: & sic ꝑpter rectitudinẽ iur. legalis recedetur à litera iuris naturę ꝙ sequẽdo incideretur in culpã. & hoc facit circũstãtia eueniẽs, ex quibus omnibus appet ꝙ ius legale non addit super ius naturale quandã specialem & nouã rectitudinẽ: sed specificat & declarat illam eandẽ per quosdam casus. in quibus & si nõ seruetur rectitudo iuris naturalis secundum vnã regulã: seruatur tñ secundũ aliã. vt. s. ostensum est. Vel possumus dicere, ꝙ in talibus casibus licet nõ seruetur sensus, quẽ prętẽdit secũdũ literã: seruatur tñ, ꝙ eadẽ regula intẽdit secũdũ verã intelligẽtiã ꝑpter quę omnia videt̃ bñ dictũ illud, qđ. s. dicebat̃. s. ꝙ rectitudo iur. naturalis & legalis nõ est alia & alia: sed est vna, & eadẽ, aliter & aliter sumpta. Põt autem hoc totũ, qđ dictũ est confirmari per vnã legẽ, quę habetur. ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. dicit enim illa lex, quòd ius ciuile

ius ciuile est, quod nec in totum à iure naturali, vel à iure genti. recedit: nec per omnia ei seruit. Itaq; cùm vel addimus vel detrahimus iuri cõmuni, ius proprium.i.ciuile efficimus. Ex verbis autem istius l. statim apparet, quòd rectitudo iuris naturalis & legalis non est alia. sed vna & eadem aliter & aliter sumpta. nã si esset alia & alia, tunc ius legale esset certum ex sua propria rectitudine iur. naturalis: ac per consequens in totũ recederet à iure naturali: cuius contrariũ dicit lex prefata. Quapropter imaginari potest, quod ideò ius legale recedete nõ dicitur in totũ à iure naturali: quia ab eo sumit suam rectitudinem. Ideò verò dicitur non per om-
14 nia ei † seruire: quia illam rectitudinem videtur immutare: quandoque per additionem: quandoque per detractionem. Per additionem quidem, quãdo addit varios actus, ad quos habet applicari, vel congruos modos, per quos determinari. Per detractionem verò, quando aliquo casu videtur ei subtrahere rectitudinem secũdum vnam regulam: quã tamen sibi conseruat secũdum aliã: nec per hoc, quod dicitur, quòd eadem rectitudo vtriusque iuris, sequitur quod vtrũque ius sit idẽ: vel secundò, quòd ius naturale sit suijpsius mensura: quia quo ad primum quãuis rectitudo sit eadem: sunt tamen iura diuersa propter diuersas causas. Prima, quia illa vnica rectitudo habet duplicem vim dirigẽdi in humanis. Vna est indeterminata, quanrũ pertinet ad ius. naturale: alia distincta & determinata quãtũ pertinet ad ius legale: vt.s. dixi de puniendo delinquentẽ. & sic quòd aliter, & aliter sumpta, habet aliã & aliã vim directiuã. ergo create potest iuta distincta: qa ius nõ dicit rectitudinẽ absolutè: sed ꝑut habet vim directiuã in humanis. Secũda causa, quia rectitudo iuris naturalis omnib⁹ est no. sed iur. legalis paucis peritis, & sic respectu notitiæ sunt vni⁹ rectitudinis iura distincta. De secũdo etiã dicitur nõ incõueniẽs, ꝙ vnũ & idẽ diuersimodè sumptũ sit sui mẽsura. nã habẽs maiorẽ certitudinẽ vno modo, quã alio, est de ipso notius & certius. & sic suiipsi⁹ est mẽsura. Cũ ergo vt nũc dixi vno modo distinctius, quã alio, nullũ incõueniẽs, ꝙ diuerso respectu habeat rationẽ regulæ & mẽsuræ: Itẽ regulati & mẽsurati.
15 ¶ Declaratis ergo his † omnib⁹, quod prescriptio cõcordet iuri natur. ꝓbat rationib⁹. quarũ prima talis est illa. Iura quę habẽt eandẽ rectitudinẽ, vnũ eorũ nõ potest alteri contrariari. sed ius naturale & ius legale de prescriptionibus habẽt eandẽ rectitudinẽ. ergo &c. maior patet ꝑ se. minor verò apparet ex dictis. Secũda ratio ad idẽ, potest esse talis. Illud ius ꝙ habet cõgruã & rationabilẽ causam, cõcordat iuri naturali. sed ius de prescriptionibus est huiusmodi: ergo &c. minor verò satis no. quia quicquid est cõgruũ & rationabile, cõcordat naturali rationi, & per consequens naturali iuri. Minorẽ verò probo per id, ꝙ dicebatur superius in primo articulo, vbi ostẽdebatur, ꝙ lõgitudo determinati tẽporis à legibus probet cõgruã & rationabilẽ causam prescribẽdi. Tertia ratio ad idem, est talis. Illud ius

t 5

legale,quòd punit pactum negligentiæ:quod est cōtra bonū publicū. cōcordat iuri naturali. ius de præscriptione est huiusmodi:ergo &c.maior videtur no.qà regula iur.vera est, ꝙ peccās puniatur, & maximè cōtra bonū publicū. minor etiā apparet. quia ille,qui negligit repetere rē suā tam lōgo tēpore maximè peccat cōtra bonū bublicū:quia præbet materiā litiū & rixarū:qa nō possunt facilè terminari & per cōsequens de iure naturæ æquū est ꝙ puniatur.ius autē prescriptionis punit sic negligentes , vt patet in præscriptione superius data secūdo.Quarta ratio ad idē.est talis: ꝙ illud ius legale,quod imponit finē litibus, quæ nō videtur possibiles terminare,maximè cōcordet iuri naturali ius legale de præscrip.est huiusmodi & ergo &c.Maior videtur.not. quia bonū publicū maximè impeditur per lites,quæ nō facilè terminātur.& ideò aliud est legale ius, quod imponit finē litibus talib⁹ , maximè cōgruit bono publico, ac ꝑ cōsequēs maximè cōcordat iuri naturali. Minor etiā apparet , tū ex descriptione, quæ dicit,ꝙ est ius,ꝙ finē litibus im ponēs:tū etiā ex.l.illa seruis.all.ff. de vsuc.l.j.quę dicit,ꝙ vsucaptio est introducta propter bonū publicum , & pari ratione etiā prescriptio. Ex istis autē duabus rationibus apparet quod quāuis prescriptio videatur deuiare à iure naturæ,secundū illā regulā , quę dicit ꝙ nullus debet locupletari cū alterius detrimēto & iniuria, reuocatur tamē ad ius naturæ,secundū duas alias regulas:quarū vna dicit , ꝙ qui peccat, debet puniri. Alia verò dicit quòd debet finis litibus imponi:propter ꝙ etiā patet vlterius quomodo tollitur fundamentū cōtrarię opinionis,quā gl.tenent.nā licet sit æquum simpliciter neminē ditari cū alterius detrimēto,in tali tamē casu,quo currit prescriptio,nō est æquū:quia iretur cōtra duas alias regulas iuris na-
16 turalis.Nec† valet illud, quod inducebatur in contrariū.de l.hac lege.C. de pac.cō.quę dicere videtur,ꝙ aliud est bonū,aliud est æquū.quia non est intentio dictæ l.quod aliquid sit bonū,& nō sit æquū.Nā quanto aliquid recedit ab æquitate,tāto etiā recedit à bonitate. quapropter est dicta lex intelligenda hoc modo. s. quia aliud est,quod apparet bonū, secundū vnā regulā,quod tamē non apparet æquū secūdū aliā.vel potest dici animo ꝙ aliquid est quod apparet bonū,secundū aliquā regulam,iuxta verā intelligentiā,quod tamē nō apparet ęquū secundū eandem regulā intellectam apparentē ad literā. Intelligendū est tamen,quòd circa totū.quod dictum est.s.sic distinguere possumus : quòd
17 †præscriptionē cōcordare iuri naturæ , potest intelligi dupliciter. Vno modo,quòd ita cōcordet iure naturę, quòd sit directè ab eo exorta , & iste intellectus est fatuus:quia nulla tūc regula iure naturæ ei obuiaret aliquo:modo.cuius tamen contrariū est ostensum superius:quia obuiat ei illa regula iur.quæ dicit iure naturæ æquū est neminē cū alterius detrimēto & iniuria fieri locupletiorem.Ista enim regula obuiat prescriptioni,saltē quantū ad sensum,quē prætendit secundum literam.& hoc fortè,quod mouet

mouet iuristas ad dicendũ,quòd pręscriptio sit cõtra ius naturę:itelligũt esse cõtra ius eam.quòd si intelligãt eam esse cõtra ius naturæ, quia non directè est ab eo exorta,potest tolerari eorũ opinio : quãuis simpliciter loquẽdo,non sit bene dictũ:quia magis est verũ eã concordare iuri naturæ,quã esse contra ius:cõcordat enim iuri naturæ : iuxta intellectum, qui modò ponetur. Dico ergo, quòd secundo modo potest intelligi pręscriptionem cõcordare iuri naturæ: quia licet non sit directè ab eo exorta: est tamen ad ipsum indirectè reducta.& iste intellectus est verus:quia ostensum est.s.ꝙ licet præscriptio videatur directè deuiare à iur.naturæ secundũ vnam regulã:reducitur tamen ad ipsum indirectè per duas alias regulas.imò,quod plus est, ista reductio potest fieri secundũ vnã & eandem regulam, vt superius est ostensum.propter quæ omnia simpliciter debemus dicere,quod ipsa nõ sit cõtra ius naturæ:imò magis, quòd cõcordet iuri naturæ.& ita patet, quid sit dicendum quantum ad secundum articulum.Ioan.andræas.

TERTIO quærebatur, vtrum præscriptio iuris canonici, debuerit esse alia & distincta à præscriptione iuris ciuilis?Vbi sciendũ,ꝙ in isto articulo est aliquid certũ,& aliquid dubiũ.nam certũ est,quòd præscriptio, quæ currit secundũ ius canonicum, quia requirit bonã fidem in præscribente,vt in ista regula cũ concor. est alia à præscriptione,quæ currit secũdũ ius ciuile:quæ nõ requirit necessariò bonã fidẽ in pręscribẽte.vt patet. C.de præscri.xxx.an.l.j.& l.omnes. & l.cũ notissimi.aliud autẽ est dubiũ in isto articulo. s. vtrum ista diuersitas pręscriptionis inter dicta iura sit rationalis,siue vtrũ fuerit rationabiliter posita? Illud autẽ, quod facit hic aliquã difficultatẽ est, quòd si præscriptio malę fidei cõcordat æquitati iuris naturæ, videtur ꝙ ambo dicta iura debuerũt cõcordare in eam statuendo.Si verò dicta præscriptio sit iniqua,&cõtra æquitatẽ iuris naturę, videtur quòd nullũ ius legale debuerit eam statuere:& per cõsequens dicta præscriptio sicut nõ currit secũdũ iura cañ.ita etiã nõ curret secundum ciuilia.nec erit aliqua diuersitas inter dicta iura.Sciendũ ergo, quod dicta præscriptio considerata mẽte iur. ciuilis,eã statuẽtis est æqua:quia cõcordat æquitati iuris naturæ & alio modo cõsiderata mẽte præscribẽtis, est iniqua:quia ab eius ęquitate recedit.& ꝙ ita sit,apparet.Intẽdit enim

19 ius†ciuile per præscriptionẽ malę fidei duplicẽ finẽ.s.negligentes punire, & finẽ litibus imponere,& vterq; dictorũ finiũ iuri naturali cõcordat, vt superius fuit visum.& ideò ex ista parte meritò est dicẽda æqua & iusta talis præscriptio. Item not. præscribens per eandẽ præscriptionẽ intẽdit rem alienã vsurpare,ꝑpter quod meritò ex ista parte est dicẽda iniqua,& iniusta:quia discordat ab illa regula iuris naturæ,quæ dicit,Quod tibi nõ vis fieri,alteri non feceris.quæ regula in lege & in euangelio continetur. vj.in prin.decretorum.& hîc apparet, quod fuit causa, quod præscriptio malæ fidei, est à iure ciuili inducta.

Remanet

Remanet tamen dubium, quare ius cañ.in præd.præſcriptione à iure ciuili diſcordat. Sciendum ergo, quòd præſcriptio malæ fidei partim eſt à iure ciuili inducta:& de hoc nunc dictum eſt:partim permiſſa. ſ. conſiderata iniquitate præſcribentis.quo reſpectu eſt iniuſta,vt prædixi. nec eſt ſecundum id à iure ciuili inducta:ſed ſolũ permiſſa.quia ius ciuile & quodlibet aliud ius,quãuis non poſsit aliquid iniquũ & iniuſtũ inducere:illud tamen quandoque permittit, propter aliquod bonũ & iuſtũ,quod inde poteſt elicere.& quod ad ipſum tale ius magis ſpectat intẽdere,ſicut in propoſito.nã permittit,quod præſcriptio illius ex mala fide & æquitate procedat,vt pœnam duplicẽ per præfatum finem eliciat.Hoc autem non facit, quia ius ciuile cũ intendat pro vltimo fine cõſeruare ciuilem ſocietatẽ, cui fini maximè deſeruit negligẽtia, punitio,& litium terminatio:idcirco magis debet intendere ad hoc,vt negligentes puniat,& finẽ litibus imponat, quã vt iniquitatẽ præſcribentis corrigat,vel remoueat.nã magis ad ipſum ſpectat illius duplicis finis æquitas proſequenda, quã ipſi præſcibentis iniquitas corrigendam. Ex quibus omnibus apparet immediatè, quare in præſcriptione malę fidei ius cañ.à iure ciuili diſcordat.& aſsignat de hoc.iiij.rationes.Prima, quia iſta duo iura ſibi mutuo ſubueniũt cùm fuit fundata ſuper eodẽ iur.naturali. nã ſi vnũ eorũ alteri non ſubueniret, ſequeretur quòd vnũ eorũ in omnibus ſufficeret,& per cõſequens alterum ſuperflueret.Contingit enim ſæpe,ad vnũ.& eundem effectum vnũ eorum ſine altero non ſufficere.Verbi gratia:in puniẽdo clericũ tradẽdũ ad mortẽ,nõ ſufficit ius ciuile ſine cañ.quia nõ poteſt ipſum degradare. nec etiã ſufficit cañ.ſine ciuili. quia iudex canonicus non poteſt ipſum occidere.quapropter dicta iura ſibi mutuò ſubueniũt in dicto caſu: quia quodlibet eorũ exequitur illud,ꝙ ad ipſum pertinet.ita ergo ſuo modo eſt imaginandũ in præſcriptione malæ fidei.quia in ea eſt aliud iuſtũ, & ꝓſequendũ:& aliud iniuſtum,&prohibendũ.quæ duo ſatis patent per ſuperiora.hæc duo non poſſunt fieri per idẽ ius.& ideò oportet,quòd ſit aliud ius,quod dictã præſcriptionẽ propter illũ duplicem finẽ inſtituat: & aliud ius,quod eandẽ præſcriptionem propter malã fidem præſcribentis prohibeat:vt iſto modo dicta iura ſibi mutuò ſubuenient.nec erit contradictio inter ea: ſicut melius declarauit in quęſtione de vſuris.vbi oſtẽdit,quòd vnum non poteſt obſeruiare alteri per contradictionẽ:ſed per obmiſsionem.quia illud quod obmittitur ab vno,ſæpe aſſumebatur ab altero: ſicut vtiq; nunc eſt in propoſito.Nam quod mala fides pręſcribentis debeat præſcriptionem infringere,hoc à iure ciuili obmittitur: quia ad ipſum non ſpectat eam propter dictam cauſam infringere. Hoc autẽ à iure cañ. aſſumitur:quia ad ipſum ſpectat eam propter dictam cauſam infringere.& ideò non eſt contradictio,cũ ius ciuile dicit talẽ præſcriptionem æquã & iuſtã eſſe,ac per conſequens inſtituendam. Ius verò cañ.dicit eandem pręſcriptio

præscriptionem esse iniquam, & iniustam, ac per consequens prohibendam. quia sic dicendo non attendit ad eandem causam, nec ad eundem finem. vbi autem est contradictio, oportet quòd accipiatur secundum idem, & respectu eiusdem domini.

20 Ex his omnibus † possumus ad propositum formare vnam rationem talem. Illud quod est prohibendum, & à iure ciuili obmittetur, debet à iure cano. assumi. quia suprà ostensum est, quia dicta iura sibi mutuò subueniunt. sed præscriptio malæ fidei est prohibenda, quia iniqua & iniusta ex parte præscribentis, & sic eius prohibitio debet assumi à iure cano. ac per consequens à dicto casu vnum ius discordabit ab altero: nec tamen propter talem discordiã erit contradictio. vt suprà ostensum est. Secunda ratio ad idem, est talis. Illud quod sequitur legem Euangelicam, debet discordare ab omni eo, à quo discordat lex Euangelica: sed ius cano. sequitur legem Euangelicam, & ei subalternatur, quæ lex Euangelica à iure ciuili discordat in rectificando actum interiorem, sicut patet Michee, vbi dicitur: Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœcatus est in corde suo. Ius autem ciuile nititur solùm ad rectificandum actum exteriorem, qui est ad alterum, per quem posset ciuilis societas impediri. ergo & ius cano. debet in hoc discordare, seu potius superabundat à iure ciuili. quia debet vti ad rectificandum etiam actum interiorem, per quod posset à Deo deuiare, ac per consequens dicit præscriptionem malæ fidei penitus prohiberi, per quam actus interior obligatur. ex quo etiam relinquitur quòd in prædicto casu à iure ciuili discordat. Tertia ratio ad idem, est talis: Illa iura debent in præscriptione malæ fidei necessariò discordare, quorum vnum intendit conseruare iustitiam, propter litigia terminanda alterum verò econuerso, intendit terminare litigia propter iustitiam conseruandam. sed ius ciuile & cano. ita se habent, quia ciuile intendit conseruare iustitiam propter terminanda litigia. Nam suus finis principalis est conseruare ciuilem societatem: quæ conseruari non potest, nisi litigia terminentur: ius autem canonicum econuersò, intendit terminare litigia propter conseruandam iustitiam. Nam suus finis principalis est, ordinare in Deum & in legem Euangelicam, vt homo gloriam assequatur. Qui quidem ordo iudicium non haberet nisi iustitia conseruetur: vt per ea actus inferior, quo ordinatur iudex, regularetur. Hinc est, quòd vna regula iure can. dicit, quod vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquitur. eod. tit. qui scandalizauerit. quare relinquitur, quòd dicta duo iura debuerunt in præscriptione malæ fidei discordare, ponderato fine cuiusq;. qui patet per superiora. Quarta ratio ad idem, est talis: illa iura, quæ ita habent, quod vnum eorum ita intendit de foro litigij, quod finaliter remittit ad forũ conscientiæ: alterum verò consistit solum in foro litigij: non possunt in præscriptione malæ fidei cõcordare: quia

quia prædicta præſcriptio malæ fidei, ſecundum forum conſcientiæ, eſt damnanda: ſecundum verò forum litigij, inducenda.ſed ius cano. & ciuile ita ſe habent, quòd ius ciuile ſolũ ſiſtit in foro litigij, quòd eam finaliter remittit ad forum conſcientiæ,vt patet de pœ.& re.omnis. Ergo neceſſariò debuerũt in præſcriptione malæ fidei diſcordare:quanuis talis diſcordia non ſit contradictio, vt ſuperius oſtenſum eſt: quia non eſt reſpectu eiuſdem cauſæ vel eiuſdem finis.& ſic patet,quid ſit dicendum quantum ad iſtum articulum. quia præſcriptio iure cano. eſt alia. & debuit eſſe alia à præſcriptione iuris ciuilis. & hæc ſufficiãt quantum ad ipſum.

QVARTVM proponebatur:
21 vtrum in† præſcriptione acquiratur dominium? Ad cuius euidentiam eſt intelligendum quòd quantũ ad præſcriptionem malæ fidei, quæ currit ſpatio.xxx.annorum, nõ videtur eſſe aliqua diſcordia inter doctores iur. nam omnes concorditer dicũt, quòd in ea non acquiritur dominium, ſed ſola exceptio: quia ſi in ea acquireretur dominium, tunc nõ ſolùm fuiſſet inducta in odium negligentium, ſed etiam in fauorem malæ fidei poſſidentium. Eius contrarium apparet. xvj.quæſtione.iij.§.poteſt.

De præſcriptione bonæ fidei, videntur quãplures adinuicem diſcordare.nam quidam antiqui doctores iur.dicunt, quòd in præſcriptione bonæ fidei habeat quaſi dominium inutile, & non directum dominium. quod probant per illum textum, qui habetur de præſcriptionibus triginta, vel quadraginta annorum. l. ſi quis emptionis. in principio.& ſecundo reſpon.& ff.de iureiurand. ſi duo. §.iul.ibi enim dicitur, quòd præſcribens habet vtilem actionem in rem, & habet exceptionem contra dominium, Si autem præſcribens habet exceptionem cõtra dominium. ergo dominus contra quem fuit præſcriptum, habebit actionem:quia excep-
22 tio† non habet locum, niſi vbi eſt poſsibilis actio. Eſt enim exceptio, actionis excluſio:vt patet. ff. de exceptioni.l.ij.ſi autem dominus contra quem eſt præſcriptum habet actionem, non poteſt habere niſi directam: quia actionem vtilem habet ipſe præſcribens ratione vtilis dominij.& duo non poſſunt eſſe ſimul domini inſolidum,vno reſpectu:vt patet.ff.commo.l.ſi.ſi vt certo.§. ſi duo-
23 bus.Si ergo† actio directa ac per conſequens dominium directum remanſit apud illum,contra quem eſt præſcriptum:relinquitur, quod ipſe præſcribens acquiſiuerit per præſcriptionem ſolam actionem vtilem, ac per conſequens ſolum dominium vtile. & hanc opinionem ſequuntur quamplures moder. doctores iur. de hoc aliquid not.xvj.q.iij. in ſi.ſummæ. & c.quicunque in j.glo.& §. poteſt. per Ho. in ſum. de præſcriptione rerum imo.in vlti.colum.ſed hæc opinio videtur dubia & rationabilis, propter tria.Primò,quia homo nõ eſt dominus rerum exteriorum,niſi pro quanto poſſunt venire ad ſuum vſum, & vtilitatem hominis,ſecundum ipſius arbitrium & voluntatem.& ideo vi-

demus,

demus, quod illæ res quæ nunquam possunt venire in vsum & vtilitatem hominis, secundum ipsius arbitrium & voluntatem, nunquam possunt cadere sub eius dominio: sicut patet de corporibus cælestibus. Videmus vlterius, quod si aliquæ res aptæ natæ caderēt sub vsu & vtilitate hominis, & tamen nunc compertum non est, quod venerũt in vsum & vtilitatem alicuius, eo ipso ab ipsa lege discernuntur esse nullius, & naturali ratione conceduntur, & subijciuntur dominio primi occupantis: vt patet. ff. de acquiren. re. dom. l. j. §. quod enim nullius. Hoc ideò videtur contingere, quod dominium quod habet homo in exterioribus, prouenit ex earum vsu & vtilitate: constat autem quod ille, contra quem processit præscriptio bonæ fidei, nullo modo potest assumere rem prescriptam in suũ vsum & vtilitatem. ergo nullo modo dominus. ac per consequens non remansit apud eum directum dominium. sic dicebat præfata opinio. Secũdò patet hoc idem: quia videmus, quòd præscribens aliquam rem bona fide, potest transferre dominium directum ipsius ad alium, vtpote si vendat rem alienam alicui domino, & posteà recipiat eam in feudum ab eo, dicitur transtulisse dictam rem in illum dominum, quantum ad directum dominium: & eam sibi præscripsisse, quantum ad dominium vtile. Constat autem quod vnusquisque homo tale dominium de re quacunque ad alium transfert, qualem apud se habet: vt patet. ff. de acquir. rer. do. l. traditio. Si ergo præscribens tale dominium transferre potuit, videtur quod ipsum apud se habuit, ac per consequens dictum tale dominium per præscriptionem acquisierit. Tertiò patet hoc idem: quia videmus, quòd ille qui habet solum dominiũ vtile, & non habet dominium totale vtile, & ideò semper exhibet aliquid domino directo: vtpote vel partem vtilitatis, vel homagium, vel quid tale, per ꝙ tale datur intelligi, quòd ipse non est dominus directus: sed ille, cui fit illa exhibitio, vel recognitio, ac per consequens eoipso, quòd ille qui habet solum vtile dominiũ, recognoscit alium dominum, videtur ipse tale non habere dominium. Si ergo prescribens bona fide acquisiuisset per præscriptionem solùm dominium vtile, non haberet totale dominium: sed necessariò recognosceret alium dominum, puta ilium, contra quem præscripsit, quod patet euidenter esse falsum.

24 Ad rationē † verò ipsius opinionis potest responderi, quòd exceptio est facti, & quod hoc casu elidit actionem & intētionem agentis, & facit quod not. supra eod. lib. de lit. contest. c. j. in fi. in glo. & ideo est alia opinio quorundam doctorum dicentium: quòd in præscriptione acquiratur non solùm do-

25 minium † vtile, sed directum. quod probant per textum plurium legum in quibus habetur, quod præscribens bona fide spatio. xxx. annor. efficitur dominus, si ante præscriptionem acquireretur solùm dominium vtile, non diceretur præscribens effici dominus cum quadam determinatione adiuncta, & diminutione. Confirmatur hoc

tur hoc idem per tres rationes præcipuè. Prima est, quòd fortior est possessio in rebus immobilibus, quæ acquiruntur per præscriptionem, quam in rebus mobilibus, quæ acquiruntur per vsucapionem. sed per vsucapionem acquiritur non solùm dominium vtile: sed etiam directum. ergo multo magis debet hoc idem acquiri per præscriptionem. Secunda ratio ad idem, est talis: quia si præscriptio non acquireret dominium directũ, non videretur quod dominium directum esset in præscriptibile. quòd patet esse falsum. nam & ipsa iura principalia, de quibus minus videtur, cũ sint ossibus nostris infixa præscribũtur spatio. xxx. an. vt patet. ff. pro socio. l. iiij. & ff. de pecul. l. si quis. & l. ergo. & C. de præscrip. xxx. vel xl. an. l. sicut. Tertia ratio ad idem, est talis:
26 quia ille, qui † tacuit tanto tempore, præsumitur consentire. ff. de ver. sig. l. alienationis verbum. constat autem quod per consensum transfertur vtile dominium & directum. vt insti. de rerum. di. §. per traditionẽ. ac per consequens videtur, quòd per tempus præscriptionis acquiratur vtrunq; dominium: scilicet tam vtilæ, quam directum. hæc autem opinio non videtur rationabilis propter
27 duo. Primò, quia † videtur ponere, quod in præscriptione acquiratur necessariò dominium directum: quemadmodum in vsucap. cuius contrarium euidenter apparet. nam videmus, quod posset aliquis præscribere contra feudatarium, non præscribendo contra dominum feudi: in quo casu acquiretur per præscriptionem solum dominium vtile, & non directũ. & econuersò. Secundò, nõ videtur rationabilis: quia non conuenienter distinguit inter dominium directum & vtile, quasi duo distincta. cuius oppositum statim opponetur. & quantũ ad istam partem prima opinio videtur defecisse, sicut & ista. propter quę omnia videtur esse aliter procedendum in isto. Sciendum † ergo quod 28
dominium directum & dominium vtile, quandoq; distinguuntur, sicut duo diuersa iura: quandoque verò sicut duo diuersi modi habendi, idem dominium. debemus ergo imaginari, quòd vtile & directum quandoq; capiunt dispositionem penes alium & alium modum vtendi: quandoque verò penes alium & alium modum habendi. primum patet, quod videmus. pro alio nomine vtitur re feudata feudatarius, qui colit, & fructum recipit, quam dominus, qui recipit seruitium sine labore. & ita suo modo dicendũ est de hypotheca & principali dominio In tali ergo casu dominium directum & vtile distinguitur penes alium, & alium modum vtendi. quandoque verò distinguitur penes alium & alium modum habendi, siue penes alium & alium modũ acquirendi id dominium. debemus namque supponere, quòd acquisitio dominij est à iur. gentium: vt patet. ff. de inst. & iur. l. ex hoc iur. Ius autem gentium soli homini competit, & est quædã ratio naturalis, quæ fit homini propria est, quæ tamen hominibus omnibus est collata. quæ quidem rationalis est quasi quædam lex tacita: vt patet. ff. de bo. dam. l.

cum

cùm ratio. Est inquam lex tacita, quia in corde hominis diuinitus & naturaliter scripta, & nō mādato ipsius prætoris exteriùs promulgata. Huius ergo legis & huius iur. naturali æquitati oportet ꝙ omnis dominij acquisitio innitatur, quandoque indirectè. ver. gratia de vtroque. Si enim occupemus aliquam rem penitus derelictam, vel qui nunquam extitit alicuius acquisitio dominij in illa re directè cōcordat & innititur iuri naturali: vt patet per illam legem superius allegatā. ff. de acqui. re. do. l. j. §. quod enim nullius. nā dicitur in illa. l. quòd illa res, quæ nullius est, naturali ratione occupanti cōceditur, ac per consequēs acquisitio dominij in illa re naturali rationi directè innititur: quia nulla est regula iur. naturalis, siue rationis naturalis, quę acquisitioni huius dominij valeat obuiare. Idem per omnia, si acquiramus dominiū in aliqua re per liberam traditionē illius, cuius est illa res. & hoc etiam potest haberi. ff. de acqui. re. do. l. qua ratione. §. hoc quoq;. vbi dicitur, quòd illæ res, quę per traditionem iur. fiunt, iure gentium nobis acquiruntur: cuius ratio redditur in sequenti §. vbi dicitur, quòd nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini nolentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. Patet ergò ex his duobus exemplis, quomodo acquisitio dominij in aliqua re quādoque innititur æquitati iur. naturalis directè. Restat videre de indirecta.
29 euenit enim quandoque, quòd † acquirimus dominium in aliqua parte per exactionem illius rei à debitore nostro nomine pœnæ: quia iura ciuilia volunt, ꝙ id, quod exigitur à debitore nomine pœnæ, lucro debet cedere creditoris. vt patet. ff. de sol. & libera. l. id quod pœnę acquisitio ergo dominij isto modo innititur, & concordat æquitati iur. naturalis. non quidē directè, vt patet ex duobus. primò, quia illud cōcor. æquitati iur. naturalis obuiare: nunc autē huic acquisitioni dominij obuiat illa regula iur. quę. s. fuit allegata. in secundo articulo, & habetur. eo. tit. locupletari cū concor. quia fit cū iactura debitoris. & sic deuiat ab æquitatē iur. naturalis. quia dicta regula ei obuiat euidenter reuocatur tamen ad eiusdē iur. naturalis æquitatē, per aliam regulam, quæ dicit, ꝙ pro quolibet peccato debet pœna exigi, vt nullum malum remaneat impunitum. Ex quibus omnibus apparet, quòd acquisitio dominij in isto casu concordat ęquitati iuris naturæ: non quidem totaliter ac per consequens, non directè, sed indirectè: quia non cōcordat directè æquitati, quasi directè originē ab ea trahēdo: imò quasi indirectè ad eum redeundo. Secundò patet hoc idem: quia acquisitio illius dominij, quæ totaliter & directè innititur æquitati iur. naturæ, habet efficaciā suam & vigorem sine cōmuni fauore iur. legalis. vt patet in acquisitione dominij sumpta primò modo. nam dato, ꝙ nullum esset ius legale, adhuc primus modus acquirēdi dominium habet locum. secūdus verò modus acquirendi dominium, qui immediatè est dictus, non habet efficaciam & vigorem: nisi supposito fauore iur. legalis. sed per quādam reductionem

indirectam:quam reductionem facit ius legale.quia ad ipsum spectat naturalis iur.regulas concordare:vt potest patere ex his,quę dicta sunt in secundo articulo.& ideò talis modus acquirendi dominiũ,locum nõ haberet:sed ius ciuile nõ esset.apparet igitur ex omnibus his propositũ.Sciendum est tamen,ꝙ licet sint † duo mo
30 di acquirendi:tamen idẽ est dominiũ per quodcunq; illorum acquisitũ.eundem enim modum & vsum vtẽdi habet vterque acquirens.& sic patet illud,quod superius dicebatur, scilicet quòd dominiũ directũ & vtile quandoque distinguitur penes aliũ,& aliũ modum vtendi.& tunc sufficiunt duo particularia & distincta dominia. quandoque verò penes aliũ & alium modũ habendi & acquirendi, & tunc sunt vnum dominiũ sibi posibile ac quiri,per præfatos duos modos.¶ Sciẽ
31 dũ vlterius,ꝙ ex † processu superius habito,possumus colligere duplicem rationem,quare dominium directum dicatur ossibus nostris infixũ,& à nobis inseparabile.vt habetur.ff.pro socio.l.iij.& ff.de pecul. si quis ergo. Vna quidem ratio est,quia tale dominium directè innititur iuri naturali siue rationi naturali, vt patet ex dictis.Ratio autem generalis est cordi nostro infixa,& à nobis inseparabilis vt ait Augu.ij.confes.sic innuens:lex inquam scripta in cordibus hominũ, quod nec nulla quidem delet iniquitas.dominiũ ergo directum dicitur ossibus infixum, quia innititur illi iuri, quod nobis est infixum,& à nobis inseparabile.Secunda ratio est,quia ius naturale est fortius & efficacius,quã sit ius legale.& naturalis ratio fortior & efficacior,quam sit humana voluntas. omne ergo illud,quod est vnitum naturali iur.& naturali ratione,non potest à nobis separari iur.legali & humana volũtate.Dominium ergo directum est nobis vnitum naturali iur. & naturali ratione. ergo non poterit à nobis separari per ius legale,vel humanam voluntatem:ac per consequẽs dicetur rationabiliter ossibus nostris infixũ:& à nobis inseparabile.His ergo omnibus declaratis facilè expeditur,ꝙ quærebatur in hoc articulo,vtrum præscriptione acquiritur dominiũ.Dicendum itaque
32 † est, ꝙ in ea & per eam vno modo acquiritur dominiũ vtile,& directũ, & alio modo tantũ dominium vtile, & non directũ.pro naui si capiamus dominium vtile & directũ,prout distinguitur ex modo vtendi,pręscribẽs rem simpliciter,habet omnem modum vtendi:& tũc sufficiunt duo particularia,& distincta dominia.quandoq; verò penes alium & alium modum habendi & acquirendi. & tunc sunt vnum dominium sibi posibile acquiri.ergo habet vtrũq; dominium vtile & directũ.aliàs non haberet dominium totale,sed partiale.sed recipiendo directum,quod directè descendit à iure naturali,tale directum nõ habetur per præscriptionem:sicut habetur in re illius occupata,vel à vero domino tradita.illis enim assistit naturalis ęquitas,& huic resistit:cùm ad illam indirectè reducitur: vt est dictum. Formabat autem super his duas rationes: quarum prima erat: Per id acquirimus dominium. vtile & dire

& directum.primo modo per hoc habemus totalem vsum & vtilitatē de re præscripta.sed per præscriptionem id euenit.ergo &c.Secunda:Illud dominium acquiritur indirectè, quod ab æquitate iur.naturæ non directè exoritur,cùm ad illam indirectè inducitur:sed dominium per præscriptionē acquisitum est tale:ergo &c. prolixè etiam prosequitur istas,quod obmitto.

33 QVINTVM † erat,vtrum præscribens mala fide, deberet censeri cum raptore,vel in qua specie peccati sit locandus?Ad huius ergo quæsiti euidentiam est primò attendendum, quæ differentia sit inter furtum,& ra
34 pinam & vsuram.Sciendum † igitur, quòd præfata tria se habent per ordinem,furtum se habet in plus, quàm rapina:& rapina plus,quàm vsura.nō debentur.Consideranti patebit,quòd de ratiōe furti sunt duo,scilicet quòd per ipsum vsurpetur res aliena. & hoc est primum.Secundum est,quòd dicta vsurpatio sit occulta. per primum autem istorum duorum ratio furti extenditur ad rapinam. deci-quarta quæstione.v.pœnale.per secundùm verò distinguitur ab ea.facit suprà.de fur.c.ij.de ratiōe autem rapinæ sunt tria.primū est, quòd per ipsam vsurpetur res aliena& pœna hìc tollatur sub furto.Secundū est,ꝙ dicta vsurpatio sit manifesta & per hoc ratio rapinæ distinguitur à furto & extenditur ad vsuram.xiiij.q.iiij.si quis vsuram accipit,rapinā facit.Tertium est,ꝙ illa vsurpatio sit penitus violēta.& ꝑ hoc distinguitur ab vsura.De ratione autē vsuræ sunt tria. Primū est,ꝙ per ipsam vsurpetur res aliena.Secundum est,ꝙ vsurpatio est manifesta.Tertium est,ꝙ illa vsurpatio fiat per cōsensum coactū,& extortum,ratione mutui:quo soluēs timet carere,ac per cōsequens,nec penitus voluntaria,nec penitus violēta.xv.q.j.meritò quæritur.& per hoc distinguitur à rapina.Visis autē his,possumus faciliter respōdere ad illud,quod in illo articulo est quæsitū:nam cùm quæritur vtrum præscribens mala fide debeat censeri cum fure,vel cum
35 † raptore,vel ī qua alia specie peccati sit locādus,apparet ꝙ volendo loquī propriè nō potest censeri cum fure, nec etiam cum raptore.quia peccatū furis,vel latronis vel raptoris consistit principaliter in rei alienæ vsurpatione,& non in rei alienæ detētione. nam dato,quòd fur vel raptor in ipso actu vsurpationis deprehendatur,furis vel raptoris nomine censebitur: & vterq; eorum tanquàm vel raptor à iudice punietur:non obstante,quòd in re aliena habuerit solum actum in debito vsurpationis, & nullum actum adhuc indebiti vsus vel detentionis. ipsa verò rei alienæ detentio, magis concurrit ibi,vt circunstantia aggrauans pactum. & ideò videmus,quod quanto maiori tempore res aliena ab eis detinetur,tanto plus à legibus punitur.

¶ Quapropter apparet immediatè, quòd præscribens malæ fidei,non potest propriè & directè censeri cum fure vel raptore quia pactum ipsius totaliter vel saltem principaliter in rei alienæ detentione consistit. nam dato quòd à principio possessionis

bonam fidem haberet:si tamẽ posteà ante tẽpus finitæ præscriptionis mala fides adueniat,possessor & præscriptor malæ fidei est cẽsendus:nec eius præscriptio curret,secundũ iura cañ. licet secus,secundũ iura ciuilia:vt patuit in tertio articulo. Illud ergo, quod est solum circunstantia aggrauans peccatum in fure & raptore,scilicet,rei alienę detentio,ipsa quidem est peccatum constituẽs in malę fidei possessore & præscriptore. Ex quo etiam apparet vlterius,ꝙ non debet per legem pœna infligi pręscriptoribus malę fidei,quemadmodũ furibus & raptoribus.nam leges furibus & raptoribus pœnam infligunt:quia eorũ peccatum non solùm inficit conscientiam:sed etiam lædit rempublicam. Ad cuius conseruationem totus conatus.l.insistit.si enim fures & raptores non punirentur, ciuilis societas passim totaliter tolleretur.quod pauci vel nulli possent rem suã pacificè possidere.peccatum autem possidentium & præscribentiũ mala fide quãuis conscientiam inficiat:rem tamen publicam nõ commaculat:quòd nullius hominis pax & possessio perturbantur:nam etiam & ille qui propter præscriptionem rei suæ perditæ turbatur,non dicit contra illum, qui præscripsit:quia perditio suæ rei magis debet ascribi suo proprio defectui,ex eo quòd rem suam repetere neglexerit:quam defectui,& peccato ipsius possidẽtis mala fide,& idcirco
36 †pro tali peccato nõ debet pœna infligi:imò debet diuinæ prouidentiæ puniẽdũ relinqui:quia & multa sunt talia peccata,quæ lex humana dimittit & diuinę prouidẽtię punienda relinquit,testante.b.Aug.in j.lib.de libero arbitrio.arg.vbi sic ait:Lex ista, quæ regendis ciuitatibus fertur,multa cõcedit & impunita relinquit,quæ per diuinam prouidentiam vindicantur.Intelligendum †tamen vlterius, 37
quòd quamuis mala fide possidens, vel præscribens, non possit propriè & directè censeri cum fure, vel cum raptore, interpretatur tamen & indirectè potest,& debet censeri cum vtroque.& si rem publicam nõ lędit, sicut fur,vel raptor: ad exteriorem suam tamẽ conscientiam non minus corã Deo inficit.nã veraciter est fur & raptor,quantum ad interiorem effectum:licet non quantũ ad exteriorem.attamen & iuxta istũ sensum videtur loqui.xiiij.q.v.si quid inuenisti & nõ reddidisti,rapuisti&c.ille enim qui inuenit alienam,& eã non reddidit,licet nõ sit raptor directè,& propriè quantum ad actum exteriorem, quia rem alienam non videtur per violentiam vsurpare:est tamen raptor interpretatiuè, & indirectè quantum ad actum interiorem: quia rem alienam ad modum raptoris sibi appetit vendicare.& ita coram Deo ita habet infectam conscientiam,sicut raptor:quia Deus plus ad effectum respicit,quam ad actum,& hoc est,quod dicitur in eodem decreto ibidem:Qui alienũ.inquit,negat, si posset,etiam tolleret. Deus enim cor interrogat,& non manum.Cõcludo ergo quantum ad illud,quod in isto articulo principaliter est quæsitum, quòd præscribens mala fide, quamuis propriè & directè non possit locari

locari in eadem ſpecie peccati cum fure,& raptore interpretatiuè:tamen &indirectè debet in eandē ſpeciē peccati cùm eis locari.Et ex hoc apparet immediatè,quòd præſcribens mala fide quantum ad peccatum conſcientiæ,æquipollet furi & raptori: & per conſequens indiget ſuam conſcientiam rectificare & purgare,quemadmodum fur vel raptor.ſed fur & raptor, non poſſunt ſuam conſcientiam purgare & ratificare,niſi per reſtitutionem: quia non dimittitur peccatum,&c.ergo eodem modo præſcribens mala fide non poterit ſuam conſcientiam rectificare & purgare,niſi
38 per reſtitutionē.Ex hoc apparet† immediatè reſponſio ad quæſtionē principalem.nam ſi pręſcribens mala fide tenetur ad reſtitutioem,quemadmodum fur & raptor,vt nunc oſtenſum eſt,relinquitur neceſſariò,quòd ſicut fur vel raptor non poteſt tenere vel defendere furtum vel rapinam cōtra illum,cui furatus eſt ſine peccato,& ita etiam nec ipſe præſcribēs mala fide, poteſt tenere vel defendere rem præſcriptam ſine peccato contra illum,cuius fuit res illa præſcripta.Ad argumentum autem cōtrariū reſpondebitur in fin.ſequentis articuli.

SEXTÒ.quærebatur,vtrum ma-
39 la fides† adueniēs præſcriptione completa,tollat ipſam præſcriptionem.& vtrum obliget præſcribentem ad reſtitutionem quemadmodum mala fides proueniens. Ad hoc autem communiter reſpōdent iuriſtæ,quòd non propter tria.Primò,quia primò ſi cōpleatur præſcriptio bona fide durante, tutus videtur reddi præſcribens non ſolùm ſecundum ius ciuile, ſed etiam ſecundum ius canoñ. vt patet extrà,de præſcript.de quarta, &.c.ad aures.xvj.q.iij.c.j.&.ij.&.iij.&.c.dilecto.Secundò probatur hoc idem.quia ſi compleatur præſcriptio bona fide durante,iam factum eſt meum,quòd erat alienū vtriuſq; iur. authoritate, nō obſtante quacunq; mala fide poſteà ſuperueniente. hoc ſic ſuppoſito, patet talem ad reſtitutionem non teneri.Tertiò probatur hoc idem,quòd nullus tenetur reſtituere illud, quod poſsidet iuſtè & bene: ſed ipſe præſcribens poſsidet rem præſcriptam iuſtè & bene, non obſtante mala fide ſuperueniente. ergo eam reſtituere non tenetur.maior eſt euidens,minor probatur:quia illud,quod habetur de iure, poſsidetur iuſtè & bene,ac per conſequens,non eſt alienum,vt patet xiiij.q.iiij.quid dicam.Ipſe autem pręſcribens habet & poſsidet rem præſcriptā.de iur.ergo iuſtè & bene.&ita non videtur poſsidere rem alienā,ſed ſuam,ac per cōſequens non teneri ad reſtitutionē.Iſtis tamen non obſtantibus,ſecundū fratrem Gerardum dicendū eſt,ꝙ tenetur,qui ſic pręſcripſit in foro cōſcientiæ reſtituere rem pręſcriptā,Et ad ſuperiores rationes reſpondet,quòd & ſi concludant in foro contentioſo,non tamē concludunt in foro cōſcientię,de quod nunc agitur. Nec obſtat,quod dictū fuit in iij.articulo,ī fi.ꝙ ius cano.intēdit ad vtrūq; forum litigij.ſ.& cōſcientiæ:& ſic in vtroq; poteſt quem facere tutū.quia illud verum ſecundum eum in his, quæ ad vtrunque forum reduci poſſunt.ſed in illis,quæ non poſſunt re

duci forũ ad litigij, vt in casu nostro, relinquit eos Deo sentẽtiandos in foro conscientiæ. Poterat enim exemplum ponere de occultis.xxxij.distin. erubescãt. Probat autem solutionem suam tribus rationibus.quarum mentem solam assumam.fundatur autem prima super hoc, quod contra intentionem iur.dantis efficaciam pręscriptio bonæ fidei esset, si superueniens mala fides non noceret præscribenti. quia secundum id mala fides esset fauorata à præcedẽti præscriptione. Cuius contrarium statuens intendebat. scilicet quòd ejus cursus nullum fauorem præberet malæ fidei. ergo nec tunc nec pòst fauere poterit.inducere poterat.j.q.j.eos.in fi.&.q.iij.si quis abiecerit.&.c.fi. Secunda ratio, nihil

40 consistit, bona †fides est fundamentum præscriptionis, & illi dat efficaciam.cessante autem fundamento, etiam post præscriptionem, & ipsius effectus, inducere poterat sic esse in domo materiali iam completa.dicit autem, quòd licet pręscriptio compleuerit cursum suum: tamen quo ad dominium acquisitum eget illo fundamento, pro toto tempore durationis, vt sicut acquisitio sic & duratio conueniant iuri naturali & rationi. Tertia vult ratio, quòd

41 †cùm semper veritas sit erroris correctiua.correcta si de erronea per superuenientẽ fidem veram, omne sequutum ex illa erronea, est etiam corrigendum, & sic pręscriptum mutabitur in non pręscriptum.per quod restituere cõpelletur, secundum fra. Gerardum. Ponderatis, quæ.j.dicam, perpendes, quòd nimis pertinax fuit in hac opinione: tamen ad hanc partem ad tres suas rationes adducuntur potissimè tres textus. s. c. si virgo.xxxiiij.quęst.ij.c.vigilanti.de præscrip.& regula peccati, quæ sequitur illa, quę allegãtur in contrarium. vide not.in præ.c.vigilãti.vbi etiam not.tres opiniones quarum prima dicitur theologorum, ꝙ teneatur.secunda iuristarum, ꝙ non teneatur.tertia, aliam distinguentis causam lucratiuam à non lucratiua.quam distinctionem dicit Host.tollit per dec.apostolicę.de don.ver.vnde cùm grauem & C.de præscrip.lon.tem.l.pe.vt dixi in prin.quęstionis, articulus iste satis est certus. Ideo no.xiiij.q.vj.si res bene.in præ.c.vigilanti.&.e.ti.e.fi.in prin.vlt. gl.omnes summistę. Ray.s.in sum.de præscrip.ver.item pone, quòd est completa. Gof.eo.tit.in fi. Host.ibi plenè super rubrica de præscrip.rerum immo.§.quæ exigantur sub.§.verũ.quicquid.versic.sed quid si iam completẽ. Ray.autem sic dicebat: si habet præscribens conscientiam remordẽtẽ, satisfaciat conscientiæ: si dicit se de peritorum consilio conscientiam non habere, vel si quam habuit post præscriptionem completã, dicit se illam ad prædictorum consilium deposuisse: consulit adhuc eligẽdam tutiorem viã.vt.s.restituat propter duplicitatis ambiguum, & maximè, quia non facilè omnia, quæ debent in præscriptione, concurrunt, si non acquiescit, non audet illum ponere inter saluandos per superiores rationes, nec inter damnandos per iura contraria, maximè quia per vniuersum, quo se extendit potestas ecclesiæ, si seruari videtur. Goff. autem vbi.s̄.dicit opinionem theologorum

theologorum esse consilium, & necessario non sequendum.xiiij.quæs.j. quod præcipitur.Ho.vbi.s.deridet opinionem contrariã.tenet tamen quòd si conscientia remordet,nec informatur ad dictum peritorum, sequenda est,licet erronea.de sen.ex.inquisitionem.de simo.per tuas.ij.dicit tamen illum non theologum,sed scrupulosum timentem,quod timendum non est.de simo.& si quæstiones cum concor.dicit autem de illis non esse ponderandum,quòd præscribens iur.authoritate dominium acquisiuit.Inducit etiam Leuiti. xxv.circa medium, vbi præscribitur. vendenti domum intra vrbem, quam redimere poterat infrà annum. quòd anno elapso non poterit etiam in anno iubileo, quo regulariter venditio reuertebatur,ad pristinum dominium.& vt dicit fallum est, quòd præscriptionem completam habeat præscribens conscientiam rei alienæ,cùm illa sit sua. &sic soluitur cõtraria.Inducit etiam.
42 quòd propter † necessitatem famis rem alienam occupare licet.s.de furt. si quis per necessitatem. & equum possum alieno pabulo reficere. per constitu. Federici.de pace.c.vltim.& rem alienam per donationem principis licitè tenere. ff. ad l.Rhod.de iac. deprecatio. & de euict.l.Lucius. Item scias,quòd hanc opinionem iuristarum tenuit etiam Thomas in suo.xiij.articulo vj. vbi cùm tractaret principalem quæstionem huius thematis de præscribente cum mala fide, dixit vt suprà ad restitutionem teneri, subdens sic:sed qui bona fide scripsit,ad restitutionem nõ tenetur.

sciat post præscriptionem illud fuisse alienum.hoc ponit,& nil plus.Damasus in quæstione sua. ij. de præscrip.nil elegit.sed dixit thologos dicere,quòd tenent iuristas dicere con-
43 trarium.Concludo† igitur,quòd opinionem,quod restituere non tenetur, tenet Io.&.B.vbi.s. Tam.& Vinc.in dec.vigilanti.Innocen.in dec.vlti.de præscript. Goff.& Thomas. vbi.s.& hos sequor. saluo, quòd post Ray.& Hos.dixi de conscientia remordente. Vltra superiora induco consensum saltem fictum illius,contra quem præscribebatur. per l. alienationis verbum.ff.de verbo.signifi.& vide quod dixi supra.iiij.articulo ver.tertia ratio. ad idem est.facit regula:qui tacet.eo.titu.cum concor.sicut assentit sententiæ, qui infra tempus limitatum negligit appellare:de re iudica. quod ad consultationem.& certè fortiter facit hic ratio, saltem quando domino rei sciente res ipsa præscribitur.Secundò induco de præscriptione.de quarta.&.c.ad aures &.c.audi-
44 tis.& apertius dec.primam † eod.titu.lib.vj.per quæ iura probatur rem, quæ de iure communi spectat ad eum,contra quem præscribitur,præscribi spatio.xl.an.cum aliquali titulo, vel sine titulo,per tempus, cuius non est memoria. per quod concludo ad opinionem contrariam hęc iura fore delenda. Certissimum enim est,quòd eo casu completa præscriptione constat præscribenri ad alium pertinuisse rem, quam præscripsit. & tamen textus approbat sibi illius iur. vel rei dominium competere. per quod patet illud dictum do-

ctorum, eſſe textus diffinitionẽ non ſimpliciter opinionem. Nec opponas titulum ſibi requiri: quia conſtat per illum non competiuiſſe dominium. Nec dicas ſpeciale in tempore, cuius de contrario non eſt memoria: quia contrariæ opinionis ratio locum habet poſt omne tempus quantuncunq; longiſsimum. Tertiò, fortiter facit regula: factum legitimè. cùm concordan. per quas dilatari poſſet materia. ¶ Ad iura contraria reſpondetur quod capitulum, ſi virgo loquitur de illo, qui ſcit ſe alienum poſsidere. & ſic nil ad propoſitum. Idem dico de decre. vigilanti. quæ dicit, quòd non iuuat poſſeſſorem alieni prædij aliqua antiqua poſſeſsio cùm mala fide. Hîc autem quæritur de poſſeſſore prædij proprij. regula: pactum. præſupponit pactum. cùm de eius dimiſsione loquatur. dimitti autem poſſet, 45
quod non fuit. de deſpon. impu. ad diſſoluendum. cum concor. Quare patet, quòd ad præſcriptionem inchoatam & perfectam cum bona fide, non facit regula: cùm ibi nullum pactum. concedo autem regulam facere, vbi cum pacto inchoaſſet, vel proceſsiſſet præſcriptio. ad rationes fratris. G. reſpondetur primò ad primam, quod cùm finis, ſit terminus extremus eorum, quæ geruntur, ius dans efficaciam præſcriptioni bonæ fidei, intentionem ſuam non porrexit vltra eius fines, vel terminum extremum. nec eſt etiam verum quod ſententia ſuperueniens, quòd res fuerit aliena, dicatur propriè mala fides: ſicut in emptore, donatario & ſimilibus eſt videre. Secunda ipſius ratio impugnatur ex dictis per eum ſuprà articulo primo. vbi in deſcriptione præſcriptionis, de bona fide nil dixit, ſed efficaciam eius conſtare dixit in legum authoritate. Fundamentum autem huius authoritatis interponendæ motiuum dixit negligentiam non petentis tempore limitato: vt ibi. ergo illo finito hæc duo non poſſunt plus eſſe. ergo nec præſcriptio deficere. præteritum enim nequid non fuiſſe. ff. de capt. & poſtli. reuer. l. in bello. §. factæ. & ſi velis me fateri bonam fidem fuiſſe, partem fundamenti dico; vt. ſ. quòd illa, quæ fuit, nunquam deficiet fuiſſe. & ſic nunquam præſcriptio illo fundamento carebit. In rebus corporalibus non ſic: quia facilè deſtruuntur. de tranſlatio. c. ij. in princip. Eodem modo reſpondetur ad tertiam rationem, quia nunquam † veritas ſuperueniens poteſt operari, quin præſcriptio habuerit ſua comitantia ſibi neceſſaria: quæ nunquam quo ad vires præſcriptionis corrigi poſſunt aliâs æquè diceres, quòd qui neglexit, poſsit purgare negligentiam poſt præſcriptionem completam. quod patet falſum. ¶ Ad fortificationẽ etiam prædictorum eſt ſciendum, quòd etiam hi, qui fateri nolunt, quod princeps rem vnius poſſet alteri concedere: & ſic nec eius lex ſecundum eos: iſti tamen fatentur, quod modi acquirendi & diſtrahendi diuina, ſunt de iure poſitiuo. & ſi diuina ſint de iure naturali, vel gentium. Cùm ergo iſte ſit ſeptimus modus transferendi per præſcriptionem, licitus eſt, ex quo eſt cum bona fide,

quare

quare non erit, qui præscripsit tutus, sicut qui emit: & maximè deuoluta in fiscum. si enim per ius positiuum ille tutus est, quare non iste præcipuè, cùm negligentia aliquid naturale, id est, consensum includat, vt suprà dixi.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua post negatiuam, an ponat, vel potius priuet.*

2 *Nisi, dictionis, vis & vsus.*

3 *Restitutionis verbo, vtilitas actoris continetur,*

4 *Contractus vsurarius an aliquo iure permittatur. & num. 6. 29.*

5 *Iudæorum ritus cur ferat ecclesia Christiana.*

7 *Vsura, quid.*

8 *Vsurarium an cōstituat sola intentio siue spes lucri, nullo ibi interueniēte pacto obligante: ita quòd ad restitutionem obliget. Vsura duplex. Duo item de ratione vsuræ.*

10 *Vsura in quibus committatur.*

11 *Mutuū cur consistat tantùm circa tria genera rerum.*

12 *Contractus vsurarius, an sit ex natura rei vitiosus, & malitia conuolutus.*

13 *Vsuræ incommoda, & abusus contra rerum naturam. et per discursum nu. 14. 15. & 16. 38.*

17 *Contractum vsurarium an iura debeant admittere propter aliquod bonum inde nascens: vel ob grauioris mali fugam. & nu. 19. 22. 32.*

18 *Malum minus permittitur, vt maius vitetur, trifariam.*

20 *Dispensatio cur non cadat super contractu vsurario.*

21 *Vsurarij infœlix decessus.*

23 *Contractus vsurarius, an quo casu à iure sit permissus. & nu. 31.*

24 *Ius ciuile, an dissideat à iure canonico, maximè super vsuris. Vel an ita inter illa conueniat, vt quicquid est contra vnum, necessariò afficiat & alterum. & nu. 26. 28. 30.*

25 *Iuris canonici & ciuilis discrimen, quoad modum inducendi.*

27 *Legislatores magis spectare amicitiam, quàm iustitiam.*

33 *Mala duo vbi concurrunt, & alterutrum necessariò est subeundum, èligendum est minus.*

34 *Lucrum non potest licitè percipi & exigi ex sola pecunia, nulla adhibita opera.*

35 *Vsura non cadit, vt plurimùm, nisi vbi mutuum.*

36 *Vtile ab honesto non separandum.*

37 *Vsuras quatenus leges ferant.*

39 *Molendinum habens, & mihi pecunias præstans, vt eius molendino vtar potius, quàm aliorum, an sit vsurarius: & teneatur ad restitutionem. Et quatenus illa sit facienda, Et cui.*

APPENDIX.



Actum. dicit Ioan. mo. quòd æquitas huius reprobatur per doctrinā, quę datur de solutione contractus. C. quando ab emp. re. l. j. & ij. in fine. de hac † dictione dicit hîc Dy. quòd post negatiuam affirmatiua priuat. de hoc etiā per Archi. s. eo. lib. de constit. c. j. plenius per Cy. C. de transac. l. iiij. Ad primum, quòd post negatiuam ponit alleg. Dy. hoc. cap. & sequēs. ff. de ven. in pos. mit. l. extraneo. ff. de fer. l.

1

si feriatis.de custo.& exhib.reo.l.ij.§. vltim.& de auro & arg.le.l.Titia.Ad secundum inducit.ff.eo.tit.quo tutela.in princi.de diuer. & tempo. præscrip.l.assesiones.§.vltim. ad turpill. l.j.§.pe.de iure fisci.l.j.§. multorum. &.§. vltimo.Allegatur contra hoc ff. eodem.l.nemo ex his.in princip. vbi priuat,& non ponit.& tamen negatiua præcedit.respondet quòd illa negatiua æquipollet affirmatiuæ : & ideò dictio,nō priuat,sicut si affirmatiua præcederet. vide textum illum sub litera,enim.Item cōtra ff.de. ma. testa.Titia.§.vlt.vbi præcedere † videtur negatiua.& tamen dictio , nisi non ponit.respondet , quòd nisi non præcessit negatiua,sed secuta fuit.& ideò non videtur habuisse animum concedenti libertatē.sed potius impediendi & propter præsumptionē animi impediendi , impeditur datio libertatis:ar. ff. de admini.le. l. legata inutiliter.& de condi.& demon.l. Cū tale.§. vltim. Archi.in prædic. decre. concor.distinctionem prædictæ.dicit tamen quòd quandoq; tenetur improprie.allegat.ij.q.j.votum.viij.q.iij.Artaldus.de accu.accusasti.& quandoq; ponitur pro le. xxxviij.di. sedulò. de pœ.dist.j.sicut primi.vbi no.ad idem. de pœ.di.vj.c.j.Quandoque,nisi,facit adiectionem.ff. de leg. iij. fideicommissa.§.sic fidei. Et facit ad quæstionem de illo.qui promisit non vendedere alij domum,nisi mihi.de qua. ff. si quis caut.si eum.in fi.& vide, quod not.in Specul.de spon.in princi.restituatur.licet requiratur restitutio. tamen nec illa sola sine pœnitentia sufficit:vt proxima regula.licet. Dy. hic notet contrarium. per contrariū huius literę:super quo vide,quod no. in clemen.de vsuris.ex generandi. in gloss.antepe. Prima glos.ponit exēpla.Secundò distinguit tria nomina. tertiò tractat,quod si restitui non possit.Secunda gloss.ponit primò casum exceptum. secundò dicit cui fienda sit restitutio. tertiò quærit remit.& sol.vltim.gloss. quærit & sol. ¶ In.j. gloss.ibi:Quòd autem res furtiua nō vsucapitur,nisi in potestatem reuertatur : & ibi subtracto periculo raptoris,& furis res perit etiam naturaliter. ¶ In gloss.ij.ibi.cùm prætor. Sequitur : dicat , vt opus factum restituatur , etiam † damnum datum actor consequi debet. nam restitutionis verbo vtilitas actoris continetur.& ibi plus est sibi in restitutione, quàm in exhibitione.& ibi:restituere.intelligitur restituere , qui ponit actorem in pristinam causam. & ibi inuito. Si inuito vel ignorante creditore alteri soluo , non liberor. Secus,si ipso mandante vel ratum habente.& ibi:si verò.si constituisti te soluturum mihi & Titio , & posteà hoc constituisti mihi soli. si posteà soluis Titio,nihilominus mihi teneris.& ibi.l.ij.emphyteota,qui domino suscipere nolente consignat , & deponit , non timet delationis periculum. In gloss. vltim. ibi.l. vltim. vide in decre. prima proxi. alleg. in prima gloss.Ioan.And. In.j.gloss.ibi si pactum.& dist,iij. ille rex.ad fin. & de hoc.C.si aduer.delic. super rubrica alleg.l.j.& ibi dimittitur pactum intantum , quod etiam de iure ciuili absolueretur , secundum Dy. non obstante,

obstante, quod personæ difficultas non excusar debitorem.ff. de verbo. oblig.l.continuus.§.illud. nam illud verùm,nisi datio est in obligatione. sed nisi est in obligatione cõtractus, vel iudicij factum personæ casus cõtingens in persona,debitorem excusat.de contractu patet.ff.ad.l.Rho.de iac.l.vltim.§.peñ.de iudicio.ff.si quis cautio.l.ij.alias, si is. §. si quis. Cùm ergo restituere,sit factum, sicut rem tradere.ff.de verb. oblig. vbi autem non apparet.§.qui id.& l. stipulationes.§.idem puto.impedimentum ergo superueniens in personam debitoris,quod restitutionem impossibilem facit,debitorem excusat, nisi culpa præcederet casum. ff. sol.matr. in §.licet. vel nisi delinqueret sub spe. veniæ. ff. commo.l.in rebus. §. quod autem. & ibi liberaliter remitteret. hoc intelligit Dy. cum res est restitutioni parata: quasi tunc fingatur restituta,& postea restituenti donata.ar.ff.de donationibus inter virum & vxorẽ.l.iij.vbi de iure dot.l. Inter. ab eo si certum petatur. singularia. circa finem. & de solut.l. Proculo.& ff.de rei vendic. hoc si res. aliàs non remittitur pactum ei, qui restituere potest propter rationem, quæ sequitur in gloss.multùm puto in his animum ponderandum. nec tutum puto illum, qui gerit in mente,non restituere,remissione non facta.

QVAESTIO.

Huic regulæ & sequenti coaptabitur alia quæstio ipsius fratris Gerardi,qua quærebatur,an contractus 4 † vsurarius sit permissibilis aliquo iure? & videtur quòd sic: quia vnusquisque licitè potest accipere, quòd sibi voluntariè est donatum.sed illud quod recipit fœnerator per contractum vsurarium, est sibi voluntariè donatum.ergo potest ipsum licitè recipere,& per consequens contractus vsurarius erit licitus,& de iure permissibilis.maior patet.minor probatur.quia datio vsurarum, est voluntarium pactum. Ad propositum est, quia rapina est nullo modo permissibilis.sed vsura, est rapina. ergo &c. Maior patet.minor probatur.xiiij. q. iiij.si quis vsuram accipit, rapinam facit &c.Præsciẽdum est, quòd huius quæstionis dubitatio quatuor vijs potest oriri. Prima, quia cùm quædam sint pacta non prohibita, & quædam prohibita. quia pacta cuius simile. de simo.nota. de offic. deleg. ex parte. l. ij. cùm suis remissio. De primis exemplum. de pacto primorum parentum circa esum ligni vetiti quod non fuit peccatum, quia ex sui natura haberet malitiam conuolutam, sed solùm, quia prohibitum. & de hoc. xj. quæstione iij. quid ergo. De secundo exemplum de præceptis decalogi. Exod. xx. quæ transgredi prohibitum est, quia pactum, & ideò pactum, quia ex sui natura vitiosum, & habet malitiam conuolutam, contrariatur enim virtuti.& ex sui natura à Deo diuertit, & agentem deordinat. dubitari autẽ posset an inter prima an inter secunda computetur pactum vsuræ.Nam inter prima,scilicet, pacta,quia probibita, minus videretur inconuen

inconueniens aliquo casu vsuram permissibilem, quàm si prohibitum esset. quia vitiosum, & malitia conuolutũ. secunda via, quia videmus aliqua mala permitti & tolerari ꝓpter aliquod bonũ, quod inde sequitur, vel propter maius malũ vitandũ. De primo † exemplum de tolerando Iudęorũ & suorum ritu xlv. dist. qui sciẽtia. quod licet in eis sit mortale, tolerat ecclesia propter bonũ, quod inde oritur. quia nostræ fidei veritas in libris ipsorũ velata, & in ritib⁹ figurata nostris oculis lucidè demõstratur, & sic fidei nostræ testimonium roboratur, vt dicit Augustinus. xviij. de ciuitate Dei. c. lxxxv. De secundo † habetur exẽplũ iiij. di. deniq;. Cũ ergo cõtractus vsurarius quãdoq; posset vtilis esse reipublicæ & partibus cõtractus est vtilis. Itẽ per ipsum quãdoq; vitari posset magnũ malũ, vel periculũ. ergo videretur in illis terminis permissibilis. Tertia via est: quia vtrũq; ius cañ. & ciuile certis casibus permittunt aliquod recipi vltra sortẽ, vt in fructibus rei pignoratæ genero pro dote. ff. de do. ex. l. pater. §. de vsur. salubriter. facit ad idem. eo. tit. c. j. & ij. & c. conquestus. Quarta via insurgit ex dubio, an ius ciuile, obuiare possit iuri canonico? de quo x. di. cap. j. quia si posset, diceretur vsurarius cõtractus de iure ciuili permissibilis. Ad veritatem ergo quæstionis & solutionis habendam, primò declarabitur, quid sit vsura. & in quibus rebus committi valeat. Secundò inquiretur, vtrum contractus vsurarius sit ex natura rei vitiosus & malitia conuolutus, vt per hoc tollatur illa via, quæ ingerebat dubium primo loco. Tertio inquiritur, vtrum iura debeant concedere contractum vsurarium, propter aliquod bonum, quod inde oriatur, vel propter maius malum, quod inde vitetur: vt per hoc tollatur illa via, quæ ingerebat dubium, secundo loco. Quartò inquiretur, vtrum concedant vel concedere valeant vsuram in aliquo casu, vt per hoc tollatur via illa, quæ ingerebat dubium tertio loco. Quintò inquiritur, vtrum ius ciuile possit iuri canonico obuiare. vel vtrum dicta iura habeant adinuicem tantam concordantiam, quòd quidquid sit contrarium, necessario sit contra alterum: ac per consequens vtrum contractus vsurarius eo ipso, quòd prohibitus est in iur. canonico, necessariò sit prohibitus iur. ciuili. Sextò soluentur argumenta & dubia, quæ fuerunt inducta ad quæstionem, dum disputabatur.

EST ergo † primò videndum quid sit vsura: & in quibus rebus cõmitti valeat? vbi sciendum, quòd duæ descriptiones inueniuntur de vsura: quæ videntur satis rationabiles: quia ex natura rei sunt scriptæ quarũ vna talis est: Vsura, est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum: in qua descriptione duo tanguntur, quæ videntur de ratione vsuræ esse, scilicet vnũ materiale & alterũ formale. Materiale quidem, in vsura, est ipsum mutuum: quia vsura non gignitur materialiter, nisi de mutuo. Ratio autem huius, assignabitur in sequenti articulo. Formale verò in vsura, est ipsa exactio lucri ex pacto, siue obligatio in pactum deducta

deducta. quia vbi nullnm est pactum & nulla obligatio, ibi mutuans non potest aliquid vltra sortem petere. & si vltra sortem aliud offeratur, sibi potest illud recipere tanquam gratis oblatum: quia illa oblatio vel donatio præsumitur esse grata & libera, quàm non præuenit petitio vel obligans pactio. & per consequens illius oblati licita est receptio: nam possumus licitè recipere, quæ etiam prohibemur petere. sicut prima. q. ij. si 8 episcopum. vbi dicitur, quod pro ingressu ecclesiæ non licet pecuniam exigere: sed sponte oblatam licet recipere. Cuius ratio redditur ibidem authoritate Greg. dicētis, quòd obligatio nullam culpę maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione processit. & de hoc patet simile, arg. idem. in c. quam Pio. & xviij. dist. de eulogijs. xiij. q. ij. questa est. Ex quibus omnibus colligitur, quòd formale vsuræ sit ipsa petitio, vel exactio rei obligatæ. Ex quo etiam vlterius apparet, quod descriptio præhabita de vsura sit bona. quia comprehēdit totum, quod est de ratione vsuræ, materiale & formale. datur insuper alia descriptio de vsura, quæ talis est: Vsura, est, quicquid sorti accedit. & ponitur. xiiij. q. iij. pleriq;. Ista tamen descriptio non videtur completa, nisi aliquid aliud addatur. & ideò Goffred. dicit, quod debet ibi addi ex pacto vel intentione præcedente. quia sola intentione & spe lucri videtur committi crimen vsurarium. secundum quod ipse dicit. & habetur extrà de vsur. consuluit. Hæc autem descriptio si compleatur, hoc modo incidit in idem cum prima: quia comprehendit illud, quod est materiale: scilicet lucrum accedens sorti, id est, mutuo & per hoc ibi additur ex pacto, vel ex intentione, comprehēditur illud, quod est formale in vsura. nam dicebatur superius, quod formale in ea, est ipsa exactio lucri ex pacto obligante & de hoc respectu dictum est, quòd vsura est legalis latro, prædicens quod intendit.

¶Occurrit tamen dubium † de eo, 9 quod dictum est statim: scilicet vtrū sola intentio siue spes lucri constituat hominem vsurarium, non interueniente ibi aliquo pacto obligante. Ad hoc tamen videntur communiter respondere omnes iur. periti: quia vbi sola intētio & sola spes lucri est principalis causa mutui, ibi ex sola intentione & spe lucri constituitur homo vsurarius. & tenetur ad restitutionem in foro pœnitentiæ coram Deo. & firmatur per illam decre. superius alleg. de vsuris. consuluit. vbi scripsi. & super illud ibi inducam Lucæ. vj. mutuum date, nihil inde sperantes. & super authoritatibus sanctorum. Augustinus & Ambrosius & Hiero. quæ ponuntur xiiij. q. iij. & videtur omnes in hoc cōcordare, quòd vbi mutuans expectat aliquid vltra illud, quod dedit, vsuram committit. & per consequens ad restituendū tenetur. Sed disputanti hæc opinio nō videtur rationabilis propter tria: quę tamen non vrgent vt. j. dicam in singulis. primo, quia sicut patuit superius, formale in vsura est exactio, ex pacto obligante, vel aliquid æquipollens. & ideo vbi non est exactio

lucri ex pacto obligante vel aliquid ei æquipollens, ibi non potest esse vsura, ad restitutionem obligās: quāuis possit esse vsura vitians. Illi ergo, qui tenent istam opinionem nullo modo possunt saluare illam primam descriptionem vsuræ, vbi dicebatur, quòd vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum vel exactum. Sed ad hoc respondeo, quòd nec ipse disputans illam saluat, dicendo infrà de intentione no. debitori. Item nec saluat authoritatem Euangelicam suprà dictam. Ad cuius rigorem temperandum sit illa distinctio. Secundò apparet idem per Cyn. quod videmus de furto. nam si aliquis gratis & liberaliter in domo recipiat, quod furari intendebat & affectabat, quanuis sit fur mente: non tamen operę: ita quòd teneatur ad restituendum. ergo à simili, si quis lucrari intendit ex mutuo, quod concedit: & tamen à suo debitore nihil exigit, nec ipsum per aliquod pactum cōpetit, sed gratis & liberaliter ab eo aliquid recipit, quanuis sit vsurarius mente: non tamen est censendus vsurarius operæ: ita quòd teneatur ad restitutionem. Respondeo, casum valde dissimilem: quia licet donatarius habuerit intentionem corruptam ad vsurandum: donatio tamen nō causatur ab eius facto. nec est annexa illi intentioni corruptæ: cuius contrarium 9 in mutuo: quia cùm ex charitatis bono debent fieri, gratis fiebat, principaliter ob spem lucri. & hoc etiam ipse disputans cōcedit esse vitiosum: cuius spei vitiosæ sequitur effectus, consequendo lucrum. Tertiò, secundum eum patet hîc idem: quia ratio tota istud tota per me negatur, quare vsurarius tenetur ad restitutionē, est, quia illud quod recipit vltra sortem, non fuit ei gratis & liberaliter donatum, sed cum quadam exactione ex pacto indebitè vsurpatum. sed vbi est sola spes lucri & intentio corrupta, ex parte recipientis dum illa modo non sit nota debitori ibi quicquid debitor donat, gratis & liberè, donat: & per consequens nihil est indebitè vsurpatum. & ideo ipse recipiens quanuis fuerit intentione damnatus: non tamen videtur teneri ad restitutionem. Respond. quòd spes creditoris prohibita est. & hoc designatione verbi non requirit alterius notitiam. ex quo ergo contra bonum charitatis aliàs mutuaturus non fuisset, quod per debitorem aliàs non donaturum donari videtur, accedit huic spei vitiosæ.. ergo astrictū est vitio & restitutioni. per quod patet valere responsionem, quam disputans d. bat ad dec. consuluit is. quòd illa intelligebatur cùm corrupta intentio creditoris innotuit debitori, quasi tunc videatur quoddam pactum implicitum, quod habet vim expliciti, secundum eum. quod vnde eliciat, non apparet. & textus ibi dicit: omni conuentione cessante. illud, omni. videtur excludere etiam implicita. dicebat † autem ipse, quòd dupliciter est vsura. quarum vna simpliciter est mentalis, & solum vitians: sed non obligans ad restituēdum, ex eo quod fit sine omni exactione & pacto explicito vel implicito. Alia verò est vitians & obligans ad restituendum,

ex eo

ex eo quod fit cum exactione & pacto explicito, vel implicito intellecto, propter quod subdiuiditur: quia si fiat cum exactione & pacto implicito, & sic est vsura mentis. si verò fiat cum exactione & pacto explicito, sic est vsura vocalis. Apparet vlterius ex dictis, quòd duo sunt de ratione vsuræ qualitercunque accipiatur quorum vnum est materiale: scilicet lucrum prouenicns, & genitum materialiter ex mutuo: alterum verò formale, vtputa quod gignitur ex mutuo tali modo, vel per solam prauam intentionem, vel per pactum & exactionem. Sed si † quæratur vlterius, in quibus rebus vsura committitur (quod etiam ad istum articulum pertinere videtur) dicẽdum est, quòd committitur in his rebus, circa quas consistit mutuum, vt concordare omnes debent. Res autem, circa quas consistit mutuum, sunt triplices: quia quædam sunt res, quæ mutuantur sub certo numero, sicut pecunia. quædam verò mutuantur sub certo pondere, sicut aurum & argentum. quædam verò sub certa mensura, sicut granum & vinum, & huiusmodi. Et ideò solùm in his tribus generibus rerum vsura cõmittitur: tamen Goff. obijciens contra Rayñ. in sum. de vsuris. vbi dicitur quòd vsura potest committi etiam in alijs rebus. nam si pro pecunia mutuata capiã equũ, prædium. vestem, vel aliquod tale vltra sortem, vsura est: sicut patet. xiiij. q. iij. plerique. sed distingue inter vsurã, quæ ab vsurario exigitur, & rem illam, in qua vsura committitur. Nam ista, quæ ab vsurario exigitur, propriè loquendo est illud lucrum, quod exigitur vltra sortem, vel mutuum. Res verò illa, in qua dicta vsura committitur, est ipsum mutuum: de quo dictum lucrum gignitur. quanuis ergo quælibet res possit accidere fœneratori tanquam lucrum, non gignitur nisi de solis illis tribus, in quibus committitur. Occurrunt tamen ad dicta argumenta prædicta duo dubia. Primum est, quare mutuum consistit solùm circa tria dicta genera rerum? Secundum est, quare vsura committitur solùm in illis tribus, circa quas consistit

11 mutuum? Ad primum dico, quòd in † mutuò non tenetur debitor restituere rem mutuatam sub identitate substantiæ: quia hoc est sæpius impossibile: nec ad istum finem recipitur: vnde dicit lex, mutuum dicit, quia de meo fit tuum. ff. si certum petatur. l. mutuum. §. appellata. sed tenetur eam restituere sub certitudine eiusdem valoris, siue æqualis valoris, si debeat saluari vera iustitia inter mutuantem, & illum, cui fit mutuum. Certitudo autem æqualis valoris nõ inuenitur ex natura rei, nisi in illis tribus. quarum valor pensatur ex numero, pondere vel mensura. qua propter ratio mutui debet consistere solùm in illis rebus, quæ ad habendam certitudinem sui valoris numerari, ponderari, vel mensurari possunt. & sic patet, quid dicendum sit ad primum dubium. quod not. dicendũ sit. Ad secundum patebit in sequenti articulo.

12 SECVNDÒ quęrebatur vtrum contractus † vsurarius sit ex natura rei

rei vitiosus, & malitia conuolutus. Conclusio autem quantum ad istum articulum, non videtur mihi dubia: quia credo, secundum veritatem, & secundum intẽtionem omnium, qui de ista materia aliquid sentiunt, fore dicendum, quod cõtractus vsurarius ex natura rei sit vitiosus & malitia conuolutus. Quod patet de tribus quia videmus, quòd ipse Aristoteles nulla lege scripta arctatus vel edoctus, sed sola naturali ratiõe ductus, lucrum vsurarium est detestatus: vt paret primo Pol. quod non fecisset, nisi contractus vsurarius fuisset ex natura rei vitiosus & malitia conuolutus. Secundò patet hoc idem: quia certum est, quòd in rapina est actus ex natura rei vitiosus, & malitia conuolutus. qui autem accipit vsuram, facit rapinam. xiiij. q. iiij. siquis ergo. vt suprà. Tertiò patet, hoc idem: quia illud, quòd est prohibitum, non solùm in lege mosayca, sed etiam in lege euangelica, ex natura rei videtur esse vitiosum, & malitia conuolutum. sed contractus vsurarius est huiusmodi ergo &c. maior patet. qa videmus, quia illa quæ in lege mosaca fuerunt prohibita, & tamen ex natura rei non erant vitiosa, posteà in .l. Euãgelica sunt cõcessa. minor enim patet per textum vtriusque legis, scilicet, Mosaicæ & Euangelicæ: & habetur extrà, de vsur. super eo. vbi papa Alexand. dicit, quod cum vsurarũ crimen vtriusque textus pagina detestetur, super dispensationem aliquam posse fieri non videmus. Dico ergo, quod conclusio istius articuli non videtur mihi dubia: quia omnino videtur esse dicendum, quòd contractus vsurarius ex natura rei, est vitiosus & malitia conuolutus. Assignare ad hoc causam, per quam euidenter demõstratur, quòd dictus contractus habeat ex natura rei vitiositatem & malitiam conuolutam, non puto omnino facilè: eò quòd rationes aliorum, quæ super hoc ponuntur, mihi penitus sunt dubiæ. quod patet, si per eas discurramus. Vna enim ratio, quam tenent communiter iuristæ & ponitur in glo. xiiij. q. iij. c. j. est, quòd in contractu vsurario recipit creditor lucrum de eo quod non est suum. exigit enim lucrum de mutuo, quod non est suum. imò transit in dominium ipsius debitoris: quia mutuum est, quod de meo fit tuum. ff. de rebus cred. si cer. pe. l. mutuum. §. appellata est. sed hęc ratio sibi videtur omnino falsa. cum enim dicitur, quod fœnerator exigit lucrũ de re non sua. potest dici, quo[d] falsum est immediatè: quia pecun[i]a quam mutuat, quanuis trãseat in dominium debitoris, quo ad identitatem substantiæ: quia debitor non tenetur restituere eandem pecuniam, sed substantiam. remanet tamen dicta pecunia in dominio fœneratoris, quo ad identitatem & æqualitatem valoris. & hoc videtur sufficere: quia ipse fœnerator non exigit lucrum de pecunia, quam mutuat, inquantum talis substantia est: secundum quem modum ad eum non pertinet: sed potest illam repetere: sed exigit lucrum de ipsa, inquantũ tanti valoris est: secundum quem modum ad eum pertinet: quia sic remanet in

suo

ſuo dominio. Tu dic, quòd non bene aduertit hîc diſputans: quia ſi debitor haberet vnum ſcrinium nũmorum, non eſt dare, quòd creditor vnius ex illis ſit dominus, habet autem principalem actionem contra debitorem. Cõfirmatur etiam ſuprà, dicta ratio: quia pecunia mutuata tranſit in debitorem cum ſuo periculo: & ideò iniuſtũ videtur, quòd de ea amplius grauetur vltra ſortẽ: ſed nec iſta confirmatio placet diſputanti propter duo: Primò, quia videmus ſæpe, quòd non ſolùm res mutuata, ſed etiã commodata manet apud illum, cui commodatur in ſui periculo. ſicut patet in equo commodato ad oſtentationem, qui etiam manet in periculo ipſius, cui cõmodatur. & tamen hoc non ob. conceditur, quòd licitè exigitur lucrum de rebus commodatis.

¶Hîc etiam non bene aduertit diſputans: quia pro commodato, quod de sui natura oportet eſſe gratuitum, non recipitur merces. tũc enim eſſet locatio: vt no. C. de vſur. conqueſtus. in glo. ij. vltra medium. ¶Secundum, quod eum mouet eſt, quia nõ eſt abſurdum ex duabus cauſis grauare debitorem ad duo: ad periculũ, propter conſumptionem pecuniæ ad ſuum profectum: & ad lucrum dandũ, propter ſeruitium ſibi impenſum, meo iudicio inſeparabilia ſeparat, & facit quod ſequitur. ſubdit ipſe rationem aliam theologorum. Dicunt enim, quòd in dicto cõtractu venditur vſus rei, cuius vſus eſt ipſa cõſumptio. Ex hoc ſic arguitur: Cuius eſt ipſa conſumptio, ibi non poteſt res ſeorſum computari, vel ſeparari à ſuo vſu: & econuerſò. & ideò eandem cõceſsionem quâ conceditur res, conceditur etiam vſus rei: & econuerſò. Qui ergo vellet ſeparatim vẽdere vſum rei, ſine re, talis cuius eſt conſumptio, ageret vitioſè, & contrà naturam rei, facit extrauag. Ioan. ad conditorem. vbi ſatis de hoc. ſed fœnerator vendidit ſup. i. vendere vult ſeparatim vſum rei, quam mutuat ab ipſa re, quam poſtmodum repetit. cuius vſus eſt eius conſumptio. ergo agit vitioſè & contra naturam: maior patet. minor probatur: quia exigit lucrum de vſu pecuniæ, quam mutuat, non obſtante, quòd eam ſemper ſaluam in eadem quantitate requirit. Iſta ratio etiam videtur ſibi dubia, poſſet enim aliquis dicere, quòd fœnerator vendit vtrumque: quia alienat à ſe non ſolùm vſum rei, ſed etiam ipſam rem, quantum ad ſubſtantiã, & idem iudicium videtur de vtroque: quia eodem modo quo transfert rem & vſum rei, & econuerſò, quapropter non ſeparat vnum ab altero. ſicut ſupponit dicta ratio, Videtur ergo quòd præfata ratio non valeat, vel quòd eam corrigere oporteat: vt dicam ſecundùm Io. hic Tertiò dicebat, Thomas tamen ſecunda ſecũdæ quæſtio. LXXVIII. articulo primo hãc tenet dicẽs quòd in rebus, quarum vſus eſt ipſarum rerum conſumptio, volens ſeorſum vendere rem, puta vinum & ſeorſum vſum vini, venderet illam bis, vel venderet id quod non eſt. vnde per iniuſtitiam manifeſtè peccaret. Simili modo committit iniuſtitiam, qui mutuat vinum vel triticum petens ſibi duas recompenſationes.

vnam restitutionē æqualis rei, aliam pretium vsus, quod vsura dicitur.

¶ Redeo ad verba disputantis, qui dicit quòd consueuit induci alia ratio ad propositū, quæ videtur trahi apho rismo. primo Hippocr. cuius rationis fundamentū stat in hoc, scilicet quod contra naturam videtur esse, quòd artificialia habeant partum, & generationem per quam se multiplicent. In contractu autē vsurario denarius, qui est quid artificiale, parit alium denarium, & se ipsum multiplicat. isto modo ergo ex natura rei talis cōtractus videtur contra naturam, & per consequens vitiosus, sed nec ista ratio videtur valere, propter duo. Primò, quia vsura non solùm committitur in artificialibus: sed etiam in naturalibus, vtpote oleo, vino, & similibus, & per consequens dicta ratio applicari tantum potest ad illa. ¶ Secundò, quia videmus, quòd est quid artificiale, & cùm vsque ad certū tempus posset quis per vnam domum lucrari aliam æquiualentem, & sic domus pareret domum. Consueuerunt etiā induci duæ aliæ rationes ad propositum, quæ videntur omnino friuolæ. Quarum prima est, quia dicunt quia ideo licet accipere pensionem & fructum de vsu alicuius rei, quia res illa deterioratur per vsum suum. sed pecunia non deterioratur per vsum suum. ergo non licet de eius vsu accipere aliquam pensionem vel fructum. Ista tamen ratio si quis considerer, est digna derisione: quia videmus, quòd res illę de quarum vsura recipimus pensionem & fructum, sæpe meliorantur per inhabitationem: alia ratio, quare contractus vsurarius est vitiosus: quia in eo vēdatur tempus, quod est omnibus commune sed nec ista ratio potest stare; imò videtur omnino friuola: quia multi sunt cōtractus liciti, in quibus interponitur temporis dilatio: nec tamen propter hoc, ꝙ in eis vendatur tempus. ergo à simili nec in isto cōtractu, propter quæ omnia videtur sibi aliter probanda dicta cōclusio. Dicit ergo, quod contractus vsurarius ex natura rei vitiosus & malitia cōuolutus propter quatuor: Primò, quia facit rē naturalem superualere suæ naturæ, & rem artificialem suæ arti. & maximè contra naturam. Secūdò, quia facit, ꝙ res, quæ non parit fructum, generat lucrum. quod est contra naturam. vt infrà patebit. Tertiò facit, ꝙ illa quæ habent omnino eundem valorem, vnum eorū excrescat in valore per alterum, quod est cōtra naturam. Quartò quia facit quòd res mutuata per abusum, trahatur ad aliquid, ad quod nō est ordinata principaliter nec conuenienter, quod etiam est contra naturam. Ista verò quatuor valde prolixè prosequitur.

13 ¶ Circa primum intendit, quòd valorem + artificialem artificialium vel naturalium, quæ mutuantur sub numero, pondere, vel mensura, contractus vsurarius facit superualere suæ naturæ vel arti: pro eo, quòd cùm Deus dedit naturam numerabilem, ponderabilem, vel mensurabilem. & sic dedit ex prædicta ipsarum valorem naturaliter æstimabilem: quod rebus alijs non concessit, quod illarum, æstimatio non procedit ab aliquo

quo intrinſeco neceſſario:ſed ſecundum diuerſas circunſtantias extrinſecus & contingentes ex loco,tempore,conditionibus perſonarum,& ſimilibus. & ſic creſcunt & decreſcunt. ſed ponderabiles vel numerabiles quandiu perſiſtunt in ſuo numero, pondere,vel menſura,non augentur vel minuuntur valore.ſed ſi videantur minui vel augeri, non eſt propter minutionem vel augmentum ipſarum,ſed illarum rerum in quas commutantur. Concluditur ergo, quòd vſurarius cum exigat vltra valorem à natura prædictis rebus taxatum,certum & determinatum,rem vitioſam facit,& cõtra rei naturam. Ego de plano concederem,quod facilior eſt harum æſtimatio,& maximè tempore,quo contrahitur,reſtringendo ad illud. ſed quod anteà habeant certum & determinatum valorem durante pondere numero vel menſura non alterandum in plus vel minus,non capio.

14 ¶Secundo dicebatur,†quòd vſura faciebat contra naturam germinare rem quæ naturaliter non germinat: Nulla enim res generat lucrum, niſi quantum fructus diceretur lucrum, conſtat autem,quòd res fructum generans,creſcit in valore cum fructu, ſed hæc excreſcentia eſſe non poteſt in rebus mutuabilibus: quæ certum & determinatum habent valorem: vt eſt dictum,quas non fructificantes,vſura facit lucrificantes,vnde dicit canon: vſuræ arte nequiſsima, quòd ex auro aurum naſcitur. xlvij. diſt.ſicut hi.ergo ſic agens facit contra rei naturam,quid vitioſum & malitia conuolutum.

15 ¶Tertiò dicebatur,quòd † vſura faciebat,quòd duorũ id eſt,rei & vſus eius, quæ habent omnino eundem valorem, vnum excreſcat in valorem per alterum. Patet autem diſcurrendo per ſingulas res mutuabiles.quod ipſæ & ipſarum vſus vna conſumptione conſumuntur, nec vnum ſine altero conſumi poteſt, quod in alijs rebus locabilibus, dici non poteſt, in quibus rei habet diſtinctum valorem,& poteſt alienari ſolus vſus,vt in domo vel equo,& ſola proprietas retenta ad tempus vſu. Cùm ergo contractus vſurarius faciat rem mutuatam excreſcere in valore, per ſuum vſum, cum ipſorum communitorum idem ſit valor,patet id fieri contra rei naturam.& ſic vitioſum & in hoc differt hoc dictum ab eo, quod dixi ſuprà,vbi ſubdit, quia non dicitur hîc,quòd vendat vſum ſeparatum à re:ſed quòd vſurarius facit vſum addere ad valorem rei mutuatæ:cùm tamen non habeat valorem diſtinctum.

16 QVARTÒ dicebatur,†quòd vſurarius abutitur re mutuata non vtendo ſuo vſu principali vel ſecundario: ad quem ſit deſtinata.

¶Declaratur hoc ſic: omnis res poſſeſſa, habet duplicem vſum. principalem vſum cingendi: ſecundarium vendendi, vel commutandi, quia ſic expedit poſsidenti: Si autem hoc verteretur ad alterius læſionem,tunc abutitur,ſic ibi in mutabilibus, pone in vino. principalis eius vſus domini eſt, ad potum: ſecundarius ad immutandum in

pecuniam vel aliud,quod expedit do mino:Si autem propter cupiditatem trahitur ad alium vsum,vt facit vsurarius recipiendo:aliud vltra sortem abutitur,& sic vitiosè agit in pecunia:ideò eius principaliter vsus,in emptionem rei expedientis,secundarius in commutationem pecuniæ,quę magis expedit:sed vbi per cupiditatem vsurarius illam dat,vt plus recipiat, abutitur:cum nec à natura nec ab arte competat denario talis vsus , vel talis partus:vt dicit Aristote. primo Politicorum.

17 TERTIÒ † quærebatur,vtrū iura debeant concedere contractum vsurarium,propter aliquod bonū, quod inde oriatur:vel propter aliquod malum,quod inde vitetur:vt per hoc tollatur illa via,quæ secundo ingerebat dubitationem in ista quæstione. Ad istius ergo articuli euidentiam sciendum,quòd concessio potest accipi tribus modis. vno modo,prout est simplex permisio dimittens vel indulgens pœnam,secundū quem modum procedit canon,vt dictum fuit.s.iiij. dist.deniq; talis autem permisio fuit simplex:quia per solam indulgētiam pœnæ,vnde quod ibi dicitur,cum venia:dicit ibi gl.intelligendum de venia pœnæ,nō culpæ.Secundò modo potest accipi concesio prout,est idē, ꝙ misio tollēs impedimentū.secundùm quē modum inter nos habitantes permittuntur ab ecclesia in obseruantia sui ritus.vt etiam dictū fuit. suprà,per canonem xlv.dist.qui syncera.Hæc autem permisio quanuis glo.dicat, ꝙ sit similis primæ:tamen dissimilis est.Vbi enim sola remisio pœnæ,sed ista secūda permisio plus facit: quia non solùm permittit dictum malum,scilicet, obseruantiam ritus Iudęorum,subtrahendo comminationem , vel inflictionem pœnæ, sicut persona prima:sed etiam remouendo impedimenta christianorum, qui vellent impedire obseruantiam dicti ritus. & quantum ad hoc,se habet per additionem ad illam.Tertiò, modo potest accipi concesio , prout est idem quod permisio,præstans iuuamen.secundùm quem modum ecclesia permittit quandoque clericum occidi à potestate sæculari. & hæc permisio se habet ad secūdam,sicut secunda ad primam.Nam in ista permisione nō solùm subtrahitur comminatio pœnæ,quæ posset per occisionem clerici infligi,sicut fiebat in ipsa permisione:licet etiam tollitur illud impedimentum,per quod occisio clerici posset impediri:quēadmodum fiebat in secūda permisione,& vltra hic duo præstatur iuuamētum in ista permisione:quod non fiebat in aliqua illarum.præstat enim ecclesia iuuamentum in occisione clerici qui dignus est morte:quia ipsum degradat,& ponit eum in manibus potestatis sæcularis,vt crucietur & occidatur:iuxta illud.j.ad Corinth. v. tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. patet de verbo.signifi.nouimus.& de pœn.c.ij.lib.vj.patet ergo,quòd tribus modis potest accipi cōcesio,vel permisio.Vlterius ad maiorem euidentiam istius articuli,est sciendum, quòd sicut tactum fuit superius circa principium

principium quæstionis, malum potest permitti duabus de causis scilicet vel propter bonum, quod inde oritur: vel propter maius malum, quòd inde vitatur. Maius autem malum vitiatur, & minus permittitur tribus
18 modis. Primò, quando † vitatur malum spirituale in anima, quod est maius per malum corporale in corpore, quod est minus. Secundò, quando vitatur vnde malum spirituale, quod est maius propter minus malum spirituale: sicut sæpe permittitur minus peccatum, vt vitetur maius. Tertiò, quando vitatur vnum malum corporale maius per aliud corporale: quod est minus. & de his no. ne cleri. vel mo. c. iij. in prima glos. ¶ Ad proposi-
19 tum ergo descendendo, cùm † quæritur vtrũ iura debeant concedere contractum vsurarium propter aliquod bonũ, quod inde oriatur: vel propter aliquod maius malum, quod inde vitetur: Dicendum est statim, quòd si ista quæstio fiat per ius naturale, non debet esse dubium, quòd dictum ius nullo modo debet, vel potest concedere contractũ vsurarium: quia illud, quod simpliciter est contra aliquod ius, nullo modo pôt concedi ab eodẽ iure: alioquin simul esset contra ipsum: & non contra ipsum, inquantum ab ipso cõcessum. Contractus autem vsurarius simpliciter est contra ius naturale: cùm sit vitiosus ex natura rei: vt patuit in præcedenti articulo. ergo &c. Si ergo simpliciter est contra ius naturale, relinquit vlterius, quod simpliciter sit cõtra ius diuinũ: quia ius naturale est à iure diuino deriuatum: ergo quicquid est contra ius naturale, necessariò erit contra ius diuinum. Si autem fiat dicta quæstio per ius ciuile, dicendum est, quòd dictum ius potest concedere & concedit præfatum contractum, concessione accepta primo modo, prout est idem, quod simplex permissio per indulgentiam. & quod ita sit, probo tali ratione. Illud ius, quod non comminatur, nec infligit aliquam pœnam, propter contractum vsurarium. videtur ipsum concedere & permittere concessione accepta isto modo, quæ est simplex permissio per indulgentiam pœnæ. sed ius ciuile nullam pœnam comminatur vel infligit propter dictum contractum, ergo &c. Subdit autem, quòd secundo vel tertiò genere permissionis ius ciuile non permittit vsuras: quia nõ prohibet impedimenta fieri volẽtibus fœnerari, nec fœnerantibus dat aliqua iuuamẽta. hoc dictum non video posse defendendum si dicatur leges veteres per auth. esse correctas: vt dicetur in v. arti. Nã certum est leges statuere modum vsurarum. vt. C. de vsu. eos. permittunt illas peti in iudicio. permittunt pro alijs nõ stipulatis pignora retineri. Et quod plus statuũt certis casibus illas ex more deberi, & his similia. Sed si fiat vlterius quæstio de iur. ca. vtrũ scilicet debeant concedere vel permittere contractum vsurarium propter aliquod bonum, quod inde videatur oriri: vel propter aliquod malum, quòd inde videatur vitari: dicendum est simpliciter, quod non: quia videmus de facto, quòd nullo prædictorum modorum ipsum concedit vel permittit, pœnas comminatur, vel infligit vsurarijs.

facientibus dictum contractũ: vt patet extrà de vsuris.c.quia in omnibus. eo.tit.quamquam.li.vj.nec mirum, si nõ permittit: quia nec permittere posset cõtra vetus & nouũ testamentum. e.ti.super.e.Nam vt ibi dicitur, sacra scriptura prohibuit pro alterius vita mẽtiri, vt habetur.xxij.q.ij.ne quis.ergo multò magis, sicut cõcluditur ibidem, prohibendũ est, ne quilibet pro redimenda vita captiui, vsurarũ crimine inuoluatur: cũ tamẽ illud videatur potissimũ bonum, quod possit ex vsuris peruenire. Vlterius non potest

20 dici, quòd in dicto contractu † cadat dispensatio, vt vitetur per ipsum maius malũ spirituale, quàm sit illud malum, quod incurrit in dicto cõtractu: videtur enim illud malũ, quod incurrit vsurarius, per dictũ contractum, quantũ ad aliquod maximum peccatũ, propter quatuor. Primò, quia contẽnit Deũ audacius. Secundò, quia cõtemnit naturam expressius. Tertiò, quia contemnit scripturam deterius. Quartò, quia iura contemnit diutius. Contẽnit namq; ipse vsurarius Deum audacius: quia cũ in omnibus peccatis quæ sunt expressè cõtra diuina mandata, homo verecũdetur & erubescat: in isto tamen peccato quatũcunq; sit expressè contra domini mandatum, non videtur verecundari: sed potius gloriari. s̄.de vsur.quia in omnibus. Vlterius contemnit naturam expressius: quia nõ solùm contemnit eam in vno genere rerũ, sed etiam in pluribus scilicet, in tribus. vult enim contra naturam, quòd numerabilia, sicut denarij, superualeant suo numero: & ponderabilia, sicut aurũ, superualeant suo ponderi: & mensurabilia, sicut vinum, superualeant suę mensuræ. Quapropter bene dictũ est, quòd contemnit naturam expressius. Vlterius contemnit scripturã deterius: quia videtur eam contẽnere per infidelitatem, quæ est opposita fidei, quã in baptismo professus est. Nã si perfectè crederet, impossibile esset, quòd contra Deum & eius scripturam sic apertè & inuerecundè procederet. Item contra vtriusq; testamenti scripturas solent tales pertinaciter asserere, quòd vsura non est peccatum: contra quos emanauit clementi.de vsur.ex gradi.

21 Vlterius cõtemnit iura † diutius. quia non ob.prohibitione cuiuscunq; iur. in dicto pacto ad hoc cõtinuè perseuerat: intantũ quòd ad ipsum relinquendum vsq; ad mortem superius se retardat, propter quod cõuenienter sibi accidit sæpe, quod dicit Augu.in sermone de innocentibus: percutitur, inquit, hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui: qui dum viueret, oblitus est Dei. Nã sæpius videmus, quòd vsurarij decedunt sine restitutione, sine sacramẽtis, & sine aliqua bona spe æternæ vitæ. & contra eos emanauit propter hoc decr. quamquam.de vsu.lib.vj.& facit pallea eij

22 ciens.lxxxviij.dist.propter † quæ omnia concludo, ꝙ ius canoñ.nullo modo debet concedere vel permittere contractũ vsurarium propter maius malum vitandũ: quia regulariter loquendo nõ apparet aliquod maius in ipso, ꝙ per ipsum valeat euitari. Patet ergo, quid dicendũ sit, quantũ ad istum articulum. quia dicendum est, quòd cõtractus vsurarius nullo modo potest

potest permitti. Vna tamen dubitatio hîc occurrit, quæ tāgetur & soluetur in quinto articulo. posteà verò, quæ dicta sunt sublata est via, quæ ingerebat dubium secundo loco. quia nō est simile, quod ibi inducebatur pro simili. Nā & si ibi permittitur obseruātia ritus Iudæorum, hoc est, propter magnum bonū spirituale, quod inde noscitur peruenire scilicet, attestatio fidei nostrę veritatis. Vlterius & si permisit Grego. immoderatū esum carniū, hoc est propter maius malum vitandum, & ideò dicebat, quòd derelinquendi erant suo arbitrio, ne deteriores fierent. nihil autē talium apparet in contractu vsurario, propter quod videatur debere committi. ergo &c.

23 QVARTO. † quærebatur, vtrum in aliquo casu de facto contractus vsurarius sit concessus vel permissus à iure: vt per hoc tollatur tertia via, quæ ingerebat dubitationem tertio loco. Ad hoc autem dicendum est simpliciter, quòd non: nisi fortè loquamur de permissione primo modo dicta, quæ est secundum ius ciuile, secūdum quem modum omni casu permittitur vsura à iure ciuili: quia nullus est casus, in quo ius ciuile intromittat comminando, vel infligendo pœnam pro vsura. & sic ius ciuile se habet vniformiter ad omnes casus affirmatiuè, ita ius diuinum & cañ. se habent ad omnes casus negatiuè, quia nullo modo eam permittit aliquo modo permissionis. Nam pari ratione, qua prohibent eam in vno casu, debent eam prohibere in quolibet: quia in omni casu habet malitiam conuolutam, & per consequens pari ratione, qua eam concederent in vno casu, possent eam concedere vel permittere in quolibet. quòd patet esse falsum. Ex his, quę dicta sunt. s. sciēdum tamen, quòd illud, ꝙ facit dubium in isto articulo. est ille specialis casus, qui fuit tractatus circa princi. quæstiōis de generò, qui lucratur fructus pignoris sibi dati pro dote: sed ibi tunc propriè vsura esset, si fructus illius pensionis perciperentur à genero intuitu pecuniæ detentæ à socio. sed hoc est falsum. quia non intuitu pecuniæ dotalis, quam sacerdotiū, sed intuitu oneris matrimonij, quę gener sustinet: vt patet de vsu. salubriter. vel potest dici, ꝙ dicti fructus percipiuntur à genero in recōpensatione dāni, quod inde sequatur propter pecuniam totalē quæ sibi soluenda defertur, incautè dictū est hoc. Ex quibus verbis statim apparet, ꝙ valde impropriè dictū est, quando dicitur, ꝙ vsura permittitur in isto casu, vel in illo, quę breuiter in nullo casu est permissa. & ideo quādo aliqui casus à iuristis excipiuntur, nō est intelligendū, ꝙ in dictis casibus vsura permittatur: sed quia in eis prima facie est aliquod simile vsurę vsura videtur. sic ergo patet qualiter est sublata via, quæ ingerebat dubium in ista quęstione de tertio loco.

24 QVINTO. quærebatur, vtrū ius† ciuile possit iuri canonico obuiare: vel vtrū dicta iura habeāt ad se inuicem tantā cōcordiā, quòd quicquid est cōtra vnū, necessariò sit cōtra alterum: ac per consequens vtrum contractus vsurarius eo ipso, quòd prohibitus à iur. canonico, sit necessariò ꝓhibitus

à iur. ciuili: vt per hoc tollatur illa via,quæ ingerebat dubium,quinto loco.Et ad literam deinceps proſequamur diſputantem,qui dicit quòd tria ſunt, quæ faciunt dubitationem in iſto articulo. Primum eſt, quod ius ciuile præſupponunt ius naturale, tanquam fundamentum, à quo ſumunt originem. Quapropter quicquid eſt contra ius naturale, videtur neceſſariò eſſe contra canonic.& ciuile.ſed contractus vſurarius eſt contra ius naturale,nec aliquo modo eſt permiſsibilis in dicto iur.vt patuit ſuprà.ergo nec permiſsibilis aliquo modo in iur.ciuili:cuius contrarium ſæpius dictum eſt.Secundum,quòd hic facit dubium, eſt, quia ius ciuile & can.ſubalternantur iuri diuino.& per conſequens non poſſunt eis in aliquo obuiare: ſed ſi contractus vſurarius eſſet permiſsibilis aliquo modo in iur. ciuili,cùm nullo modo ſit permiſsibilis in iure diuino,ſequeretur,quòd ius ciuile opponeret ſe iuri diuino,quia imperator non poteſt tollere legem Dei.ar.ad hoc.ff.de arbit. l. nam & magiſtratus.Tertium, quod facit dubium,eſt,quia imperator mandauit ſeruari ea, quæ ſtatuta ſunt in concilio Niceno.ſed in Niceno concilio prohibet vſuras. vt. xlvij.diſtinctio.quoniam.ergo & ius ciuile debet eas prohibere,ac per conſequens contractus vſurarius non erit permiſsibilis in iur.ciuili aliquo modo. Cuius contrarium eſt ſuperius oſtenſum. Propter iſta ergo & alia,quæ dicta fuerunt in quarto articulo, conſurgit dubitatio nunc in iſto articulo, vtrum ius ciuile poſsit in aliquo obuiare iuri canonico: vel vtrum habeant adinuicem tantam concordiam,quòd quicquid eſt contra vnum, neceſſariò ſit contra alterum?Ad euidentiam ergo iſtius quæſiti intelligendum eſt.quòd licet ius poſitiuum ſit fundatum ſuper iure naturali, tamen alia eſt prohibito iur.iur.naturalis, & alia iur.poſitiui. Nam prohibitio iur.naturalis fit per ſolam vitij cognitionem:quia docet vbi ſit vitium cognoſcendum: & intelligit ad ipſum deteſtandum: prohibitio autem iuris poſitiui, per pœ-
25 ne communicationem. Nam † ſicut præfatum ius poſitiuum ſe habet per additionem ad ius naturale:ita oportet,quòd prohibitio ipſius ſe habeat per additionem & ad prohibitionem illius. Vlterius ſciendum eſt, quòd iſta duo iura poſitiua, ſcilicet ciuile & canonicum, licet conueniant,quia fundantur ſuper iure naturali: & ab ipſo etiam ſumunt originē,quamuis etiam conueniant, quia intendunt homines inducere ad bonum commune: differunt tamen in modo inducendi:nam ius ciuile intendit dirigere in bonum commune:ſecundum quod congruit humanæ ſocietati ciuiliter viuenti,ſecundum quem modum bonum commune habet nutriri,conſeruari,& promoueri per legalem iuſtitiam, & per ciuilem amicitiam.Ius verò canonicum intendit dirigere in bonum commune, ſecundum quod congruit humanæ ſocietati:quæ non ſolum viuit ciuiliter,ſed etiam regulariter ſecundum fidem, in Deum tendendo, & vitam aliam expectando.nam cùm ius canonicum

ſit

sit quædam explicatio iuris diuini, oportet, quòd idem finis intendatur ab vtroque. bonũ autem commune isto modo acceptum: secundum quod congruit humanæ societati, non solùm viuenti ciuiliter, sed etiam regulariter secundum fidem in Deum tendendo, non potest nutriri, conseruari, vel promoueri per solam legalem iustitiam, vel ciuilem amicitiam. Sed vltra hoc requiritur quædam cœlestis amicitia, sine qua impossibile est aliquem hominem in Deum tendere. Quapropter sicut potissima virtus, ad quam conatur inducere ius ciuile, est ipsa legalis iustitia, siue ciuilis amicitia. Ita potissima virtus, ad quã conatur ius canon. est illa cœlestis amicitia, quam charitatem vocamus.

26 Ad propositum igitur † applicando primum dictum. s. de prohibitione iuris positiui, dico quòd non est inconueniens, quod aliquid sit prohibitum in iure naturali, quod tamen non est prohibitum in iure ciuili: quia prohibitio iuris ciuilis se habet per abdicationem, & prohibitionem iuris naturalis. non tamen per hoc debet censeri inter prædicta iura contrarietas, sed alterius modi prohibendi diuersitas. Vlterius possumus colligere, ex secundo dicto, quòd non est inconueniens, quod aliquod pactum sit prohibitum in iure cañ. quod tamen nõ est prohibitum in iure ciuili. prohibitione quæ per fit cõminationem pœnæ: quãuis nullum pactum sit prohibitũ in iure ciuili, quod non sit etiã prohibitum in iure cano. Ratio autem huius diuersitatis potest accipi ex dictis. nam quia ius ciuile intendit cõseruare bonum commune multitudinis, propter iustitiã legalem, quàm tamen est impossibile attingi à tota multitudine, vel etiam à maiori parte. Idcirco sufficit dicto iuri, quòd possit promouere & conseruare bonum commune per viam ciuilis amicitiæ. Nam secundum Aristo. in viij.

27 Ethi. amicitia videtur † ciuitates cõtinere, imò & secundum quod ipse dicit ibidem, legis positores magis circa ipsam student, quã circa iustitiam. quod potest contingere duplici de causa. Vna est, quia facilius homines ducuntur ad amicitiam, quam ad legalem iustitiam. Secunda est, quia habentes legalem iustitiã indigẽt amicitia, eo quod in vita ciuili & domestica maximè sit necessaria. Quapro-

28 pter videtur, quòd à iure ciuili † maximè sit intẽta. & ideò videtur, quòd ius ciuile primo & per se debeat prohibere per cõminationem pœnæ illa vitia, quæ possunt dictã amicitiã impedire. secundariò tamen & ex cõsequenti potest prohibere quæcunque alia vitia altero duorum modorũ. s. vel quia per prohibitionem amicitia non læditur, & bono iustitiæ & virtutis fauoratur. Vbi autem per prohibitionem aliquorũ sociorum ciuilis societas & amicitia læderetur, à tali prohibitione se præseruat: & ea relinquit diuino iudicio punienda: testante beato Aug. primo de libero arbitrio: vbi ait: lex, inquit, ista quę regẽdis ciuitatibus fertur, multa cõcedit ac impunita relinquit, quæ per diuinã prouidentiã iudicãtur. Applicãdo

29 ergo ad propositũ, apparet † statim quòd cõtractus vsurarius nõ est necessario

prohibitus à iure ciuili:quia non habet ciuilem societatem & amicitiam impedire,est tamen necessariò prohibitus in iure cano.quia ius cano.ex fine,quem intendit, habet necessariò omnia vitia prohibere.Intēdit enim dirigere multitudinem fidelium in Deū:quòd non poterit fieri, nisi per charitatē:& quia omnia peccata mortalia,sunt opposita charitati,& habēt ea tollere:ideò ius cano.debet omnia talia meritò prohibere. Quapropter si contingeret,quod ius ciuile in aliquo casu,vel per aliquod tempus de futuro contractum vsurarium prohiberet per cōminationem pœnæ, hoc faceret in obsequium iur. canonici.s. vel quia pœna cōminata per ius. canoñ.non sufficeret:vel quia non posset per iudicem ecclesiasticum sufficienter executioni mandari. Ex quibus omnibus apparet, quòd controuersia quæ est inter iuristas de permissione contractus vsurarij,non videtur esse rationabilis:quia vtraque pars potest dicere,verùm.nā illi, qui dicunt,quòd talis contractus sit permissus,& debeat permitti in iure ciuili:si intelligant de permissione nō cōminente vel infligente pœnā, verùm dicunt si autem, intelligant de permissione tollere impedimentum à facientibus vsuras, vel præstante eis iuramentū,falsum dicunt:& codē modo:dicendū est de alijs ex alia parte.nam si dicit glo.& illi qui eam sequuntur, quòd contractus vsurarius non est permissus in iure ciuili,& intelligunt de secūdo vel tertio modo permissionis:verū dicunt.Si verò intelligant de primo,falsum dicunt.

¶Vlterius etiā per hoc apparet,quid sit dicendū ad alia dubia super iure introducta.Ad primū nāque dicendū est,quod non obstante quod ius ciui-
30 le sit fundatū † super iure naturali potest tamē aliquādo esse prohibitum in iure naturali,quòd non est prohibitum in iure ciuili. quia prohibitio iuris ciuilis addit suprà prohibitionē iuris naturalis:vt superius patuit. Ad secundum dicendū, quòd non sequitur propter hoc, quòd ius ciuile se opponat iuri diuino:quia talis permissio non est per oppositum,sed per obmissionē, quasi negatiuè non cōminando pœnam, eò quòd obmittit & relinquit talem contractum prohibendum & puniendum iuri canonico & diuino, quibus magis videtur congruere.Ad tertium dicendū,quòd imperator mandat seruari ea,quæ statuta sunt in cōcilio Niceno:quia nō vult,quòd ea,quæ sunt in dicto concilio prohibita,sint à iure ciuili permissa per amotionem alicuius impedimenti,vel per concessionē alicuius auxilij:non tamen propter hoc intēdit,quod quæcūq; ibi prohibita sunt, sint prohibita à iure ciuili per pœnæ comminationē.Vel potest dici quod imperator mandauit illa seruari per approbationem: quia ea approbauit tanquā rite facta: non autem mandauit seruari, quæcunque ibi statuta sunt per pœnæ comminationē. Apparet insuper ex omnibus istis,quid dicendū sit,quantū ad istū articulū. Nā cū quęritur vtrū ius ciuile valeat iuri canonico obuiare, vel vtrum habeāt adinuicem tantam concordiam,quòd quicquid est contra vnum,necessario sit contra

sit contra alterum: dicendum est statim, quod duobus modis potest intelligi ista obuiatio. Vno modo, per cōtradictionem. & tunc dico, quod non: quia vbi lex ciuilis contradicit iuri canonico, nullius est momenti, vt patet in decretis. x. di. quæstiones. Alio modo per obmissionem siue derelictionem, vt ita dicam: quia certè obmittit prohibere aliquid, cuius prohibitionem & punitionem relinquit iuri canonico & diuino: quibus magis hoc congruit. & isto modo videtur dicendum, quod sic. Et ita patet, quid sit dicendum, quātum ad totam quæstionem. quia ostensum est, quomodo contractus vsurarius sit aliquo modo permissibilis in iure ciuili. scilicet, permissione indulgentiæ pœnæ. non autem permissione tollente impedimentum, vel præstante iuuamentum. Ioan. And.

RESTAT ergo nunc vltimò soluere rationes, quæ in actu disputationis allegatæ videntur esse ad oppositum. Ad primum ergo principale dico, quòd vbi aliquid donatur nullo primo pacto & malitia conuoluto, illud vtiq; potest licite recipi & sic maior sit vera sub illo intellectu: sed minor erat falsa. quia in contractu vsurario lucrū donatur à primo pacto explicito, vel saltē implicito: vt potest patere in his, quæ dicta fuerunt in primo articulo, quando quæsitum fuit, quid esset vsura. & in quibus rebus committatur

AD SECVNDVM verò, cum † dicebatur quod contractus vsurarius nō erat contra charitatem: quia vergebat in vtilitatē vtriusque partis, dicendū: quod licet quādoque non sit contra charitatē tanquā aliquid inutile, est tamen contra eā tanquā aliquid inhonestum & vitiosum. Nam ostensum fuit. s. in secundo articulo, quòd contractus vsurarius est ex natura rei vi & malo cōuolutus & hoc ipso necessariò contra charitatē.

AD TERTIVM verò cū dicebatur, quod licebat accipere lucrū de re sua. res autē mutuata est ipsius mutuantis. Nam quanuis transferat eā, quantum ad substantiam: retinet tamen sibi potestatem, quantū ad valorem. dicendū est, quòd ad illud vnusquisque licitè potest lucrum recipere de re sua: dūmodo res illa sit apta & nata lucrifacere. sed res mutuata non est talis: imò ꝙ lucrificet, est omnino cōtra naturam, vt patuit. s. in secūdo.

AD QVARTVM verò cū dicebatur, quòd domus, est quid artificiale, nec est apta nata parere domū: & tamen videmus, quòd per licitū contractum vna domus posset parere plures alias. nam posset aliquis per pensionē domus vsque ad certum tēpus recipere aliam domum, & iterū vsque ad quoddam tempus aliam: & sic deinceps, & per cōsequens isto modo vna domus pariat multas. ergo eodem modo dicebatur de pecunia: quātumcunque sit quid artificiale: potest parere pecuniā per licitū contractū. & sic contractus vsurarius nō videbatur illicitus. Dicendū ad istā rationē, quod tanquā pecunia non parit pecuniā, nō est, quia sit artificiale: sed quia habet sibi pristinū declinatū valorem ab ipsa arte. vt patuit suprà in secundo articulo. & ideò nō potest exercere

exercere in suo valore, ita quòd recipiatur pro eo vltra sortem, nisi per cupiditatem & malitiam ipsius mutuantis. hoc autem dici nō potest de domo, quia quanuis sit quid artificiale: non tamen habet sibi pristinum valorem determinatum ab arte. & ideò potest exercere in suo valore, ita vt recipiatur aliquod lucrum pro eo, sine omni vitio. Ad quintum verò,

32 cùm † dicebatur, quod contractus vsurarius deberet permitti: quia per ipsum multa mala vitantur, vt pote damnum in rebus, periculum in personis. Item, quia per ipsum sequebantur bona, scilicet, pauperum sustentatio, & mercantiarum saluatio. Dicendum vtique ad istam rationem, quod ista mala que possunt vitari per contractum vsurarium, vt plurimum sunt corporalia: sed malum spirituale nunquam debet permitti, etiam propter aliquod malum corporale vitādum, nec etiā propter quodcunq; bonum corporale consequendum: vt patuit. s. in tertio articulo. Et dato etiam. quod per contractū vsurarium aliquod malum spirituale vitaretur aliquo casu: illud tamen regulariter loquendo non videtur posse esse maius, quā sit illud peccatum, quod in dicto cōtractu committitur vt patuit. s. in eodem articulo. maius autem malum nunquā debet permitti propter minus vitandum. Ad sextū verò quod dicebatur, quod iuristæ excipiunt aliquos casus: in quibus vsura permittitur, ergo videtur permissibilis. dicendū, quòd cū iuristę hoc dicūt, talis modus dicendi nullo modo est verus, vel omnino improprius. nā dicti casus nō excipiūtur, quali in eis sit vsura: sed quia videtur in eis aliquid simile vsuræ: vt patuit. s. in quarto articulo. Ad septimū verò, cū dicebatur, quod vsura esset permissibilis saltem in iure ciuili, non videretur ius ciuile in aliquo obuiare iuri canonico: cuius contrariū videtur habere in decretis. x. di. l. imperatori. Ad istā rationem patet solutio per id, quod dictum est immediatè in isto articulo: quia verum est, quòd per ius ciuile nō obuiatur canonico vel diuino per cōtradictionē. quia tunc nullius esset momenti. vt. s. dicebatur. potest tamē dici, quod in Niceno concilio vsuræ prohibitæ fuerunt. & ita videtur pręsumi, quòd in iure ciuili debeāt esse prohibitæ. Dicendū sicut dicebatur. s. quod imperator mandat seruari ea, quę statuta sunt in dictis cōcilijs per approbationem, non contradicendo scilicet, & nō per prohibitionē quorūcunque malorum pœnam comminando. Ad ix. quādo arguebatur, quòd duobus malis cōcurrentibus semper

33 † minus est eligendū, quod probatur per ius diuinum & ciuile. per ius diuinum primò, quia inuenimus in lege Mosaica. s. Gen. xviij. quod Loth tradidit filias suas fornicationi, vt vitaretur maius malum. s. sodomiticū. Item videmus de iure ciuili, quod minor restituitur regulariter ex contractu, quē ipse facit: & tamē ius ciuile vult, quòd nō ex omni cōtractu: quia tūc nullus secū contraheret. & sic minus malū eligitur. ff. de mino. l. & fi. sine. §. j. ergo eodē modo vsurā fieri, cū sit minus malū, quā ipsam nō fieri videtur, quòd de iure sit eligendum, & permi

& permittendum ipsam fieri. Quòd autem ipsam fieri, sit minus malum, quàm ipsam non fieri, probatur: quia si nullus præstaret ad vsuras, pauperes sæpe morerentur famæ. Dicendũ ergo ad hoc, quòd vbi duo mala concurrunt, semper minus est eligẽdum ab illo, qui necesse habet incidere in alterum de duobus. & ideò pauper potius debet eligere recipere mutuũ ad vsuram, quam mori fame. ipse autem vsurarius non incidit necessariò in alterum duorum illorum malorũ: quia potest mutuare sine vsura. & isto modo vitabit famem & mortẽ pauperis. & per consequens non incidit in aliquod illorum malorum. & hoc apparet immediatè, quòd vnus & idem actus potest esse vitiosus respectu vnius, qui tamen non est vitiosus respectu alterius. Contractus ergo vsurarius, quanuis sit vitiosus respectu eius, qui mutuum præstat: nõ tamen respectu eius, qui recipit. sicut & potest poni exemplum in passione Christi, quia fuit vitiosa respectu Iudæorum, qui eam intulerunt: non autem ex parte Christi qui eam recepit: imò valde virtuosa. Vel possumus nos de isto argumento breuiter expedire, dicendo quòd, de duobus malis semper minus malum est eligendum illi, qui esset causa vtriusq; mali. quod non potest dici in proposito. nam & dato, quòd & pauper moriatur fame ex eo, quòd non inuenit pecuniam ad vsuram, ille tamen qui potuit eam præstare, non fuit causa suæ mortis: fuisset tamẽ causa illius peccati, quod committitur in vsura, si suam pecuniam ad vsuram præstaret. & ideò potius debuit velle vitare illud peccatum, cuius causa ipse fuisset, quàm aliud, in quo nullam culpam habuisset. & de hoc. xiij. dist. in sum. & xj. dist. c. j.

34 ¶Ad x. cùm dicebatur, quod ea† quæ parificantur in effectu, debent parificari in iuris dispositione. ff. de verbo. oblig. c. j. l. à Titio. & ff. ad l. Aquil. l. illud. sed peccata & opera parificantur in effectu. ff. pro socio. l. societate. §. j. ergo idem ius statuendum in vtroque. quia de similibus ad similia procedũt. Sicut ergo in casu, vbi ex opera mea participo tantum de lucro, quantum in pecuniam possessionis. sic & vbi pecuniam meam dabo, etiam simul opera tua potero de ea licitè lucrum recipere.

¶Ad hoc dicendum, quòd non est simile: quia opera sine pecunia potest fructificare. nec fieri habet determinatum valorem à natura, vel ab arte. & ideò possumus de ipsa licite lucrum recipere. pecunia autem sine opera non est apta nata ad fructificandum, & habet terminatum valorem ab artè. quapropter nullus potest de ea sola licitè exigere lucru.

35 ¶Ad x i. verò cùm dicebatur, quòd illud† quod est licitum in vno casu, præsumitur semper licitum: vsura autem videtur licita in quodam casu: vt verbi gratia: ego qui habeo molendinum, do pecuniam Titio, vt magis veniat ad molendinum meũ, quàm vicinorum. & tamen si alibi iuisset, tantum de labore habuisset, & tantum de pensione soluisset. nec hoc obstante tenetur communiter, quod receptio talis pecunię sit licita.

& tamen

& tamen ea videatur vsura:quia recipitur vltra sortem & laborem. Dicendum ad hoc, quòd sicut patuit suprà in iiij. articulo. vsura in nullo casu permissibilis est, nisi eo modo quo allegatum fuit suprà in iij. articu. In casu ergo hîc habito, si esset vsura, nullo modo esset licita receptio dictæ pecuniæ. quapropter dicendum, quòd nulla est ibi vsura. nam cùm vsura generetur maximè de ipso mutuo, vt patuit suprà in primo articulo:& in dicto casu nullum sit mutuum, relinquitur simpliciter, quòd in eo nulla sit vsura.

36 Ad XII. verò, non † dicebatur, quòd si homo pecuniam nõ mutuaret, esset deperdita, & non multiplicaretur, nec ex ea communis vtilitas resultaret. & per consequens videbatur, quòd vsura esset licita & permissibilis:quia illud ex quo aliquod bonum vtile multiplicatur, videtur licitum & permissibile.

¶ Ad hoc ergo dicendum, quòd illud ex quo bonum vtile multiplicatur, saluato bono honesto licitum est & permissibile. sed in proposito non est ita. nam quanuis per contractum vsurarium multiplicaretur sæpius bonum vtile:non tamen saluatur ibi bonum honestum & virtuosum:cùm habeat malitiam conuolutam:vt patuit supra in secundo articulo.

37 ¶ Ad XIII. verò, cùm † dicebatur, quòd vsuræ essent permissibiles omni iure: quia sanctæ & probatur per hoc:quia illius naturę est causatũ cuius est causans. sed vsuræ sunt permissæ à legibus ciuilibus, quæ sunt sanctæ:ergo &c.

¶ Dicendum, quod si leges ciuiles ita permitterent vsuras, quod essent causa earum, tunc argumentum concluderet: nũc autem ita permittunt, quòd non sunt earum causæ:quia nõ permittunt eas, tanquã eas fieri præcipientes, vel eis auxilium præstantes:sed solùm tanquam pœnam non infligentes, vt sæpius dictum est.

38 ¶ Ad XIIII. cùm † dicebatur, quòd vsura est causa mutui, quod est bonum. ergo & ipsa bona & licita. dicendum ad istam rationem, quòd vbi vsura est finis mutui, ibi tale mutuum non est bonum. & ideò melius est in tali mutuo se præseruare.

¶ Ad XV. cùm dicebatur, quòd si vsura non esset licita:tunc alienatio rei acquisitæ per vsuram non esset licita. quod videtur esse falsum.

¶ Dicendum, quòd alienatio talis rei ideò est licita, quia si aliquod lucrũ ex ea oritur, illud non peruenit ex sola pecunia vsuraria:sed ex opera illius alienantis similis cũ pecunia.

39 ¶ Ad XVI. cùm dicebatur † de illo, qui habet molendinum, quod potest præstare pecuniam Titio vt magis vadat ad molendinũ suũ, quàm aliorum:& tamen dicit, quòd in dicto casu non sit vsura: licet propter dictum mutuum recipiat lucrum, quod non recepisset, si mutuum non præstasset, vt ita videtur secundum istam viam, quia iste casus sit omnino alius ab illo, qui fuit positus in xj. argumento.

¶ Ad hoc ergo dicendum, quòd habens molendinum, si præstat pecuniã Titio cũ ista intentione:quia magis vadit

vadit ad molendinum suum, quàm vicinorum, ex hoc ipso dicit videri vsurarius in mente: quia vbicunque aliquis intuitu intendit recipere aliquód commodũ vltra sortem, quod quidem commodum potest per pecuniam emi: tantundem valet, ac si reciperet pecuniam vltra sortem: & per consequens eodem modo est censendus vsurarius. Si tamen quæratur vlterius, vtrum teneatur ad restitutionem: dico, si sua intentio sic nota Titio eunti ad molendinum, tenetur ad restitutionem propter causam superius assignatam in primo articulo, quando agebatur de vsura mentali.

¶Si autem vlterius queratur, vtrũ teneatur restituere totum, quod à Titio recepit pro pensione sui molendini: dico, quòd non, sed tenetur restituere tantum, quantum reputat sibi valuisse inde commodum, quòd recepit propter hoc, quod Titius iuit ad molendinum suum, ad quod non iuisset, si pecuniam non præstitisset. Intelligo autem per illud commodum, concursum gentium vel notitiam, quam consequitur suum molendinum ex hoc, quòd Titius iuit ad ipsum: & ideò tantum debet restituere, quantum reputat sibi valere illud tale commodum, quod cõsecutus est per Titium, dato quòd deberet ipsum emere. si tamen vlterius quæratur, cui debeat fieri ista restitutio: dico quòd non debet fieri Titio: quod illud lucrum, quod cõtulit illi, cuius est molendinum obligabatur ex solo seruitio, quod habuit de molendino circunscripto omni seruitio mutui. Et ista duo bene stant simul, scilicet, quòd iste, cuius est molendinum, teneatur restituere, tamẽ ille, quæ iuit ad molendinum, recipit aliquod beneficium, vel lucrum intuitu mutui, quod antè non recepisset: ille verò, qui iuit ad molendinum contulit aliquod lucrum intuitu mutui: quod anteà non contulisset. & ideò in nullo potest se putare grauatum. ergo nulla dicit sibi fieri restitutio. Ex quibus omnibus potest rationabiliter concludi, quòd restitutio prefata fieri debet eodem modo, quo fit restitutio, quæ est de vsura incerta. Sciendum, quòd si ille, qui iuit ad molẽdinum fuisset ex hoc consecutus aliquod damnum, quod non fuisset consecutus eundo ad molendinũ alterius, debet ei dicta restitutio fieri ad quantitatem illius damni. Ioannes Andræas.

SVMMARIVM.

1 *Venia, quàm variè sumatur.*
2 *Fugitiuus, quis.*
3 *Peccati venia, quæ requirat.*

REGVLA V.

1 PEccati venia dicit Io.mo. quòd †venia quandoque sumitur, pro licentia.ecc. xxv.non des mulieri nequam veniam.pro eundi licentiã vel libertatem.& facit.C.de in ius.voc.l. venia, quandoque sumitur pro indulgentia vel remissione, vt hic.& in.l. manichæos.quam alleg.gl.& dicitur à veniendo, quod venit alienare vel indul

indulgente.

¶Prima gl.facit.iiij.primò,exemplificat regulam. Secundò, declarat distinguendo duplicem offensam. Tertiò, successiuè signat & soluit duo contraria. Quarto,exemplificat contrarium regulæ:ibi dicitur, peccati veniam pœnitentibus indulgemus.& ibi:quid sit fugitiuus.

¶In j.glo.ibi : manichæos.fugiti- 1
2 uus est,qui† ea mente discedit, ne ad dominum redeat, etiam si mutato 2 consilio ad eum reuertatur. nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desijt.In glo.j. ibi:videndũ dicit Ioan.mon. omne peccatũ com- 3 mittitur in Deum. vt in psalmo: Tibi soli peccaui. propter quod primò
2 necessaria † est ipsius remissio. Est necessaria peccatis dispotio,cũ actus
a ctiuorum secundum philosophum ij.de anima,sint in patiente,& disposito.Deus ergo in venia peccati principaliter est agens:instrumentale, in 1 hoc est homo pœnitens, qui gratia diuina, præueniente fit adiutor Dei: secũdũ Apostolũ j.ad Cor.iij. Inducit illud Aug. Qui fecit te sine te:nõ saluabit te sine te:& sic soli coniuncto datur venia.& ibi:quid sit fugitiuus. & sic soluatur cõtrariũ, ꝙ significat quod contrarium huius regulæ & regulæ suprà proximæ.de l. ista & de l. qui ea mente.ff.de furt.& del. j.ff. vi bon.rapt.per quæ probatur quod cor recto vel ei, qui rem restituit, non reuertitur peccati venia. aliud enim est remittere culpam, quàm pœnã: vt sequitur cum Dy.suprà c.proxi.dixit illud de iur.ciuili:hoc de benignitate cano. hoc verò dicit, quod quia facilius ligatur de iur.diuino,scilicet per cogitationem cum firmo proposito,quàm de iure ciuili.vbi requiritur actus. ita facilius soluitur quæstio huius regulæ posita suprà.regula proxima.

SVMMARIVM.

1 *Locutio pluralis,an sit vno contenta:vel duo requirat.Et quid de singulari.*

2 *Appellatio vnica a duabus sententijs an sufficiat: an verò vtraque sententiã sua seorsum & particularem requirat appellationem,& nume.4.*

3 *Appellatio vna respiciat'ne omnia præterita: & vna petitio,multas actiones.& numero.5.*

REGVLA.



Pluralis locutio duorum contrà,quod† sit contenta vno.ff. de condi. & de monst.l.falsa.§. fin. vbi si lego Stichum & Pamphilum. si mei erunt cum moriar. vnus tamen qui meus erat tempore mortis, cedit legato. Dy.dicit,quod ibi non dicitur, quòd pluralis locutio sit vno contenta. sed quod geminat significationẽ singularis operando, scilicet quod duæ singulares facerent ad idem. ff. de leg.iij.l.qui concubinã.§.Stichus. C.de imp.& all.sub.l.quanuis.

¶Prima glo.ponit exempla. secunda obijcit de vna. & dupliciter soluit. Tertiò dicit in testibus regulam procedere, vbi numerus non additur ponens. xvj. casus, vbi plures quam duo requiruntur. Quartò dicit in

prono

pronominibus regulam non loqui. In glo.j.ibi principaliter.vide præd. dec.j.& in j.glo.& ibi:vnicuique.lib. xij recepti.vltra numerum militantium in sacris scrinijs per ordinem, quem sortiri sibi ponuntur in locis deficientium: vbi posterior per xv. testes priuatum scrinio dignior fore probetur.¶In j.glo.ibi si certè.l.vlt. hæc lex codicis requirit tres testes. sed authen.ibi posita requirit.& dic vt ibi not.& ibi præsul.ecc.c.se.vide plenius de his in Spec.de teste.§.restat de numero.

QVAESTIO.

Hæc regula facit pro opinione Inno.quam sequi oportet, vt plenè scripsi de fide instru.cum Ioannes in glo.mag.& super glos.& ita,scilicet quod per duos testes reprobetur instrumentum.Cùm enim.l.optimam. in fi.C.de const.stipu.dicat per testes reprobari,intelligam de duobus.dec. & tertio.suprà de prob.dicit per fratres domus reprobatur. intelligã de duobus.& quia vbi suprà,plenè scripsi,hic non insisto.Sciendum autem, quod sicut pluralis locutio est cõtenta duobus & sic singularis contenta est vno & duos abhorret,maximè in materia restringibili.huic conuenit quæstio,xxiiij.Goffre.quæ talis fuit: aliquis ab eodem & coram eodem iudice conuenitur,diuersis tamen libel.& super diuersis rebus, iudex in vna actione condemnat: & demum eodem contextu condemnat in alteram.condemnatus appellat & impetrat super ap.rescriptũ huius formę: conquestus est talis,ꝙ iudex talis in quam tulit diffinitiua sententiã contra ipsum à cuius sententia ad sedem apostolicã appellauit,& sequitur.Et generalis conclusio:petit impetrans per hoc rescriptum vtraque sententiam reuocari.Ex aduerso excipitur, quòd non fuit appellatum ad vtraq; sed ab vltima tantùm,quærebat an sic excipi possit:Quod possit allegat quatuor,& quatuor in contrarium. tertiò soluit & contrarijs respõdẽdo Quòd sic excipi possit,probatur per l.cùm in vna.ff.de app.vbi dicitur, quòd si dupliciter sententia fertur in eum,vna sortis,& alia vsurarum,dupliciter appellatio necessaria est, ne alteram agnouisse,& ex altera prouocasse videatur.So.qui nõ appellat sentẽtiæ cõtra ipsum latæ,acquieuisse videtur.ij.q.vj.biduum.circa fi.ff. qñ ap.sit l.j Cũ gl.à prima sententia nõ appellauerit,non est illius executio differẽda.ij.q.vj.si quis ex pluribus.Cùm ergo diuersis libellis super diuersis rebus ageretur,tot sunt sententiæ quot sunt res:licet vno verborum cõtextu omnes sentẽtiæ proferantur.sicut & in stipulationibus dicitur.ff.de ver.obli.quod dicitur & l. scire & l.pluribus.& vide quæstionẽ in iij.membro,super regula,delictũ. plures ergo appellationes sunt necessariæ sicut & plures denuntiationes, vbi plura sunt opera.ff.de no.o.nun. de pupillo.§.si in pluribus.Simile de abolitione dicitur.ij.quæstio. iij. §. notandũ.vbi si plura.sic& excõmunicatus pro pluribus causis,omnes debet exprimere in absolutiõe.de sent. excom.cùm pro causa.&.c.officij.de off.ord.ex parte.Tertiò facit ad quæstionem de app.super eod.l.vbi per

appellationē super exceptione, non dicitur appellatū in principali, quod sine illa terminari non potest: hæc autem sunt talia, cùm vnum cum altero nil habeat commune, ergo &c. Quartò bene facit de præben. is, cui. j. respon. in fi. 3. eo. lib. vbi patet, quòd singulare nomen beneficij, vnum solum cōprehendit, & duo. facit etiam 3. eo. lib. de re iudic. c. pe. j. respon. vbi si ponatur singulare, vbi requiritur plurale, vitiatur quod agitur. Etiam cōstat, quòd si duo diuersi iudices illas condēnationes fecissent, nō satis fuisset ab vna appellare, ergo nec quando per vnū. ff. si cer. pet. l. singularia. facit. viij. q. 6. j. in scripturis. de pœ. dist. iij. adhuc instat.

3 ¶In † contrarium, appelletio respicit omnia præterita. de app. secundò requiris. & c. inquisitionem. & vna petitio multas actiones includet. C. de an. excep. l. si ex multis. vna ap. plures leuat. ij. q. vj. ver. quandoque. & C. si vnus ex pluribus. l. ij. & iij. solu. cùm non separatè factæ sunt condēnationes ergo sufficit vna sentētia, & sic vna appellatio. ff. de ap. si qui separatim. j. respon. Nam cùm arbiter pronuntiat simul de pluribus controuersijs; se non contingentibus, dicitur vna sententia. ff. de arbitris, quid tamen, facit de simo. dilectus de. præscrip. auditis & c. veniens. Tertiò vna
4 † verborum conceptio facit vnam stipulationem super annuis præstationibus. ff. de do. causa mor. l. senatus censuit. §. vltimo. Item plurium rerum datio, vna intelligitur: etiam si excedat coaceruatio omnium summam quingentorum aureorum, vna sit insinuatio. C. de dona. scimus. in fi. licet sit arg. contra. ff. de iur. om. iud. si idem respon.

¶Quartò, plures sententiæ coaceruatæ vnum constituunt creditorem. ff. de pac. l. maiorem. & l. si plures & C. qui bo. ce. pos. l. vlti. & sic per omnia hoc probatur, quòd ex quo vno verborum contextu vtraq; sententia est prolata; sufficiat vnica appellatio. Soluit quòd ex quo in rescripto dicitur de sententia in singulari, cùm negari non possit fuisse plures sententias, quāuis vno verborum cōtextu prolatas, non audietur nisi contra vnam scilicet, cōtra vltimā, vel contra duriorem. facit. ff. de sol. in primis. v. legibus, nec etiam ante rescriptū dicetur ab vtraq; sententia appellatum; per præ. l. cùm in vna.

¶Ad contrariā, non respondet, tu dicas, quòd duæ decre. allegatæ non loquūtur de appella. interposita: sed de culpa, quę illam remouet. circa quam ponderatur intentio scribentis. Item ibi de vnico rescripto, cuius contrarium esset in duobus. hîc autem de duobus libellis, duabus instantijs, & duabus sententijs.

¶Ad secundum fateor, quod plures 5
† actiones vno libello potuissent intētari: sed ex quo contrariū est factū dupliciter dicitur instantia.

¶Ad tertiū fateor, quòd appellatio vnius ex condemnatis socios releuat cū casu illorum iurium, cū distinctione decr. pe. 3. de appel. sed hoc nō contingit in casu nostro. l. si qui separatim. facit pro: cùm hic fuerit separatim diffinitum, & sic sit responsum ad reliqua.

¶Dicemus

¶ Dicemus ergo, quod licet super omnibus vna lis & instantia fieri potuisset,& sic vna sententia distiniri. de priuil.cùm olim.ij.ex quo tamen fuerunt duæ in facto,& duæ sententiæ,ab vtraque fuit appellandū. sicut & diuisio parietis facit duo cœmeteria,quæ poterant esse vnum.3.eo.lib. de cō.eccle.vel alta.c.vno.ij.respō.& duas domos.& aliqualis diuisio duos fundos,vt patet.ff.communia præd. si quis duas.§.j.de lega.j.l.plane.in fi. & de vna præbenda,duas.de præben. tuæ.vbi de hoc &.c.vacãte.& de vna prouincia duas.ff.de offic.asser.si eadem.sic & in proposito,diuisio libellos & instantias facit duas, causas, vel lites.

SVMMARIVM.

1 *Plus, an semper minus contineat.*

2 *Stipulationem reddit inutilem diuersitas in qualitate.*

Ecclesia, quæ accepit ab alia ecclesia annuæ viginti: & per xl. annos accepit tantùm decē, an posteà possit integrā viginti petere. & nu.4. disting. nu.6.

7 *Ecclesia si viginti soluebat per emphyteosim alteri ecclesiæ, soluendo tantùm partem post tempus, an perdat rem totam, vel partem, aut nihil.*

1 REGVLA XXXV.



PLus semper. Dy.ponit exēplum,per l.qui quartā.ff. de leg.j.vbi si testator intendens legare quartam, legauit dimidiam debetur quarta, quæ inest.& si intēdens legare quinquaginta,legauit cētum,idem. Item per l.de verb.oblig.l.j. §.si stipulāti. ver.si stipulanti. qui interrogat de xx.respondetur de decem tenet stipulatio.iij.xxj.sed contrà eo.ti.inter stipulantem.j.respon.vbi, si dicat:promittis Stichū aut Pamphilum.& de Pamphilo respōdetur,stipulatio inutilis,quasi interrogatio non præcesserit.ergo minus nō cōtinetur in pluri.
2 Dicit Dy.quòd non est illa ratio, quòd non contineatur.sed quærendo de duobus,stipulari vult vtrumque, sed si alterum nō detur,responsio de altero est pura,& sic est diuersitas in qualitate,quæ stipulationem reddit inutilem.ff.de verb.obli.l.j.§.si quis simpliciter.& de hoc in fin.& de hoc Io.mo. Idem in casu conuerso,si stipulāti de Sticho aut Pamphilo.ff.de fideic.Græcè.§.si quis Stichū & Pamphilum.& respondetur de Sticho,cui bene valet in Sticho.nam, vt dicit, omnis, copulatiua est l.plures.ff.de verbo.oblig.quod dicitur,valet. ergo in specie vel summa,quæ cum stipulatione concurrit.ff.de verb.obli. l.j.§.sed si mihi.& l.inter stipulātem. §,diuersā.

¶ Prima glo.dicit,vnde sumpta.& ponit exempla.& coniungit alias duas regulas.Secundò sibi successiuè duo contraria soluit.Tertiò ponit casum exceptum,& exponit de quo pluri loquatur regula.

¶ In j.gl.ibi in eo quòd plus.sequitur est,semper inest minus.&ibi.§.si plures.casum habes in c.proxi allegato.

¶ In j.gl.minus:qualitate,& sic soluitur tertium,de l.solemus.ff.de iud.l. latruncularibus,& vbi cōceditur merum imperiū,& denegatur cognitio ciuilium.nam illę sunt species distin

ctæ.vt not.s.de iur.om.iudi.l.imperium & sic vna concessa nominatim denegata sit altera.ar.de procur.maritus.Dyn.

QVAESTIO.

3 Huic†regulæ coadaptatur quęstio domini talis.xxuj.qua quæritur:si ecclesia debet alteri ecclesiæ annua.xx. & per xl.annos soluit sola.x.an posteà petere possit ecclesia integra.xx. Allegat tria quòd possit. Secundò,quatuor ꝙ non possit.Tertiò datur solutio Thomæ distinguēs.subditur dictum Accursij & remissio Guli.& Dyn.distinctio.in fin.super duobus dubijs fit remissio.Quòd petere poterit,allegatur.ff.de seruitu.ru.præd.vna est via.& de seruitu.vt pomum.§.j.& quemadmodum seruit.amit.stillicidij.in fin.quid dicant istæ tres.l.vide in.ssuffra.de præscriptiōe.auditis.super gl.pe.& illis con cor.ff.si seruitus ven.si eo loco.§.fi. Si ergo per tres retinetur seruitus,vt ibi.ita & hîc per partem debiti solutā ius in toto retineo.facit.ff.de fur.vulgaris.canon.de pœ.dist.j.Secūdò, publicæ functiones vel ciuiles canones præscribi non possunt.xvj.qō.iij. in l.iubemus.C.de præscrip.xxx. vel xl.ann.l.competit.circa fin.ergo nec ista pensio,cùm ecclesia ęquiparetur rei publicæ.xvj.q.iij.§.potest. xxiij. quæst.iiij.quid ergo.Tertiò,ecclesia non soluendo totum,& soluendo,habuit malam fidem,& sic præscribere non potuit de præscrip.quem omne. supra eodē.possessor.In contrarium

4 †ius episcopale pro parte pręscribit. de pręscrip.auditis &.c.cùm olim.sic ergo & pensio ista pro parte præscribi potuit per ecclesiam soluentem. Secundò pro hac parte facit.ff.qui.mod.vsufru.amit.l.placet vel certæ partis,vel pro indiuiso vsufr.nō vtendo amitti.& l.is qui vsumfru.habet. Quid dicat,videbis in solutione.facit etiā.ff.de vsur.qui semisses.C.de vsuris.ff.de aqua.quotid.& æsti.l.j.§. Trebatius.& quod de separabilibus dicam.ꝭ.eod.vtile.Tertiò videtur ecclesia suo iuri renuntiasse tanto tempore medietatem recipiendo de priuil.si de terra.

¶Item si totum præscribi potest,ergo & pars.de offi.deleg.pastoralis.§. j.de do.inter virum & vxo.imp.ff.de rei vend.quæ de tota.Quartò,si speciale est in tributis,quòd soluens minus,quàm debeat,non præscribit.C. de præscrip.xxx.an.l.comperit.ergo in alijs secus.& videtur expressum. de cēsi.olim.Soluit Barth.ꝙ si.x.quę

6 †soluebātur,debebantur ex alia causa,in illis.x.videtur præscriptum.sed si ex eadem causa debebantur,videtur ecclesia soluens partem,agnoscere totum debitum. C.de præscript. xxx.vel xl.ann.cum notissimi.§.pe. Accur.ibi.in fin.j.glo.simpliciter tenuit non præscribi.alleg.de non nu. pec. l. cùm fidem.vbi soluens partem debiti,vel vsurarū,amplius non opponit pecuniā nō numeratam.Ad idem induci potest,quod dicit lex de patre,qui soluit partem debiti à filio cōtracti.quia cessat macedonianū.ff. ad mac.Item si filius alle.sed nullus. §.fin.¶Ad glos.præ.remittit Guli.in Specul.de præscript ver.quid si eum debent,sed alibi.ꝭ de locato.§.nunc aliquā.ver.xlij.ad literā ponit præd. solu.

fol. Bartho. & Dyn. cuius dictum ponit Cynus in præ. l. distinguit. aut est vna præstatio, aut sunt plures. primo casu aut ego, qui recipiebam .x. tantum, sciebam eum teneri ad .xx. & tūc retineo ius in alijs .x. & eo casu accedat hæc regula: quia cùm minus con tineatur impleri, recipiendo scienter partem, retineat possessionem totius, per iura prius allegata. si autem credebam eum teneri ad .x. tantum, tunc mihi præiudicat. sic distinguit. l. in vsufructuario. qui tantum vtitur & non finitur. ff. quibus mod. vsufruct. amit. l. is, qui vsumfructum. & ratio secundum eum, quia non videtur habuisse animum mihi obligandi vel retinendi seruitutem, quam ignoro. ff. quemadmodum seruitus amit. si communem. & l. vna est via. Secundo casu, quando erant plures præstationes, tunc per vnam præstationem aliâs non retineo: sed eas perdo. ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. in princip. vbi dicitur, quòd si mihi habenti ser uitutem aquæ nocturnæ, ducendò posteà ceditur ductus diurnæ: & ego per, constitutum tempus vtor tantùm nocturna, perdo seruitutem diurnæ: cùm plures sint seruitutes, & diuersarum causarum. & vide, quod dixi in præ. decre. auditis. de præscrip. super glos. penulti. Ex prædictis au-
7 tem incidunt † duo dubia: an si ecclesia illa .xx. soluebat per emphyteosim, soluendo partem tantùm, pòst tempus, iure perdat rem totam, vel partem, vel nihil: de quo vide in spe. de locat. §. nunc aliqua. versi. xxix. saluo semper quòd dixi. de reli. do. constitutus. super gloss. hoc verò. sed an debens annua .xx. primo anno, quo cessauit, incipiat præscribere pro an-
2 nis sequentibus: an quolibet anno in choet illius anni præscriptio? de quo satis. C. de præscript. xxx. an. cùm notissimi. §. fina. & in Spe. de loca. præalle. §. ver. xlj. & vide quod dixi post Gof. de præscript. auditis. super versi. solutionem. Ioan. and.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorum vsus, quam necessarius.*
2 *Compaternitas an poßit contrahi per procuratorem. & nu. 4. 6. 8. 10. 11.*
3 *Compaternitas acquiratur ne vxori, etiā ignoranti, ex facto viri. & nu. 13.*
5 *Cognatio, quid.*
7 *Cognationis três species.*
9 *Procurator in quibus non poßit constitui.*
11 *Matrimonium per procuratorem an contrahi potest.*

REGVLA LXVIII.



Otest quis. dicit Dy. regulam restringendam ad ea, quę possunt per alios explicari. aliâs quòd not. ff. de. vi & vi ar. l. j. §. quo. Io. mo. dicebat hîc ponendum casum per l. j. de procur. quam alleg. glo. tamen secundum distinctionem legis primæ. ff. an per alium. ap. ca. ex pos. quę distinguit inter pecuniariam, etiam ex qua irrogetur ignominia, & capitalem, vel ex qua pœna debetur vsq; ad relegationem. prima per procur. tractari debet: secunda non. de hoc vide, quod scripsi de. accu. veniens. super. j. gloss. ¶ In. j. gloss. ponit exemplą &. xvj. casus exceptos. Secundò ponit. v. casus exceptos à regula conuersa. & rationē.

ipsorum reddens, adiungit duo simi-
lia. & dicit regulam, qui facit non es-
se superfluam. in fine arguit & reuer- I
I titur. ¶ In j. gl. ibi. l. j. §. ij. vsus † procu-
ratorem per quam necessarius est, vt
qui rebus suis superesse non possunt,
vel nolunt per alios id possunt. & ibi
Arethula. si mulier, cui libertas reli-
cta est, si. x. Titio dederit in momen-
to, quo parit, illa det Titio per alium
proles est libera: & ibi. §. ne autem. vi
de de offi. deleg. c. vlt. in iij. glo. & ibi
inter artifices. vide de rescript. cùm
dilecta. in glos. iij. & ibi. nisi in casu
scilicet cùm necessariò habet abesse.
hoc vult. l. j. & ibi, Imperator. propter
partum differtur iuris damnatæ sup-
plicium. & ibi: Aristo. per primum
creditorem habet posterior ius di-
strahendi. quòd ex sui persona non
haberet. & ibi. §. si tutor. qui legatum
pupillo per ipsius tutoris patrem ac-
cepit: vt tutor nihilominus agit de
inofficioso. & ibi quæsitum. vide eod.
titu. quod alicui suo in glo. ¶ In j. glo.
ibi. §. ij. & ibi. de hoc. & ff. de admi. re.
ad ciuita. perti. l. ij. in prima glo. & ibi.
l. vlti. §. penulti. Item vinolentum sta
tim potest deponere: per se ta-
men non: per procur. verò sic. ff. de
vi & vi. arma. l. cùm fundum. dy. & ibi
non per me: vt dixi. de sent. ex. sacro.
super fin. versi. glos. vbi etiam allega-
tur ff. de negoc. gest. at qui natura. §.
cùm me. & ibi. quest. iij. c. vlti. & illud
illustri. C. de procur. l. penult. Dyn. &
ibi. quæsitum. multa exempla quibus
licet alieno nomine, quod non licet
proprio iudicio. ij. quòd alicui suo. in
secunda parte quæstionis. & ibi de ef
fectu iam facti. idem ibi Dyn.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem,
quam disputaui post † do. meum do.
Marsilium quam sic proponebam;
Quæritur an compaternitas contra-
hatur per procuratorem. Et primò
pro affirmatiua allegabuntur quinq;
coniunctim, & tria diuisim. Secundò,
pro negatiua econtrariò tria coniun
ctim, & quinq; diuisim. tertiò. pone-
tur solutio. Item contraria op. & eius
approbatio, alterius quæstionis solu-
tio, & contrariorum responsio. Vide-
tur quòd sic: quia edictum constituen
do, prohibitorium est. s. eo. lib. de pro
cur. c. j. in prin. ff. de procur. mutus. §.
j. & procur. ad omnia negotia potest
constitui. ff. de procur. l. j. ergo & ad
compaternitatem. quia dicens omnia,
nil excludit. xix. di. cap. j. & hoc iur. be
neficij. de potestate constituendi, ni-
hil debet auferri. eo. titu. indultum. &
ibi concor. Item potest quis per a-
lium, quod per se non potest: vt hîc.
&. c. qui per aliû. sicut quis per alium
possidet, & inuestitur. de præscript. si
diligenti. de præben. accedens. & spi-
rituale & carnale matrimonium per
procur. contrahitur. de primo. de elec.
quia propter scriptum. & c. congrega
to. de secundo supra. e. lib. de procur.
c. si secundum marsi. Fortificatur hoc
vltimû: quia carnale matrimonium
est vnum ex. vij. sacramentis. si igitur
sacramenta per procur. contrahun-
tur: fortius sacramentalia, qualis est
hæc cognatio. Ad præmissa addun-
tur tria. Primum, quòd licet compa-
ternitas requirat actum & verbum
infrà. vt probabitur, hoc non impedit
procura. dari. nam & iuramentum
requirit

requirit actum corporalis tacturæ,& verbum.& tamen per procu.præstatur. Primum patet.j.qõ.vij.quot.j.de conse.dist.ij.ego de iur.iur.ego.ij.de ele.vt circa.li.vj.in fin.Item patet ex priuilegio episcoporum,qui certis casibus non tangunt.xj.q.j.non flagitetur.de iur.ca.c.fi.C.de epis.& authen. si iudex.secundum probetur hoc.iij. di.tibi domino.e.di .optatum.xvij.q. iiij.metuentes.š.eo.lib.de elect. procur.de iur.ca.c.fi.de sta.re.c.vno.§.verum. Secundò patet idem in consecratione episcoporum & ordinatione clericorum,in quibus licet requirantur verbum & actus: tamen demandantur.primum.lxxv.di.ordinatiões.&.c.quòd die de sac.vnc.c.vno. & tit.se.c.j.& vlti.secundò probatur. lxiij.di.c.iij.lxxj.di.per totum,de off. ord.quòd sedem.de ele. suffraganeis. de con.ec.vel al.aqua.Tertiò cõstat,

3 quòd ex facto † viri acquiritur vxori compaternitas etiam ignoranti:imò etiam contradicendi.vt videtur.xxx. q.iiij.si quis vnus.eo.tit.Martinus.&. c.j.š.eo.li.fortius ergo per procur.acquiri debet domino volenti & mandanti.ad hoc de simo.sicut tuis.de ba. maiores. de homi. Petrus. & quòd no.š.eod.lib.is,qui tacet.¶ In contra-

4 rium † præsentia & tactus requiritur, vt probatum est:& leuatio.xxx.q.iiij. c.vlti.Item,parificantur carnalis generatio& spiritualis.de bap.debitum. sed in carnali requiritur actus patris. ergo in spirituali actus patrini.Item, in criminalibus & arduis non datur procura.de procur. tuæ.de accus.veniens.de elec.cupientes.ergo nec hîc: cùm circa maiora quid cautius sit agendum, propter maius periculum. de elect.vbi periculum.in princ.cum concor.secundum iur. Probatur hoc

5 fortius † ex descriptione cognationis, quę dicitur secundum omnes:attinentia proueniens ex sacramenti datione,vel ad id detentione.& no.de cog. spi.š.eo.lib.c.j.ergo qui non detinet, vel leuat, non potest esse compater. vnde canones antiqui de hoc vtuntur verbis,suscipit † accipit,tenet,leuat.xxx.quæst.i.in primis.v.capitulis. &.c.omnis.&.q.iij.c.j.ij.&.iij.&.c.post susceptum.&.quæst.iiij.si quis vnus. hisdem verbis vtuntur dec.eo.titu.c. ij.&.c.Martinus.&.c.contracto.&.c. veniens.eod.ti.c.j.& vlt.lib.eo.interdum.geminant sic:accedit,& suscipit in j.c.vlti.& de con.dist.iiij.non plures.Item canones antiqui dicũt,quòd patrinus offert, respondet,gestat, & profitetur.de con.di.iiij.illud.&.c.se. &.c.hi,qui.&.c.quæris.vltra med.&. c.mater ecclesia. per quæ coniuncta probatur,quòd propria persona,manus,obligatio,& responsio requiruntur, ergo procur. non datur vel per alium non expeditur. ad hoc de appel.cùm parari.de hęretic.c.ij.respon. j.de elect.cupientes.eo.lib.C.de testa. habetur consultissima.& l.cùm antiquitas.C.de iur. de liber.sancimus.§. sinautem. Secundò constat, quòd in baptismo requiritur personalis mentio baptizandi.hinc est,quòd adultus non posset per procur. recipere baptismum aquę.ergo requiritur principalis detentio vel leuatio patrini. Primò improbatur ex forma baptismi de baptism.c.j.ibi:Ego te baptizo &c.te.quasi non alium in persona

tui.bene fac.quia adultus.qui baptizatus per ſe reſpondet,nō per alium: ſic ergo patrinus paruuli per ſe teneat,& reſpondeat.primum patet de con.di.iiij.cùm pro paruulis.ad idem. ff.de admi.tu.l.j.poſt prin.Tertiò probatur ſic:

7 cognationis tres † ſunt ſpecies:carnalis,legalis,& ſpiritualis.Prima diuiditur in conſanguinitatem & affinitatē.Secunda in adoptionem & arrogationē.Tertia in paternitatem, & fraternitatem , compaternitatem: vt ſcripſi ſuper rubrica eo.ti.

8 ſed†prima,quo ad neutram ſui ſpeciē contrahi poteſt per procu.quod patet per ſe, & ex deſcriptionibus conſanguinitatis & affinitatis,quas dedi ſuper arbore.Item nec ſecunda,quo ad aliquam ſui ſpeciem.ff.de adop.l.neq; & l.poſt mortem.§.neq; ergo nec hæc tertia: aliàs turpis eſſet hic pars vniuerſo cognationis nō congruens.viij diſ.quæ circa.de ſpō.du.c.fi.Quartò,certū eſt, ꝙ cognatio ſpiritualis habet inducere impedimētū matrimonij dirimēs: licet ex cōſtitutione eccleſiæ nec ob. xxx.q.j.nō oportet:vt ibi not.ſed hæc impedimenta vltra caſus expreſſos à iur.nō ſunt inducenda propter indiſſolubilitatem matrimonij.de qua de voto.c.vno.lib.eod.ad hoc.de teſti.licet in quadam.Quintò ad hanc partem inducunt illa

9 † ſpiritualia notata hîc in glo.non confiteor ſacerdoti per alium.de pœ.diſt.j.l.quem ponit.non aditur hæreditas per procur. ff.de acquiren.hæredi.ſi pupillus.§. Paulus reſpon.nec per alium petit maſculus veniam ætatis.C.de his, quæ ve.æta.in pen.l.ij.nec ſubſtituit datus ad certum miniſterium , vel matrimonium contrahendum . primum,de offic.deleg.c.ſi.C.de caduc. tol.l.vna.§.ne autem.ſecundum,de procur.c.fin.lib.eo.Ex quibus ſic concluditur ad caſum noſtrum . facit ad idem.C.de.in li.l.iij.ff.de admin.tut. obli.§.ſi.

10 Secundò puto†compaternitatem per procur.contrahi poſſe,per prima iura . Marcellinus archid.verò contrarium . eod . titu.c.j.lib.eod.per iura , quæ vtuntur verbo : ſuſceptionis.& per.c.omnes.xxx.quæſtio.j.ibi: nobis ſuſcipientibus,vel inſurgentibus.& per l.de adop.ſ.alleg.ergo reprobata domini mei ſententia hanc ſecundam approbo:per.c.de his.xxx. quæſtio.j.ibi exponit textus,quid ſit tenere puerum in ſacramento,dicens: quòd tenere,eſt ſuper ſe ſuſtinere.ad idem.c.ad lumina.quod ibi ſequitur, dum dicit proprijs manibus retinendum ſuſcepit.ſed quia ibi videtur factum narrare , melius facit primum capitulum.Idem dico per ea,quæ ſupra.dixi de cognatione.cum enim legalis ideò non fiat cognatio per aliū, quia naturam imitatatur . eadem ratione nec ſpiritualis.per quę dico procur . ipſum , & non conſtituentem compatrem eſſe . Non ob.quod forſan hæc non intendebat,quòd colligitur per.c.xxx.quæſt.j.c.j.& per dec. ſecundam.eod.titu.Ex quibus patet, quòd ſi intendens fieri compater meus , credens filium meum leuare, leuat filium tuum,non meus,ſed tuus compater eſt . ſepe enim extra id', quòd agitur.&c.ff.commoda.ſi is,qui. ad fin.de deſpon.impu.c.vno.lib.eo. & ſic ſoluta ſit,quòd ſecūdum alium intellectum eius ,qui eſt , an procur. leuans

leuans nomine alieno, fit compater. ¶ Ad cõtraria respondetur.& dici poss set ad primum, quòd licet prohibitorium sit edictum quo ad tempus, s.constituentes & constituendos. non tamen quo ad casus, quos probãt iura alle. vel aliter. ad id & ad quatuor, quæ sequuntur.& ad id, quod dictum est de iuramento, dic, quòd illa regularia fallunt in hoc casu, propter cognationem, quam habet spiritualis cognatio ad carnalem vt est dictum.

11 ¶ Ad id, quod † de matrimonio dicitur, respondetur, quod licet sit sacramentum: tamen est contractus, qui consensu perficitur: qua ratione per procur. contrahitur. Item magis est in eo optimum procuratoris officiũ, quàm hîc. posui exemplum in rege Franciæ, qui nuper procur. contraxit cùm diuina clementia. Pro instituente, qui vult in partibus cõtrahere, nec vult studiũ exire.& in similibus. sed hîc non est necessarium procur. officium. quia alius poterit esse † patrinus. nec etiam de substantia sacramẽti aliquid esse primum mulciando. Item nego perfectionem sacramenti matrimonialis fieri per alium: quia non est perfectum sacramentum vel ipsius significatum, ante consummationem: vt satis patet. s. de biga. debitum. quæ consummatio per procura. non fieret. quia non cõmiscentur corpora coniugij. quod requiritur, vt patet. ad id quod dicitur de consecratione episcoporũ, & ordinatione clericorum. dic quod episcopus consecrans vel ordinans, non recepit hanc potestatem à mandante: quia illam prius habebat ex ordine. quòd dic vt in j. decre. quod sedem.&.c. aqua.& de transla.c.j. Ad id, quod dicitur compaternitatem acquiri coniugi ignoranti † respondetur, quod inducit impossibilitas propter carnis vnionem. sicut enim illa cognitio non consistit in sola manu, quæ tetigit, leuauit, sic nec in solo corpore viri, qui coniugi est vna caro. de conuer. coniu. ad apostolicam. Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an possit ignorantiam intendere eaq; se tueri in facto defuncti.*
2 *Dominus an possit allegare ignorantiam serui, et ignoratione eius malitiæ se tueri.*
3 *Iudex recepit testes contra absentem, ad domum citatum, non tamen inuentum, an ea receptio valeat. & nu. 4.6.8.*
5 *Ignorantia & absentia vbi locum habeant & excusationem parent.*
7 *Contumacia quotuplex.*

REGVLA XLVII.



Presumitur, vt dicit Dyñ. ad igaorantiã † facti restringitur hæc regula: & secundum eum potest poni exemplum de tutore, qui pręsumitur ignorasse se tutorem datum. ff. de admi. tut. hoc autem signat contrarium, quòd non præsumatur ignoran. facti: quia si defunctus sciebat rem alienam, hæres præsumitur scire. ff. de diuer.& tempo. præscrip. l. cùm hæres. de publi. si ego. § partus. dicunt quidã, quòd quia hæres repræsentat personã defuncti, sciẽtia illius continua in personam hæredis præsumitur. Dy. dicit, quòd

si hęres per ignorantiam, quam allegat, contendit lucrum captare. Præsumitur scientia cōtinuata : vt in cōtrarijs. si tractat de damno vitando, secus. eo. tit. cùm quis. ff. eo, qui in alterius. & propter hoc reuertitur ad distractionem, quam posuit. s. eo. igno. ¶ In. j. glo. ponit exempla. Secūdò signa contraria, & soluit remittendo. Tertiò, dicit regulam cessare in his, quæ sunt iur. naturalis intermittens de virtute huius pręsumptionis, & de triplici modo probandi ignorātiam. Io. An. ¶ In. j. glo. ibi verius præsumitur testator ignorasse rem alienā. & ideò legatarius probat illū sciuisse. & ibi in l. ij. naturali ratione patronis ipsorum parentibus & liberis debetur reuerentia, & ideò rusticitati vocātis in ius non parcitur. Io. An. ¶ In. j. glo. l. verius, quid dicat. suprà dixi. sic
2 & dominus præsumit† ignorasse, cū seruus eius suscepit malitiam. C. qui mit. in pos. super seruis. Dy. & ibi per totū ad idē. s. de cri. fal. ad falsariorū. In prin. & ibi necessario. Ad hoc exēplum & sequens facit. ff. de his, qui sui vel alie. iur. ff. l. filium.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem, quam disputaui post Iac. cañ. boñ. quē nō vidi, quam sic proponebam, Iudex recepit testes contra absentem ad domum citatum, sed non inuentū. quæritur an receptio valeat? Ad affirmatiuam allegantur tria: quorum vltimum adiuuabo per iura. glossas, opiniones, & euitationem absurditatis. Secundò in contrariū allegantur tria coniunctim, quæ iuribus. glo. & opinio. fortifico. Tertiò ponitur obscura solutio Iaco. quā determinando materiam prosequor, distinguendo, opponendo, & pendendo in fin. quæstionē soluam distinguendo. Quòd valeat, probatur, propter authoritatem iudicis, qui illos admisit. ar. ff. de mino. ait prætor. §. quid tamen. C. qui admi. ad bo. poss. l. minorum. quidem iungas decr. cum pariter. in fi. de re. iu. & eo. tit. sicut. Secundò, quia per aduersariū suum videtur, quo minus eo pendente sint recepti. C. de iudi. properandū. §. cùm autem. in auth. vt omnes obe. iudi. §. siquidē. colla. v. videtur enim post lit. ortam absentia malitiosa. de off. deleg. consultationibus. Tertiò, quia probant multa iura, quòd sufficiat citatio ad domum. de cleri. non resi. ex tuæ. de do. & contu. causam cū olim. & c. fin. de eo, qui mitti in poss. c. fi. ff. de dam. infec. l. iiij. §. prætor. & §. toties. ff. de lib. agno. l. j. in prin. secundum Iaco. ¶ Ad idem ff. quod vi aut clam. l. authen. qui aliter. §. j. C. de an. excep. vt perfectius. C. de iud. properandum. §. fui autem ex gestis. ff. de no. ope. nun. de pupillo. §. nuntiationē facit quòd not. ff. quando ap. sit. l. j. in fi. ff. quæ sen. sine ap. de resti. l. j. §. itē, cū ex edicto. de resti. in integ. l. fin. in fi. glo. magnæ de iudi. & post edictū. in fin. magnæ glo. iij. q. ix. caueanr. de exces. præla. ex literis. in glo. no. quòd ex parte. facit. ff. de excu. tu. scire. §. j. ibi, vel in faciem, vel ad domum per quod etiam fertur do. Dy. hoc tenuisse, quòd ex vi illius alternatiuæ sufficiat alterum, quòd tum fit ex illis. hoc eodem. titul. in alternatiuis. cum concordan. ad idem. quod not. Gul. in Specul. de appel. §. sequitur. versi. cautus

cautus etiam sit.& de accu. §. sequitur.ver.Sed nunquid sufficit,aliàs sequeretur,quòd latitans in domo, non posset citari : cùm non posit citans domum ingredi.ff.de in ius voc. plerique.& l. ea.nec inuitum ex domo extrahere.ff.de reg.iur. nemo de domo.facit etiam ad hanc partem, vt lit.non conte. quoniam : in prin. ibi: siue sit absens absque malitia, &c. per quæ concluditur, quod valeat receptio. ¶Contra quod non valeat,
4 probatur† de testibus.c.ij.cùm sit facta contra solitum ordinem iudiciorum. C.de sent. & inter. l. prolatam. nec authoritas iudicis excusat in illi citis.C.de spō.l.quoniam.& quia nec videtur continuare, qui vocem præconis non audit.ff. quæ sent. sine appel. rescin. l.j.§.item. cum secundum Iaco adde.&.ff.de in integ.resti.l.pen. C. quomodo & quando iud.authen. qui semel.primum fortificat.l.in cor. auth.de testi.colla.vij.§.vlti.vbi not. lex voluntatem propter viam, recusationem,& audaciam citati non venientis,quæ omnia non videntur cōgruere,citationi factæ ad domū : sed
5 personali.Ingnorans enim† non posset dici volens, proteruus recusans, vel audax.ad hoc.ff.de regu.iur. non potest videri improbus,qui ignorat ad idem.eod titul. qui in ius. §. j. ad idem inducitur de foro compe.romana.§.contrahentes.ibi.condemnat.& ibi : in quo minus proueniat ab eodem.satis etiam facit,vt lite non contesta.quoniam.§.sui autem.vbi etiam in causa matrimoniali non proceditur contra absentem, qui contumax non est.& quid si non apprehenditur citatio.Ad idem inducitur gloss.præalleg.§.penul.in cor.quæ incipit.i.dicere.quæ videtur velle, quòd receptoni factæ contra vocatum,qui non erat in ciuitate, opponetur absentia. Plus videtur velle gloss. antepenul. per decr.ij.de testi. quòd dato, quòd fuerit vocatus, sed iustè impeditus, non valeat receptio. Quid plura?decretales & quatuor.l.primæ. suprà in contrarium allegatæ in versic.iij.faciunt pro hac parte,& plenè probant citationem ad domum fieri in defectum.quod etiam tenet Hosti.in pr̨. decret,causam.quorum vnum textū breuitatis causa hìc non insero. sed videat studiosus.ex quibus concluditur hoc contrarium. Sol. Dic, quod
6 ex† quo fuit legitimè requisitus,valet receptio per iura prius alleg. Iac. determinato nescio quid intendit Iaco. an ex præcedente legitima requisitione valeat citatio ad domum, quòd de plano concedo.an quòd ipsa citatio ad domū sit legitima requisitio.& sufficiat.& hoc est,quod quærimus.Et sciendum, quòd Inno.satis tamen confusè tractauit de citatione ad domum de eo, qui mit. in poss. capitulo final. ex cuius verbis colligitur, quòd citatio ad domum, sufficit quo ad misionem declinalem. Item, quòd post litem contest. sufficit talis citatio, etiam quo ad diffinitiuam ferendam. & idem, quando malitiosa est absentia, vt possit satisdationem iudicio sisti, vel post comparitionem, vel citationem, vel ante citationem : tamen dolosè. vel est talis, qui debet adesse, vt clericus in ecclesia, coniunx

coniunx coniugi. quibus casibus valebit citatio ad domum, non solùm ad illum finem, ad quem valeret papalis. ille igitur processus, qui fieri nõ posset propter cõtumaciam papalem viuenti, etiam fieri non poterit propter contumaciam ad domum citati: aliâs non sufficiat secundum eum citatio ad domum. Item in dec. ad petitionem. de accu. not. quòd contra fictè vel interpretatiuè contumacẽ, potest fieri testiũ productio. sed in decr. de testi. significauit ipse not. quòd si is, contra quem fit ibi productio testium, absens est, si fieri potest sine periculo, expectabitur donec personaliter citetur. alle. prædi. §. item cùm ex edicto. dicẽs ibi, quòd iura quę debent sufficere citationem ad domum ponunt casus speciales. sed hoc vltimum dictum intelligo in casu ipsius dec. s. in productione testium quę fit ante lit. conte. in casu publicationis, quo casu requiretur vera cõtumacia. & sic loquatur. §. pe. in auth. de test. & auth. sed & si quis. C. e. ti. nisi immineret periculũ, puta mortis testium. & sic loquitur decre. quoniam frequẽter. post princ. alleg. in casu quæstionis & similibus, vbi post litem motã fit productio, sufficit etiã ficta. & sic patens diuersitatis ratio: quia fortius præsumi potest cõtumacia licitè cœpta, quã non cœpta, vt ibi. in auth. de exiben. reis. §. si verò quidem iurent. & sic intelligatur. §. sinautem ex gestis, etiam properandum. & hanc distinctionem tenet Dy. in l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. cùm in parte male. vt infrà dicam. & Cy. in præ. auth. sed & si quis. sed potest hęc distinctio 7

sic infringi. Certum est, quòd contra Stephanũ episcopũ, de quo loquitur decre. s. de testib. non recipiebantur testes in casu publicationis, sed super accusatione probanda, vt patet ex ca. su. cuius pars est præd. decre. ij. q. j. in primis. vbi quia igitur & circa finem & tamen ex illa authen. papa diffiniuit casum Stephani, ibi: ecce admouẽdus. & c. sit aut dicetur legem authen. non loqui in casu publicationis. quod etiam quidam tenent exponentes ibi verbum, publicabuntur vt not. s. de testi. significauit. aut dices idem in vtroq;. quo ad requisitionẽ absentis, cũ ex nõ facta requisitione, quã iubet fieri papa, vitiet productionem. Sed responderi potest, quòd lex illa dicit duo. s. aduersarium citandum, & sub certa forma. facit de rest. spo. c. si. papa verò infert, ex primo tantũ, quòd patet ibi in ver. ecce. vbi facit generalem conclusionem de aduersario citãdo. Ex qua generali posteà infert ad casum. sed ad prædictorum declarationem sciendum est, de contumacia. quæ communiter diuiditur in duas † species: in veram & fictam. de quo satis Gul. in Specul. de contumacia. §. j. aliqui in tres. in verissimam veram & fictam dicentes veram imperialiter in vento, qui non venit verissimam in illo, qui se non venturum respondit. & posset distingui inter veram, manifestam, & veram non manifestam. per dec. scilicet venerabilibus. de sen. excom. lib. eodem & de his principaliter, quia vt sciatur, quo casu possit contúmax appellare. de quo plenè vide not. in cle. de do. & cont. sin autem. in vltim. gloss.

Fictam

¶ Fictam autem dicimus, factam
ad domum habitationis, quæ nõ per
uenit in notitiam citati. quod verum
intelligo in his casibus, quibus in
prin. determinationis dixi citationẽ
ad domum sufficere. vnde nõ fateor,
quòd glo. in prima parte allegatæ in
nuant sufficere citationem ad domũ.
sed innuant eo casu, quo sufficit eam
constituere, fictum cõtumacem, etiã
si non perueniat ad citati notitiam,
nec valet opinio Dy. alle. in fi. primę
partis quæ fundatur super alternati-
ua. quòd licet regulariter alternati-
uæ sint prestationis, dicam illam or-
dinis, sicut & illam suprà eo lib. de
præben. mandato. ff. de leg. ij. cum pa
ter. §. pe, & sic illa terminetur per
alia iura præalleg. vt dixi in fi. secun
dę partis. In solutione igitur quęstio
nis propositæ de sic sparsis conclu-
dendo aliquid certum, dico, quòd te-
8 stium† receptio fit quandoque ante
lit. conte. quãdoque post. Primo casu
siue fiat in casu publicationis, siue
de testibus petitis, dixit Dy. in prę. §.
totiens. requiri verã contumaciam.
hîc fateor in hoc casu, scilicet publi
cationis per præd. auth. quæ produ-
ctio regulariter fit ex parte rei, con-
tra quẽm agi posset in posterum: li-
cet etiam interdũ fiat ex parte acto-
ris, vt satis scripsi, vt lit. non conte.
quoniam.

¶ Sed secundo casu, quo timetur
peremptio testiũ morte, recessu, vel
aliter, quo casu producit etiã actor,
nego requiri veram contumaciam.
quòd est expressum: vt prędic. decre.
quoniam. post princip.

¶ Et si ius scriptum non esset, ra-
tio naturalis satis ostendit, quòd ma
gno prouideretur periculo: sed in re
ceptione termini necessaria esset ve
ra contumacia. facit. v. distinc. bapti-
zari. nec in hoc aliquid deperit ad-
uersario: cùm isti de sui natura con-
signẽtur. & sic sibi saluatio exceptio
in personas testium, & dicta, vt ibi
sequitur: sed fit etiam productio te-
stium ante lit. contest. contra acto-
rem, qui actionem mouerat. quan-
doque super principali, quandoque
super dilatoria, quàm reus proposuit.
& his casibus propter litem inchoa-
tam puto sufficere fictam contuma-
ciam per citationem ad domum: vt
in decre. causam. de do. & contu. & l.
properandum. §. sinautem ex gestis.
& C. quomodo & quando iud. l. con-
sentaneum. & auth. qui semel. & ea-
10 dem ratione, idẽ puto † de testibus,
quos produceret actor contra reum
super replicatione, quam proponit
contra ipsius dilatoriam. si verò pro-
duxit actor lit. non cont. testes super
principali, dico illam contumaciam
veram requiri in productione, quæ
requiritur in tali processu, scilicet
per citationem papalem: vel occulta
tionem, vel impedimentum dolo-
sum, ne papaliter citetur: vt præ. de-
cre. quoniam. §. porro. Hoc circa pri-
mum casum, cum producuntur ante
lit. contest. secundo casu, scilicet cum
producuntur post lit. contest. ratione
sæpius dicta. siue producat actor su-
per principali, siue reus super exce-
ptione, dico sufficere fictam contu-
matiam. & ita seruatur. dico tamen,
quod sicut fictus contumax secundũ
veram opinionẽ auditur appellans.
C. quo

C.quomodo & quãdo iu.l. ab eo.ita: & hîc audiretur ad id, ad quod productionis tempore fuisset auditus; scilicet contra personas testium. in quo etiam audiretur is, qui papaliter citatus venire non potuit. & sic intellecta sit vera prædicta glo. decre. secunda. de testi. scilicet quod receptio sit nulla: sed quod contra illam restituitur ad id, ad quòd à principio fuisset admissus, & præter casus decre. præsentium. eod. titu.

¶Prætereà, regulariter vera non contingunt illam formam citandi, de qua loquitur extrauagan. Bonifa. rem non nouam. & cle. dudum Bonifac. de iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium personæ cum persona extinguitur. Et quæ iura transeant ad hæredes.*

2 *Priuilegium papale exprimens prælati nomen, cùm nihilominus tenor respiciat ecclesiam: vel econtrà, non exprimens nomen prælati, sed dignitatem tantùm, tenor autem respiciat personam, an intelligatur papale, vel reale potius. & numero 4. & 6.*

3 *Iudicandi munus, est personale.*

5 *Priuilegiorum species.*

REGVLA VII.



Riuilegium. Sequitur: bene facit. suprà eo. li. de priui. cap. j. §. vlti. ibi: vbicunq;. quia illi fuerunt. vt ibi scripsi.

1 extinguitur. † an resuscitatus illa priuilegia recuperet. vide quòd scripsi suprà de frig. fraternitatis. super versicu. miraculum. vbi inuenies quæstionem dominicalem Bar. brix.

¶Prima glo. dicit vnde sumpta: & ponit exempla. secundò, dicit regulam non procedere in iure communi: sed bene conuenit rescriptum factum, & compromissum personale.

¶Tertiò, distinguit duplex papale priuilegium. dicens quid est de reali. Quartò, dicit etiam ius extingui quandoque, & remitti. Quintò, successiuè signat duo contraria, & vtrunque dupliciter soluit.

¶In prima gl. ibi: priuilegia quædam vide infrà sub hac litera & ibi. In omnibus causis. ij. vide, scilicet sub litera j. & ibi leges. in fin. concessa specialiter prouincijs ciuitatibus vel corporibus, non sunt generalia. & ibi. l. j. in fi. quod princeps ob meritum indulsit, personam non egreditur. & ibi: ætatem in fin. immonitas data personis, cum personis extinguitur, datá verò rebus, non. & ibi regula. §. vlti. licet sit facta mentio de municipibus, in qualibet persona id locum habet. & ibi. si vsusfructus. si ciuitas destructa est aratro, perit eius vsusfructus. & ibi: ædi. ibi: sacra terræ motu diruta, locus ędificij non est prophanus. & ideò venire non potest. & ibi. l. vlti. procõsul portam Romæ ingressus, deponit imperium. & ibi: lex pœnæ. si furiosus habet dilucida interualla, curator eius habet nomen tantum, qui est sanæ mentis.

¶In prima glos. ibi: ne egeat. de hoc suprà de don. inter vi. & vxo. c. j. ibi: pœnæ concesso. ita quod pœna sit pro

sit proxima causa priuilegij: vt in dictis exemplis. & sic sol. quod oppo. de resti.in inte. minoris, quæ transit ad hæredes.ff.de in inte.rest.l.non solű.ff.de minore.l.interdum.& de velleiano quod etiam transit ad hæredes.C.ad vell.hæredes. In his ij. pœna non est proxima immediata causa priuilegij,sed læsio. quòd patet & non sufficit probare ætatem sine læsione,non est mirum si cessat,vbi est persona causa finalis, vbi non est finalis, non cessat.

¶Demum distinguè aut priuilegium conceditur personæ,aut rebus, aut generi personarum, aut ciuitati, aut loco, aut causæ. ¶In primo casu subdistinguit,vt prædixi. secundò casu transit ad successorem rei, etiam singularem.ff.de aqua quo.& æsti.l.j. §.permittitur.de censibus.ætatem.§. rebus. Tertio casu, quando conceditur generi personarum,hoc expresso vel intellecto,quòd ad posteros trãseat,ad descendentes per lineam masculinam tantùm pertinet. ff. de iur. immu.l.j.in fin. & l. immunitates. & de mu.& ho.l.vacatio. In quarto casu cum successiuè semper idem sit populus.ff.de iudi.proponebatur.habitationes ciuitatis vel loci perpetuò respiciet.ff.de cẽsi.forma.§.quanquam.In quinto casu concessum causæ, puta depositi, vel his similia, ad successores transit: vt in regulis allegat.in princ.glo.

QVAESTIO.

Huic regulæ ibi non adaptaretur quæstio, de qua dixi in text. Item quæstio,qua quæritur, an priuilegiũ vel gratia non scripta insolita literarum forma,vel scripta,sed non bullata,expiret morte papæ:sed quia satis de hoc scripsi suprà eod.lib.super procemio.§.vlti.super vers. transmittimus.hanc omitto.Sed quartò,quod 2 plus†adaptatur regulæ, an priuilegium papale exprimens prælati nomen,cùm tamen tenor respiciat ecclesiam,vel econtrà, non exprimens nomen prælati, sed dignitatem tantum,cùm tenor respiciat personam, intelligatur papale vel reale.

Præmittam quatuor: in quorum tertio prosequar quæstionem venerabilem, breuiter allegãs pro & contra.& ponam duas solutiones cõtrarias. quarum secundam approbo: & contrarijs respondebo. in principali quæstione pro realitate allegabo. v. in contrarium.tria soluam inducendo multa iura & specificè aperiendo solutionis veritatem.

¶Dubium istarum quæstionũ fundatur super decre.quoniam abbas.de offic.deleg. quæ distinguit, an litera exprimit proprium nomen prælati, an exprimat solùm nomẽ dignitatis.

¶Secundò sciendum,quod glossella, quàm posuit suprà de vsupal. extuarum.in fin. qua tracto, an Compostell.archiepiscopus hodie habeat illius decre. priuilegium satis sufficere videtur ad hanc quæstionem, quam infrà prosequar.

¶Tertiò,est sciendũ, quod Barth. in veneris quæstione ij.& Damasius, de offic.vica. quæstione prima,quærebat,an per hæc verba rescripti apostolici:vices nostras tibi in tali prouincia

uincia duximus commitendas. fiat commissio realis vel personalis.

¶ Quòd sit personalis: allegat Dama.
3 quòd † scribendo expresso nomine episcopi & committendo illi vices suas, iniungit ei necessitatem iudicandi, quæ necessitas, est munus personale. ff. de mu. & ho. l. munerum. §. iudicandi necessitas est munus, ergo legatio erit personalis. ex quo in contrarium papa non expressit.

¶ Item, si debitori meo concessi vẽdere pignus, & debitor possessionem pignoris perdat, & alius eam adeptus, rem vendat, durabit ius pignoris: quia concessio illa debitori facta, intelligitur personalis. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. l. sicut pœn. corporali. §. si debitor.

4 ¶ In contrarium † adducitur de præsumptione mandata. ibi enim papa protestatur, quia non loco, sed personæ legationem committit. protestãtio autem illa necessaria nõ fuisset, nisi commissio facta simpliciter intelligeretur realis. Et notandũ, quod ibi erat nomẽ proprium expressum. de insti. cùm venissent: quæ concessio realis intelligitur, nisi probetur fuisse personalis. Item dicit lex, quod concessio per creditorem, facta debitori, de vendendo pignore, intantum realis est, quod transit in hæredem: vt præd. l. sicut te. §. si debitori. suprà dixi de extraneo. soluit Dama. per præd. decre. cùm venissent. concessionem realem. Tan. & Bar. contrà. & hoc sequitur Guil. in Spec. de instru. edi. §. nunc autem. ver. quid si papa. & hoc placet, nisi ex verbis rescripti aliud non sumatur: vt in proxima quæstione in decr. mandata sit iuris declaratio. & ad decre. cùm venissent, ponit verbum donationis, & consensum capituli: per quæ duo notatur realitas. ad quod etiam satisfecit, quod ibi scripsi, super ver. donauit. at contrarium est solutum.

¶ Quartò est sciẽdum, quod Host. in sum. de priuileg. §. quot sunt species. distinguit, quod priuilegiorũ † 5
generaliũ & spiritualiũ aliud reale, aliud singulariter personale, aliud communiter personale, aliud singulariter & cõmuniter corporale, aliud tantum communiter corporale: & ne de penult. & vltimo dubitetur, vocat communiter & singulariter corporale concessum communi, cui singuli participant. vt de sentent. excom. contingit. de so. con. si diligenti.

¶ Tantum ergo communiter corporale quo solum corpus, non singuli de corpore adiuuantur. xij. quæstione. ij. qui manumittitur. Prosecutionem horum ibi videas. vide etiam quod dixi in regula: de iudicijs. in fi. quæstionis. Ad quæstionem breuiter
6 veniendo, quod † expressio nominis, non faciat priuilegium personale, adducitur. ff. de adimen. leg. lege annua. §. j. vbi legatum factum sacerdoti templum, etiam expresso ipsius nomine, debetur successori. Secundò cùm de priuilegio tractemus, quod est lex priuata & debet aliquid conferre, velut ius commune, & largè interpretari. iij. di. priuilegia. de ver. signi. abbatẽ, vbi hoc authen. eo. titu. olim. de priuil. in his. interpretabitur ergo largè, vt sit reale, & perpetuũ, ne sit stricta interpretatio & amara

dicere

dicere, quòd tẽporale sit & persona-
le. & maximè procedit hęc argumen
tatio, quando priuilegiũ est de mate
ria fauorabili. eo. tit. odia. cũ concor.
Tertiò videmus in pactis, quòd ex-
presio nominis vel personæ non fa
cit pactum personale, licet ostendat,
cum qua factum fuerit. ff. de pact. iu
re gen. §. pactorum. & l. tale pactum.
Quartò, expresio nominis exceden-
tis, semper ponitur in priuilegijs nec
per id dicitur priuilegium personale
ex parte concedentis, nisi aliud expri
matur in illo ęqua ratione dicemus,
quòd expresione illius, cui concedi-
tur, non sit personale ex parte ipsius
vbi aliud non exprimitur: vt sic de
his connexis sit idem iudiciũ. de con
stit. translato. de accu. ad petitionem.
& ibi concor. in glo. pe. Quintò, hanc
partem coadiuuant iura, quæ volunt
priuilegia esse perpetua. xxv. q. ij. c. j.
& ij. & quasi per totum. In contra-
rium præ. decr. quoniam. de of. deleg.
Sextò, si concedens priuilegium vo-
luisset, esse reale, sumpsisset nomen
propriũ, quod expresit. facit de de-
ci. ad audientiam. vbi vide concor. in
vlt. gl. Constat etiam quod verba in
priuil. debent aliquid operari. de pri-
uileg. si papa. lib. eod. sed adferentes
priuilegium esse reale, dicunt con-
trarium, scilicet expresionem nomi
nis nil operari. Tertiò, qui loquũtur
simpliciter de beneficio principis, in
quo largisima fit interpretatio. de
do. cùm dilecti. in fi. & C. de bo. na. l.
ij. lib. x. sed loquuntur de priuilegio,
quod propriè datur contra ius cõmu
ne, & hoc quantũ respicit aliorũ præ
iudiciũ, recipit strictã interpretatio-
nem, dũmodo aliquid cõferat: de pri-
uileg. pastoralis &. c. in his. ff. de leg.
quod verò. & de hoc satis scripsi de
ver. sig. olim. super vl. gl. sed hoc in-
terpretando priuilegium esse nõ rea
le, sed personale minus lædit, & ali-
quid confert. ergo hîc præeligẽdum.
& hoc argumẽtum idem concludit,
q̃n nomen nõ est expressum. Soluen-
do dico nõ semper curandũ de nomi
ne, an sit expressum vel non, sed tota
virtus consistit in tenore & verbis
priuilegij. satis probabitur de priuil.
porro. & c. recepimus. eo. ti. cũ olim.
j. & ij. & c. ex ore. eo. ti. cùm plantare.
in fi. & c. dilecti. de fid. instru. accepi-
mus. & c. contingit. & c. quod super
his. de præscrip. veniẽs. de confir. vti.
vel inuti. cùm dilectè. de ver. sig. ab-
bate. ad idẽ. s. eo. lib. de priui. abbates
& c. vt apostolicæ. in fi. & c. cũ perso
næ. & c. si papa. eo. lib. de of. or. c. iij. j.
respon. & §. ij. & §. in conferendis. Be
ne ergo dicit lex, ꝙ de his cõtrouer-
sijs, quæ ex testamẽto proficiscũtur,
neq; transfigi neque exquiri veritas
aliter potest, quã inspectis cognitisq;
verbis testamẽti. ff. de transac. de his
facit. C. eo. tit. vt responsum. & docet
experientia, ꝙ omnia quasi antiqua
priuilegia papalia & Imperialia ex-
primebant nomen prælati, tũc regen
tis ecclesiam: cui dabatur priuilegiũ.
Verum est, ꝙ papalia, si dabantur lo
co religioso, subdebant: eius fratri-
bus regularem vitam &c. si erant ec
clesiæ sæculares, non ponebatur: ibi
regularem &c. vt ibi hodie dicitur:
salutem & apostolicam benedictio-
nem, tunc dicebatur in perpetuum:
quis ergo dubitat expresionem no

minis non impedire realitatē,& perpetuitatem talis priuilegij.Itē si exprimatur in priuilegio de successoribus,sicut vt lit:pen.c.j.Item,quid si priuilegium dans exceptiones,dicat prælato nomino te:& ecclesiam eximimus,quis dubitat successorē exemptum?de priuil.per exēptionem.Volue casum,quid si nō exprimatur nomen proprium,nec aliud singulariter habens vim proprij nominis:tamen exprimit gratiā,quam facit esse personalem:vt in præ.dec.mand. de præsump.facit de conces.præben.constitutus vel apparet,quòd propter labores,quos pro Romana ecclesia sustinuit , vel propter eminentem ipsius scientiam,vel sanguinis nobilitatem aliquod priuilegium conceditur,vel aliás gratia est talis in se,quæ personam respicit:puta,quòd possit abesse ab ecclesia propter aërem sibi non congruum,vel propter capitales inimicitias.& super hoc,vide quod dixi.eo.titu.is,qui in ius in quæstione in ea parte,qua tracto,quando rescriptum nō respicit successorem.his & similibus dici non potest,quòd suppresio proprij nominis faciat priuilegium reale:vbi tamen ex tenore priuilegij nō potest colligi intentio concedentis circa realitatem & papalitatem.& conueniri potest successor.satis dico standū decr.quoniā abbas.de offi.deleg.hoc saluo,quòd ex aliquibus verbis priuilegij dubitaretur,an concedens illud,voluerit esse papale vel reale,ad concedentem recurratur,vt declaret quē modum sui beneficij esse velit.de of.or.c.iij.§.si verò.s.eo.li.& ff.de re.iur.Neratius.

Guil.tñ in Spe.de instr.edi.§.nūc aūt.ver.Itē,ꝙ fuit concessum,dicit ꝙ si superior haberi non pōt,intelligetur reale,nisi contrariū ꝓbetur per iura,quæ dicūt beneficia largè sumenda per hoc sic declarata,puto cessare cōtraria.Pro responsione tamē ad.l.annua.§.j.&certas leges similes inquantum solutioni contradicere videtur,vide quod scripsi in dec.quoniā abbas.super.iij.glo.

SVMMARIVM.

1 *Pro possessore habetur,qui dolo desijt possidere.*

2 *Statuta municipalia vel synodalia an habeant interpretationem vel extensionem. & nu.3.5.7.*

4 *Cōtractus mutui interpretationē recipit.*

6 *Interpretationem,quæ admittant.*

8 *Legem interpretari quando liceat doctori.& nu.9.*

RVBRICA XXXVI.

PRo possessore, habetur.
quoad sui damnum , non
quoad commodum.vnde
1 possessori† cauetur , non
ei,qui dolo esse desijt.ff.de rei vendi.l.hoc si hæres.& l.is,qui dolo.hic autem plenè tractat Dy.authen.qui dolo desijt possidere conuētus,æstimatum fuit,debeat de euictione caueri?Itē an eo casu,quo nō cauetur,possit re euicta agi contra accusatorem,an soluta est ęstimatio?Item,an per accusatorem debeat cedi actio ei,qui dolo desijt possidere.Item,an talis æstimationem soluens ,habeat actionem in rem,saltem vtilem sine cessione.Item,an talis,qui æstimationem soluit , repetens rem reuersam ad actorē repellatur actore parato

rato æstimationem illam restituere? 2 Item an ille, cui ceditur vel eliditur actio in rem, habeat dominium vtile? ¶ Prima glo. dicit vnde sumpta & ponit exépla. Secundò dicit regulam intelligi non taliter, sed in tantum. Tertiò, dat simile, subdens de fictione. Quartò, notat tria. Primò, hoc casu quandoque in litem iurari. Secundò, regulam etiã in prælato locum habere. tñ quoad propria tantũ. Tertiò, notat contrariũ regulę: & de probatione remittẽs, dicit illud verũ in illo, q à principio sine dolo possedit. ¶ In gl. j. ibi: qui dolo desierit. sequitur: posside, pro possidẽte dãnatus, quia in possessione dolus est. ¶ In gl. j. ibi electio. §. j. quia istæ nõ differũt in substãtia. ff. de neg. gest. actio ideò effectualiter habetur pro possessore. Dy. & vidẽs quod no. in Spe. de interrog. §. ij. ver. quid ergo si egi. & ibi: aduersario. ibi dicit Be. q si possidebat tẽpore litis cõte. præsumitur dolo desijsse, nisi contrariũ probet. Dy. plus dicit. hoc. s. idẽ, si post libellum receptũ vel denuntiauerat sibi actor se daturum libellis. alle. ff. ex quibus cau. in pos. l. ij. & quod no. eo. tit. Fulcinius. §. quid si latitet alleg. etiã lex. si fundum. ff. de rei vend. & de edendo. l. qu adam. §. nihil. an ille, qui vendit post denuntiationem factam, ne venderet, per hoc intelligatur dolo desijsse possidere: & quale sit eius cõsilium, vt vendere possit: vide in Spe. de emp. & vend. §. nunc dicendũ. ver. sed nunquid idem. & ver. se.

QVAESTIO.

Hoc certũ, quod aut per interpretationẽ aut per extẽsionẽ est, q non possidens habeatur pro †possessore, vidi dubitari, an statutum loquẽs de possessore, intelligatur de eo, qui desijt dolo possidere. & propter hoc tractemus quæstionẽ, quæ certa est, an statuta synodalia vel municipalia habeãt interpretationẽ vel extensionẽ? Ex præmisis omnibus euidẽtialibus ad negatiuã allegantur quatuor, & totidem ad affirmatiuã. Tertiò, recitantur solutiones diuersæ, & vltima plenior, & ante omnia quid sit extensio, patet. Sed vt aliàs dixi, in prin. cle. super prin. j. gl. ibi: interpretatio quędam cõsistit in varietate linguarũ, vt Θεὸς, Græcè. Latinè Deus. Deutero. Græcè, latinè. sicut νόμος græcè, latinè lex. s. qui fil. sint. le. per venerabilẽ ver. sanè. & de hoc. ff. de ver. ob. l. j. in. fi. & de hoc. Io. in prologo penteutatici, dicit q in hoc eruditio & verborũ copia trãsfertur, qui intelligit. & de hoc nõ dubitatur, qui bene copetat etiã circa statuta. Est & alia, quæ cõsistit in obscuritate literæ, vel sensus: de qua dicitur interpretationem esse cõdentis. de sen. ex. inter. cũ concor. per quod videtur solũ condentẽ interpretari posse, vt sic se habeat lex specialis ad suum conditorẽ, sicut generalis ad suũ. C. de leg. l. j. & vlti. cum tamẽ lex dicat, q etiam magistri debent esse subtiles interpretando. C. de profes. qui mur. l. vna. li. xij. de tali interpretatiõe quęrimus. de. q. ca. no. ff. de orig. iur. l. j. in princ. & ff. de iur. & fac. ig. l. ij. vt dicit lex: cùm in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti quæstio voluntatis. ff. de lega. iste aut ille. §. j. ¶ Secundò sciendum, quòd dicitur conditorem

ſtatuti habere illud declarare, vel interpretari, non intelligi de officialibus aſſumptis ad illa condenda poſt poſitũ officium: ſed de illis, quorum authoritate ſunt condita: vt ſcripſi, de verb. ſig. ex parte. iij. in vlt. glo. In quæſtione ad negatiuam inducitur, quia in his, quæ ſtricti iuris ſunt, ꝙ nõ e ẽ expreſſum, habetur pro omiſſo. ff. de ver. ob. quicquid adſtringendæ. j. reſpon. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de condi. ob tur. cau. j. l. vlt. ad fi. ff. de iniur. item apud. §. ait prætor. facit. ff. e. l. expreſſa. quod aut. ſtatuta ſunt ſtricti iur. vt probant legiſtæ: quia ex eis datur cõditio ex lege. ff. de condi. ex l. vna. cùm autẽ talis conditio non ſit numerata inter actiones bonæ fidei. inſti. de accu. §. actionũ. & not. s. de excep. cũ venerabilis. in iij. gl. reſtat, ꝙ eſt ſtricti iur. & ſic ſterilis, vt prędixi. Eſt autẽ contra naturã, ꝙ ſterilis pariat. ff. de emp. accu. ſi ſterilis. in princ. de ædil. edic. quæritur. §. mulierẽ. recipiẽtur ergo iuxta rudẽ. & grammaticalẽ & propriam & abſolutã verborũ ſignificationẽ. licet ergò ſit durũ ſeruetur, vt eſt ſcriptũ. xix. diſt. in memoriã. vj. q. iij. ſcriptũ. ff. qui & à quibus. l. proſpexit. quæ quid dicat, vide. s. de for. cõp. c. ij. ſuper prima gl. ff. de exercit. l. j. §. ſi is. ff. de ma. teſt. l. quod cõſtitutum. Secundò legitur, quòd verbis edicti ſtandũ eſt. ff. de leg. iij nõ aliter, quæ debẽt aliquid operari. s. eo. lib. de priuil. ſi papa. facit. ff. ad exhib. l. pe. ff. de ver. ob. ſi quis arbitratu. de inſtit. ſed & ſi pupillus. §. præſcribere. deficientibus ergo verbis, nec æquitas nec mens ſeruanda eſt. ff. ſol. mat. ſi verò. §. pen. ff. manda. ſi pro parte. Tertiò, conſtat, ꝙ in omni ambiguitate orationis proferenti & non alteri datur declaratio, & interpretatio. eo. tit. in ambiguis. Quartò hoc maximè procedat, quãdo per ſtatuentes ordinatum eſt ipſa ſtatuta nõ licere interpretari, ſi intelligi debere iudi. & ſecundũ literalem intellectum: vt communiter habent ſtatuta cõmunitatũ Italiæ, ſed cõſtat, ꝙ interpretatio eſt cum à verbis receditur. s. de ver. ſign. in his ergo fieri non poteſt, & ſi fiat, nõ valet. C. de legib. non dubiũ. verba etiã ſimpliciter & generaliter prolata, ad certam ſpeciẽ arctare non licet. s. de ver. ſigni. cùm in partibus. & de deci. ad audientiam. ff. de off. præſid. l. iij. ff. de publi. l. demptio. Item, ſi prorogetur, corrigatur, aliàs arctetur ſtatutum, cum illud ſit emendare, fieri non poteſt, niſi per eũ, qui ſtatuere poteſt. ar. ff. de vectig. l. vectigalia. in prin. & de ſpon. ſi puellæ.

3 Ioan. And. ¶ In† cõtrarium inducitur patens abſurditas. Pone, ſtatutum dicit, quòd faciens homicidium, decapitetur, vel nõ trahens ad ignem condemnetur in x. Primùm, ſi ſine interpretatione ſeruetur ad literã, infans furioſus, vel ſe offendendo occidens, decapitabitur. quod non eſt contra iura. vt in clementi. de homicid. ſi furioſus. ff. de iniur. l. illud canon. xv. quæſt. j ff. ad leg. Corne. de ſic. l. quod infans. de iuſti. & iur. l. vt noſtrum. C. vnde vi. l. j. ff. de offic. præſid. l. diuus. Ex ſecundo, etiam condemnaretur infirmus, infans, & his ſimiles. Primum ergo ſtatutum interpretabitur in eo, qui dolo occidit: & ſecun-

dum

dum in eo, qui dolo prætermisit. constat enim quòd voluntas & propositum distingunt malitiam suprà de senten.excommu.cum voluntate.in princip.ff.de furt.qui iniuriæ. Secundò, quòd statuta ecclesiarum & communitatum interpretationem recipiant, patet suprà de cleric. non resid.cùm dilectus.de offic.ordin.præsenti.s.eodem.lib.§.porro.s.de iniur. & dam.dato.in nostra.&.s.de verbo. signi.ex parte.iij.ff.de mu.& ho.l.vt gradatim.§.sed & si lege.vbi statutum, quòd præfert in honore certæ conditionis homines impretamur, si sint idonei. ad idem.ff.ad l.aquil. ita vulneratus.§.vlt.quid dicam vide supra ne cleri.vel mona.c.j.super. 6 j.glos.ad idem.ff.de lega.iij.l.seruus. &.l.seruos autem.&. l. fideicommissa.§.hæc verba. Constat, quòd †contractum mutui qui est stricti iur.interpretari licet. vt patet.ff.ad maced. l.sed Iulianus. § . mutui.quàm vide de priuile. quanto.in vltim.gloss.ad idem.ff.de verbo.oblig.stipulatio.§. stipulationibus.&.l.quicquam.ij.responso. Item, cùm leges principum & ipsorum beneficia recipiant interpretationem.ff.de iur.pa.l.adigere.§. quamuis.de pac.l.quod dictum.&.ff. de petit.hæredi.item veniunt.§.aptanda.ff.de lega.l.benignus.& de consti.princip.l.vlti.s.de priui.in his.de verbo.obli. olim.multò fortius † & statuta in his.ergo mens & ratio pro 7 ponenda est, sicut in illis.& hoc fit per interpretationem. Primùm patet.s.de præben.c.fina.de verbo.sign. intelligenda. ff. de iur. omn. iudic. si quis id.de iniust.not.l.quamuis.ff.

4

5

de ritu nupt.l.penult.§.j.C.de furt.si quis seruo. Idem dico de cau.de ecclesia.cùm dilecti.aliàs nisi, fieret interpretatio sæpe incideret turpis intellectus.facit.s.eo.lib.de iur.iur.c.j. & præd. decre. præsenti.§.porrò.de offic.ordi.& prædi.§.sed si lege.vt l. vt gradatim.C.de condi.inser.l.ij.ff. de condi.insti.l.conditiones. & l.filius. facit ergo tacitus intellectus per interpretationem, quod faceret expressus. ff. de legat.de quibus ad idem.ff.si cert.peta.l.cùm quid.ff.de verbo.obliga.l.triticum.& procedat etiam, si fit extensio.cùm iusta.ff.de constit.prin.l.si duo.§.fi.cum leg.sequentibus. & de verbo.signi.l.iusta. Quartò, cùm non solùm †in constitutionibus principum & ipsorum beneficijs, & mutuo, vt probatum est, sed etiam in stipulationibus prætorijs fiat interpretatio.ff.de præto.stipu.l.in prætorijs, & in alijs.ff.de solu.matri. l. Caius.& in rescriptis.de rescript.causam.de postul.præ.c.j.& in summis & laudis.de verbo.signi. in his.de arbit.cùm olim.ff.de ap.executore.§.j.& in ambiguis intentionibus & orationibus.ff.de iud.si quis intentione.& in contractibus & vltimis voluntatibus.s.de do.cùm dilecti.in fin.ff.de pact.veteribus. C.de inof.test.l.iij.& faciant not.in regula, contra eum.hoc eo.ti.quæritur ergo non admittetur in statutis? videtur absurdum. Solu.fertur† Odoffre. dixisse super leg. vt gradatim aliàs sup.l.præte.ff.de mu.& Host.statutum posse per iudicem interpretari: per leges quas allegaui.s.parte secūda., ver.ij.in fi.Iac.de are.dixit, quòd

communis & vera doctorum opinio
habuit statuta interpretari posse, se-
cundum ius commune. ff. de ven. in-
spi. l. j. §. quamuis. & in præ. §. sed &
si lege. & Richardus Malumbre pro
babat hoc per leg. ij. C. de nox. atti.
attenta secunda lectura, quam ponit
ibi glo. vt ibi dicit Dy. super. l. j. ff. de
verbo. signi. dum dubitaret, an in sta
tutis fœmininum comprehendatur
sub masculino, dicebat quòd est quæ
dam interpretatio, quæ præsumitur
pro aperta expositiõe. C. de legi. l. fi.
ff. de legi. l. fi. ff. de re iudic. Paulus. &
de lib. & posthu. l. Gallus. §. nunc in
lege. & hanc bene recipit statut. per
præ. l. vt gradatim. §. j. sumitur etiam
interpretatio pro extensione, vel pro
rogatione. ff. de orig. iur. l. ij. & no. ff.
ad tertul. l. j. §. qui operas: & quid di-
catur vide de off. deleg. super quæstio-
num. super. iij. gl. & hanc non recipit
statutum. inducit rationem quam di
xi in prin. primæ partis. Guido de se-
zuza, in suis quæstionibus statuto-
rum expressè non eligit, videtur ad
hoc accedere, quòd proximè dixi.
Ia. de bel. in quinta sua quæstione,
quæ loquitur de percutiente homi-
nẽ manu cum ense, inseruit hunc ar-
ticulum; sed in solutione nõ expressè
sequitur de statu, sicut proposuerat.
loquitur enim soluendo de lege. sed
intelligatur de municipali. dicens, quod
8 si † lex prohibet expressè interpreta-
tionẽ, aut est ambiguitas in l. propter
multiplicem sensum verborum, aut
propter legis mentem, primo casu
licet doctori interpretari per l. vni-
cam. C. de profes. lib. xij. & ff. si cert.
pet. l. j. Distinguit tamen. aut omnes
intellectus sunt honesti: aut quidam
honesti: alij inhonesti. Primo casu
omnes sunt sequendi: siue genus si-
ue species comprehendat: dummodo
absq; vitio, verbis & voluntati con-
ueniãt. ff. de legi. scire. & l. benignus.
non cõsuetudine aliud sit seruatum.
eod. titu. l. minimè. & l. fi. de interpre-
tatione. super. s. de consue. cùm dile-
ctus. sed si absq; vitio sensus omnes
conuenire non possunt, acciperetur
magis proprium verbis & voluntati
legis & benignior per prædicta in-
fra. &. ff. eo. semper in dubijs & de sta-
tu. lib. l. Labeo. Secundo casu videre-
tur nullum intellectum sequendum.
iiij. di. erit. ff. de insti. & l. j. iur. circa
prin. & C. de ve. iur. enu. l. j. §. j. putat
tamen sequendũ minus inhonestum,
quod magis congruit. ff. eo. quot. ni-
hil. cùm concor. In tertio casu idem,
vt recipiatur honestus & benignus,
per eandem legem. & per l. allega. s.
vbi in ver. alle. in fin. & C. de emptio.
& cleri. conuenticulam. & de iur. om.
iudic. l. nemo. & ff. de verbo. obliga.
l. si seruus. §. se. Quando autem est
ambiguitas propter legis mentem,
dicit à verbis non recedendum, men
te seruata, nõ corrigendo, arctando,
nec extendendo, per l. prospexit. in
princi. allegatam. cum concor. Si ta-
men pœnitus esset obscura, recurra-
tur ad condentem: vt in princip. hu-
9 ius quæstionis. Vbi verò † lex inter-
pretationem expressè non prohibet,
aut quæritur de interpretatione, quæ
corrigat, proroget, vel arctet: aut quæ
verbi significatum tradat. Primo ca-
su correctionem facere non potest,
nisi legislator; prorogare verò vel
extendere

extendere potest, & doctor vbi est eadem ratio,& omni modo similitudo.si tamē coadaptatur ratio verbis. & menti.ff.ad mace.filium.& de verbo.signi.l.iusta interpretatione.alle. secus.ff.sol.ma.l.si verò.§.pen.& dicta.l.prospexit. arctari etiam potest ad vitandum primum intellectum, qui insurget ex verbis:vt prę.l.vt gradatim.§.j.de ritu nup.l.pe.§.j.de ver. obliga.si seruum.§.sequitur.& C.de testa.cùm antiquitas,aliâs secus:cùm arctatio tunc esset legis correctio. Secundo casu,si verba sunt ambigua per diuersos intellectus: dic vt.s.si propter mentem licet interpretari, corrigendo,prorogando,vel arctando,nisi vt superius dictum est,vel nisi mens legis esset scripta.vt not.C. de leg.non dubium.Si autem omnino sint obscura, & incerta,curritur ad eius authorē & conditorem.vt.s. dictum:est vt no.ff.de le.nō possunt. Regulæ iur.ciuilis huius literæ. p. sunt hæ.

Pomponius Lex. XXVIII.

Plus cautionis in rem est, quàm in personam.

Caius Lex. CXII.

Pupillum, quæ proximus pubertati sit,capacē esse & furandi,& iniuriæ faciendę constat.In hęredes non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio:veluti furti,&damni,iniuriæ, vi bonorum raptorum.

Paulus Lex. CXVIII.

Prætor bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet.

Idem Lex. CXXV.

Pœnalia iudicia semel accepta in hęredes transmitti possunt.

Celsus Lex. CL.

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate,nisi apposita tutoris authoritate,creditur.Nam quod animi iudicio fit,in eo tutoris authoritas necessaria est.

Modestinus Lex. CLVII.

Priuilegia quædam causæ sunt,quædam personæ.& ideo quidem ad hæredes transmittūtur,quæ causę sunt. quæ personæ sunt, ad hæredes non transmittuntur.

Vlpianus Lex. CXCIII.

Parem esse conditionē oportet eius, qui quid possideat vel habeat:atque eius,cuius dolo malo factum est,quo minus possideret, vel haberet.

Idem Lex. CCV.

Plerunq; fit,vt ea,quæ à nobis abire possunt,perinde in eo statu sint,ac si nō essent eius cōditiōis,vt abire possint.& ideò quod fisco obligamus,& vendicare interdum, & alienare, & seruitutem prædio imponere possumus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium principis,quomodo accipiendum.*

2 *Episcopus an possit dispensare cum monacho translato ad ecclesiam parochialem, quòd habere possit cum illa beneficium non curatum.& nu.4.5.7.10.*

3 *Monachus æquiparatur seruo,qui nec potest habere proprium.*

6 *Dispensatio pluralitatis circa beneficia, est odiosa,& restringenda,& num.9.*

8 *Officij seu status mutatio vel translatio, an quid conferat.*

11 *Abbas potest committere monacho ecclesiam monasterij non curatam.*

Z 4

22 *Beneficium curatum, separabile est à non curato.*

REGVLA XXVIII.



Væ à iure exorbitant. quasi deuiant, vel discor dant. & idem verbum in dec. j. de fil. præs. s. eo. lib. quam alleg. glos. trahenda. & in hoc differunt, quæ iuri communi conueniunt, ex quibus iudicamus circa similia. ff. de legi. non possunt: de rescript. inter cætera. Ioan. mo. ¶ Prima gl. dicit, vnde sumpta, & ponit exempla. Secundò, dicit idem, ampliando. Tertiò, soluit quæstionem. ¶ In j. glo. ibi: quod contra rationem sequitur iur. conceptum, non est producendum. & ibi. l. j. in fi. si princeps ob meritum indulsit priuilegium, vt remisit pœnam, vel maiorem irrogauit per papam non egrediuntur. ¶ In. j. glo. ibi. ad consequentia, scilicet ad iutos, in quibus esset eadem facilitas, quæ in mulieribus. & ibi: is, qui. in fin. per quam ponebat hîc Dyn. exemplum. sed impropriè, vt patet. in gloss. & sic etiam parum propriè prosequitur hîc, quando latè vel stri 2 ctè interpretandum sit principis beneficium. dicens, quòd aut conceditur contra iur. communis permissionem, aut secundum illam. Primo casu, si conceduntur capaci de iur. communi videtur, ad ius commune aliquid super addi. ff. de bon. libe. l. j. §. j. & ad inimici. l. j. in fin. si non capaci, reducitur ad ius commune. C. de inoffic. tes. si quando. & si verba sunt ambigua, restringuntur, vt hîc. & in c. j. de fil. præs. interserit tamen, quòd priuilegia dispensationem continentia concedi videntur secundum conditionem illius personæ. cui conceduntur: militi scilicet. vt militi, clerico, vt clerico, laico, vt laico. ff. de iniuf. rup. & ir. tes. si quis exhæredato. §. sed & si quis. & de tes. mili. l. militari. quando verò conceduntur secundum iur. permissionem, latissima fit interpretatio. ff. de consti. prin. l. vlti. & de sen. pas. l. j. & de bo. na. l. si quando. sine alterius iniuria, nisi contrarium exprimatur. ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. si quis à principe. & vide quòd dixi de ver. sig. olim. super vlti. glos. & ibi: constitutionem. vbi de hoc in iiij. glos. & in præ. cle. dudum. §. huiusmodi. in glos. patet.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem, quam disputaui, quòd sacer ordo non dirimat sponsalia de præsenti: licet idem faciat professio. quia exorbitabat à iur. de hoc no. s. eo. lib. de voto. c. vno. sed quia sic est terminatum pro extrauag. Io. antiquæ. concertationem, ideò illa dimissa prosequar aliam quæstionem hîc disputatam † per fratrem Ia. an possit episcopus dispensare cum monacho translato ad ecclesiam parochialem, quòd habere possit cum illa beneficium non curatum: Ipsam, mente seruata, verbis omissis, multum decurtabo, & ornabo. Allegabuntur sex ad affirmatiuam, quinq; ad negatiuam. Tertiò, dabitur solutio, & contrarijs respondebitur. Et primò allegatur dispensatio nẽ fieri posse. constat, quod per dispensationem episcopi vnus præesse potest diuersis ecclesijs. lxx. dist. sanctorum. nec distinguitur ibi inter secularem

&c

religiosum.ergo nec nos distinguamus.ij.q. v.consuluisti.xxxj.q.j.quòd si dormierit.xvj.q.j.sunt nonnulli.Cũ ergo ecclesiæ omnes sint in dispensatione episcopi.x.q.j.regenda.xvj.q. vij.omnes.ergo dispensationem propriam facere poterit.Secundò,probatur idem per dec.cũ singula.de præben.§.eodem.li.in prin.nam cùm ibi prohibeatur episcopo dispensatio cũ religioso in pluribus curatis, datur intelligi,quòd in curato & simplici hoc poterit.xv.di.qualis.de præsum. nonne.de his,quæ fi.à præ.cùm apostolica. in fi.nisi.papa expressisset.de decimis. ad audientiam. Cùm ergo non sit prohibitum hic episcopo, & ipse sit præordinator in cunctis.xxv. di.perlectis.& dispenset in non prohibitis. de præben. graue. de sen.excõ. a per.de hoc de iud.acsi clerici.cum concor.ergo.&c. Tertiò,ad idem inducitur, quòd monacho trãslato ad ecclesiam parrochialem, episcopus censetur abbas.xxvj.q.j.sic viue.cùm c.sequentibus.& à prioris abbatis est obedientia absolutus.xxj.q.ij.si quis iam.xvj.qõ.j.ne pro cuiuslibet.xviij. q.j.c. vno. §. de priuil. cùm olim.ij.si prætor.abbas poterat illi committere administrationem ecclesiæ nõ curate,de vtrisque enim intelligitur.de statu monac.cùm ad monasterium. ver.tales.facit cle.eod.tit.ne in agro. §.cæterũ. & quòd no.xvj.q.j.de monachis.& per Ho.in decre.quòd Dei timorem.facit etiam præ.decre. cùm singula.ergo & episcopus hoc poterit.Quartò sic probatur:etiam circa monachum conceduntur episcopo, quæ maiora videntur. & monacho magis prohibita. fortius ergo licebat talis dispensatio,velut minor: vt probatur eo.titul.cui licet.cum concor.exemplificatur primũ: quia monachus quieti & contemplationi deditus est,neq; debet seculares actiones recipere.xvj.q.j. de præsentium. de postu.ex parte. & tamen ex dispensatione episcopi hoc potest. ea. q.qui verè.& tamen illud fortius videtur contra professionem monasticam, quàm habere beneficium non curatum.ergo & hoc poterit.xvj.q.j. monachi. Quintò,dato quòd conceditur episcopum dispensare non posse cùm claustrali:vt instituatur in seculari beneficio non curato,ne propter tale beneficium frangatur stabilitas claustri,& religionis silentium, ex quo tamen translatum est ad curatum in hoc priuilegiatum. de sta. mo.quòd Dei.nihil habet cum mõ. commune.xvj.q.j.ne pro cuiuslibet. & cessat ratio silentij & claustri.§.de qua agitur. Cesset ergo & prohibitio.de renun.post translationem. cũ concor.vt sic personæ statu mutato, cesset prohibitio. l.iiij.dist.fraternitatem. &.c. quicunque. de serui. non or.c.j.facit.§.eo.li.de iur.pa.c. vno & de immu.ec. c.j. & sic conuincantur argumenta,de tanquam.iij. qõ. vij.si contra patrem supra de ele. cùm inter vniuersas.in fin.& cap.cùm inter cañ.circa medium.cum concor. Dispensat ergo tanquam cum seculari clerico,cùius iure cẽsetur. xvj.q.j.sic iuue.&.cap.alia est causa.facit.xij. di. illa.de sta.mo.recolentes.quòd ergo de secularis clericis ei conceditur, iuxta no.de ele.dudum.ij.de præben.

de multa.xxj.q.j.in summa.concedatur etiam in tali monacho, qui vice clerici censetur, ex identitate rationis de consti. translato. Sextò fortificatur hoc per æquiparationem
3 monachi † ad seruum.liiij. dist.multos.qui nec potest habere proprium, sicut nec seruus. de sta.mo. c.ij.&c. c. cùm ad mona.xij.q.j. non dicatis.sed cōstat,quòd seruus manumissus per adoptionem ecclesiæ parochialis beneficium non curatum habere poterit,quòd prius non poterat.Vel dicatur
4 ista † seruitus debita claustro, quòd monachus non curatum habere nō possit,ex quo curatum adeptus est ab hac seruitute liberū: istud ad instar prædij liberi intermedij impediet illam seruitutem. ff. de ser. rus. præ.si sella. §. rusticis. sic & media persona tollit impedimētum.de ele. c.pe.de fil.presf.transmissa.& sic non curatum consequi poterit, vt per illud medium consequatur, quod per se non posset.facit.s. eo.li.de conces. præ.quantæ.sicut quandoque accidit per adiunctum de sepul.sacris.de iur. pa.ex literis. ¶ In cōtrariū adducitur
5 hæc † regula multipliciter.& primò sic,quòd monachus instituatur in ecclesia seculari, hoc prohibent: iura:quia contrarium est officio monachali.alleg. xvj.q.j.monachus.&.c. si cupis &.c placuit. Miror, quòd non allegauit disputans.c.super eo.de regula. vbi est expressum. sed ab hoc iur.exhorbitat ius,quod ex causa cōcedit, eum præfici ecclesiæ seculari parrochiali.lv.distin.priscis.xvj.qō.j. sic viue.cū.c.seq.Illud ergo nō habilitabitur,nec ad sequētia vel casum aliū protrahetur:vt hîc & in concor. qui enim eligit vitam contemplatiuam,propter officium iudicandi, & curam animarum, transire permittitur ad actiuam: quæ dicitur magis fructiferatè reuiuici:vbi ad finem & propter maiorem vtilitatem facilius quid conceditur. de transla. cap. fin. facit de postula. præla. bonæ.j. quæ ratio cessat in beneficio non curato. fortius autem procedunt prædicta, si teneatur opinio, quòd etiā ad parochialem non promouetur monachus,nisi ex dispensatione hominis. de quo satis not.xvj.q.j.in sum.de statu mo.c.ij.&.c.quod dicitur Solu.Inducitur,quòd dispensatio † pluralitatis circa beneficia est odiosa, cùm 6
ipsa pluralitas super cupiditate & ambitione fundetur.de cleri.non residen.quia nonnulli.de præben. oportet vitium.s.eodem.lib.de rescrip. c. fin.& hoc in monachis præcipuè reprobantur.de præb.auaritiæ indecisa.sic & dissolutio & vagatio,quę ex pluralitate procedunt.s.eodē.libr.de pręc.cu.cū singula.in prin.cesset ergo talis disputatio.cum omnia prædicta teneatur episcopus à monachis extirpare;& puniri debet non faciens. xxvij.q.j.si homo. &. c. si custos. nec facere debet id,à quo debet alios ꝓhibere.de na.ex li.ven.c.vno.de elec. dudū enim.quòd prohibere debeat, patet de cleri.nò resid.nōnulli. Tertiò,dato † quòd concedatur episcopū 7
cum seculari clerico dispēsare posse in simplici & curato,vt habet cōmunis opinio,vt dixi suprà in quinto argumento:tamen non sequitur quod dispensare possit cū monacho; quia in primo

in primo sola pluralitas est impedimento, hîc verò vltra pluralitatem occurrit inhabilitas personæ ex monachali professione, qua ad tale beneficiũ iudicatur inhabilis.& sic non facilè tolluntur duo impedimenta, vel duæ seruitutes, vt vna. s. de vsu-pal. ex tuarum. & nota in clemen. de præben.c.vno.super versi. momẽti.nec iuuat, quod allegatur cũ trãslatum. quia nihilominus monachus est: licet abbatis obedientia solutus, nec quiuis monachatus sub alia dispensari posset. de sta. moñ. cùm ad monachos.in fin.& vide quod.not.s. e.li. de elect.quorundã.in gl.pe. vnde & in abbatem eligi posset. xvj. q. j.presbyteros.vbi de hoc.Item, quod
8 translatio vel † mutatio status vel officij nõ proficiat, probatur de elec. auaritiæ.s.eodẽ.lib.vbi non administrans, vt electus, nec administrat vt syndicus, vel procurator. Item prohibitus, vt pater, non administrat, vt tutor.ff.de tu.& curat.da.ab his.l. scire. §. si iur. aliàs esset dare vna via prohibitum, alia via permitti: contra regulam.eodẽ.tit.cùm quid. Quartò,
9 certum est† dispensationes odiosas: quia fiunt contra ius commune, vt hîc.& sic sunt restringendæ.s.eo. tit. odio.&.s.eo.libro.de filijs presbyte. c.j.& ij.de electione.dudum. Et hoc dicimus, quicquid sit in cõtractibus. quod episcopi contrà non dispẽsant: nisi vbi eis permittitur: vt est expressum.de tempo. or. dilectus. xxv. quæstione.ij.amputando. hoc autem non est permissum: ergo id non poterit.

10 ¶ Quintò, constat † quod infirmari vel vituperari potest, præcaueri debere. xxiij.dist. in nomine domini.de ser.non ord.c. j. de procurato.c. j.Sed si concederetur talis dispensatio, euenire posset monachos renuntiare ecclesiæ parochiali, vel illa priuari:& sic in simplici beneficio extra claustrum remanere sine cura & beneficio, & officio prædicandi: quod abhorrent iura: vt est probatum. Soluit fra.Iaco.pro hac parte per has vltimas rationes, inducens principaliter.xvj.quæstione.j.cap.j.&.c.de monachis.&.cap.cùm ad mona. Allega primò incommodum non obst.quia non sequitur: si episcopus potest hîc, hoc idem potest cum monacho: vt patuit per superiora. ¶ Quod dicitur secundò de decre. cum singula non procedit, quia cessat arg.à contrario, nisi illius contrarium exprimatur in iure. de quo vide, quod scripsi de electio. publicato.super vltim. glo. Item ex illo modo arguendi sequeretur, quòd in duobus non curatis dispensare posset cum monacho, quod falsissimum est: vt patet per superiora ad id, quòd ibi sequitur, quòd dispensat in non prohibitis, responsum est suprà in quarto argumento huius partis, & allegatione iij.
11 Fateor abbatem monacho suo.† committere posse monasterij non curatã, qui per id stabilitas claustri non frangitur cùm ibi maneat, vt obediẽtiarius ad abbatis nutum ad claustrum reuocandus. & pro tanto debet habere socium sui ordinis: vt no.de statu mo.ne in agro.§. ad hoc. Item iuri plus placet, quòd si tales administrationes sunt curatæ, cura adhibeatur

adhibeatur potius per seculares clericos, quàm per monachos exerceri, vt sicut claustralis illam non gerat de capel.monacho.c.j. facit.de statu monach.ne in agro.§.cæterũ.Ad allega iiij.respondetur nõ arguendum hoc casu de permissis ad non permissa, etiam si sint minora. facit quod scripsi de translatio. c. vltimo. super penul.gl. Ad vj.respõsum est in tertio argumento huius partis. vnde
12 †monachus non liberatur à monachatu per parrochialem ecclesiam, sicut seruus à seruitute per manumissionẽ quod per se patet. Nec tractaui hic de purgatione vitij: sicut in casu decre.re.de elec.nec est hîc difficilis separatio : vt in decre.sacris. de sepul. cùm curatum beneficium separabile sit à non curato.

SVMMARIVM.

1 *Facta contra ius pro infectis habentur: quæ nec dominium transferunt, nec titulum præscribendi parant.*

2 *Facta quædam contra ius tenent: quorũdum verò effectus retractari potest, & ad pristinum statum reduci.*

3 *Sponsus sponsam de præsenti, ingressam monasterium, & profiteri volentem rapuit vi & corrupit: eam demum professam an ille iure repetere possit. & numero.6.8.9.10.& 12.*

4 *Matrimonium num sit, quàm religio, fauorabilius & nu.7.*

5 *Matrimonio non consummato num liceat alteri coniugum, altero inuito religionem ingredi.*

11 *Voluntas attẽditur potius quàm factum, in pœnalibus.*

13 *Matrimonium perficit copula: quæ consensum requirit.*

REGVLA LXIIII.



Væ contra ius. Ponit Dy. exemplum iur. ecclesiæ vel pupilli cõtra formam & prohibitionẽ iuris alienata: quæ alienatio habetur pro imperfecta.s.eod.lib.de reb.ec. non ali. c.ij.de sac.& l.iubemus.de admi. tu. lex, quæ tutores.& de præd.mi.l.j.vnde nec dominium transfertur, nec paratur titulus præscribendi.C.de prædi. mi. l. si prædium. de auth. præs.l. eum, qui de vsucap.peremp.l.fi. & in prædi.decre.ij.de reb.eccle.non alienam¶Prima gloss.potuit remitti ad exempla.& ponit alia.& de materia remittit. Secundò obijcit in specie, & genere.de prohibitis, quæ facta tenent, vel confirmantur & tripliciter soluit.ponit etiam quartã solu.quam improbat.Tertiò, obijcit de maleficijs.& soluit.¶In gl.ibi: facta†tenẽt.
2 dat Dy.exemplum de.l.ff.de inter.& rele.l.relegatorum.§.ad tempus. vbi relegatis nõ debent adimi bona: tamen si adimantur, tenet ademptio. ad idem.ff.de fer. l.j. vbi prohibetur fieri tempore feriato feruore haberi videntur: si tamẽ feratur partibus præsentibus, tenet: & ibi tolletur ad annullandum. certa actio vel exceptio paretur vt in his, quę fiunt dolo vel metu. Dy.quod factum tenet, licet non teneat, considerato effectu. ff.eod.l.nil interest. & ibi intelligun tur contraria. de hoc in Specul. de dispu. & allega. §. post hoc. vbi vel illud

illud ius. hanc causam dicebat Dy. quando lex vltrà progreditur, stari debet tali speciali, generali relicta. ff.de verborũ obliga.l.doli clausula. C. de pœ. l. sanctio legum. ff. de ali. le.l.aliméta.§.pe.&.§.stichus abbas: in distinctionibus de testi. c. ij. in fi. dat aliam solutionem, quam attribuit Odoff. aut expedit facięti id haberi pro infecto,& tunc habetur pro facto, vt in maleficijs. & sequitur in gl. quia delictum non præbet immunitatem. ff.de interd. l. relegatorum in fi. aut illi expedit habere pro facto,& tunc habetur pro infecto, vel ipso iur. Pone exemplum de elec.cũ in cunctis vel ope exceptionis. e. ti. quod sicut. ne ex improbitate commodum portèt.ff. de fur.itaque fullo.& ibi;sortiuntur.aliàs,sortiri possunt dicit Dy. regula loquitur in prohibitis à iure.tamen illorum quędam sunt,quorum effectus retractari potest,& ad primũ statum reduci. vt in contractibus, electionibus,& testamẽtis,& in his loquitur regula. quædam sunt, quæ retractari vel ad primum statum reduci non possunt, vt mortuus ad vitam.& in his cessat effectus regulę.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quęstionẽ tertiam dominicalem posteà disputatã per fratrem Ia.& Guid.posteà episcopum Muti.quę sic proponebatur per
3 vltimum: sponsus sponsam† de.pręsenti, ingressam mona. & profiteri nolentem,violenter rapuit,& corrupit.quę posteà profitetur.sponsus ipsam repetit.queritur an possit.Quod possit, allego. & vj. in contrarium. tertiò.ponitur Gof.Host.& Ia.& cõtra Ia.& Guid.respondentis ad rationes primorum.vltimo de quæstione excludo. Quatuor casus non dubios, & secundos sequor. Pro actore sic allegabatur,posse tenus,abbreuiando, constat,quod matrimonio consummato alter altero inuito religionem ingredi nõ potest:sed inter istos erat matrimonium consummatum, ergo &c.maior patet.de conuer.coniu.per totum.xxxvij.q.ij.sunt qui dicunt.&. c.Agathosę cum sequẽtibus. declaro minorem.ad consummationem matrimonij requiruntur duo,consensus animorum,& commistio corporum, quæ firmat & perficit. xxvij. q. ij. in omni.sed inter istos vtrũque interuenisse proponitur.ergo &c.nec obstat:illicitus coitus affinitatem inducit,& efficit virum & mulierem vnã carnem, & vnum corpus. Patet primum de eo,qui cog.consan. discetioni enim.xxij. q. iiij.in eo fornicator. si ergo hæc copula licet illicita, fecit sponsos vnum corpus, pars non potest religionem intrare parte in seculo remanente.xxvij.q.ij.quia Agatho.de conuer.coniu. ad apostolicã. & ponderatur hoc factum, quod semel factum est, nequit non fuisse.ff. de cap.& postli. re.in bello. §. factę. præcipuè in hoc casu,quo post ruinã suscitari non potest. xxij.q. v.si Paulus.& lex C.de rap.vir.l.vna.& pręcipuè, quia in corruptione etiam inuitæ.præsumitur aliqualis fuisse consensus:qui ma. accusa. pos.insuper & facit quod scripsi post Hostiẽ. de desspon.impu.continebatur. cùm autem coacta voluntas includat voluntatẽ. xv.q.

xv.q.j.meritò ergo talis volens profiteri non potuit. ergo. Item, dato quòd nullus fuerit consensus:sed absoluta coactio,tamen corrupta inter virgines reputari vel consecrari non debet.xxxij.q.v.ille.quia licet quantum ad gratiam suscipiatur, vt virgo.Secus,quantum ad legem,quæ voluntatem non ponderat,sed opus. ea. q.finge.& xv.q.j.c. fi.qua ratione igitur consecrare non potest, quia cognita, eadem non poterit profiteri. nam iura non distingũt qualiter matrimonium fuerit consummatum. ergo nec nos distinguamus.ij.q.v.consuluisti. cum concordan. Impeditur ergo professio siue cum volente,siue cum inuito fuerit consummatum.simile quod de illo, qui caret oculo, dicitur bo.dist.c.vlt.& vide quod ibi not. ad quæstionem. Secundò,quòd talis coitus fuerit sine culpa, probatur:quia nullo iure puniretur, vt patet à contrario.xxxvj.q.ij.si quis virginem. vnde not. Ioan.eo.ca. q.j.c.j. quòd talis non incidit in constitutionem.quia vtitur suo iure,& sua possessione,quam habet ex sponsalibus. vnde primus coitus ex debito est,& non gratuitus.de hoc.xxvij.q.ij. con iuges.nulli ergo fecit iniuriam vtendo iure suo:de elect. cum ecclesia.& si dicas,eum deliquisse, bonum præcedentis matrimonij illum excusat. facit.xxxij.q.ij.quicquid. Tertiò, cũ
4 fauores amplientur,& odia† restringantur supra eo. odia. cum concord. Matrimonia autem sunt fauorabilia.de app.directè in fin. & sic constitutiones illa dissoluentia,sunt odiosæ.ergo restringendæ viij.q.j. sciendum.Constitutiones ergo permittentes ante carnalem copulam dissolutionem matrimonij,de omni copula intelligantur,siue sponte siue vi exacta.& in dubio iudicatur pro matrimonio.de re iud.c.fi.& est fauorabilius,quam religio.quia probant duæ decre. de rap. cum causa. de eo qui cong.consan.vxo.sue.super eo. Non ergo debemus in veritate corruptã contra matrimonium fingere virginem:cum regulariter veritas præiudicet opinioni.de biga.nuper.viij.di. veritate. & potest esse ratio maioris matrimonij. quia ibi publica versatur vtilitas ampliationis humani generis ad restaurationem lapsus angelorum.xxxij.q.ij.§.his ita. de consec. dist. j. hi duo. In religione versatur priuata:de reg.licet. & publica præferenda.vij.q. j. scias. de postul.præ. bonæ. j. Quartò,non solum est fauorabilius,sed etiam fortius. vnde consummatum matrimoniũ sortitur effectum à iure diuino,& indissolubilitatem.xxvj.distin.deinde.de eo.lib. de voto.c.vno.sed ingressus religionis, qui permittitur, est de iure humano,quod cedit diuino.viij. dist. §. ij.cum ca. sequentibus.vincat ergo matrimonium,vt fortius.Quintò,licet dicatur voluisse sponsam profiteri,non suffecit voluntas,sed requirebatur factum vel effectus ad dissolutionem.nisi.de eo,qui mit.in pos. c.j. facit.de pœ.di.j.§.cogitatio. cum ca. seq.de pœn.dist.ij.§.idem illud.& di. iij.in casum.& vij.q j.nihil.&.c. sunt plures.de bapt.maiores.

5 ¶In cõtrarium†cõstat ante cõsummationem matrimonij licere alteri coniu

coniugum altero inuito religionem ingredi. Patet de hoc de conuer. coniug. c. ij. & c. ex publico. vbi secundũ quosdam ad profitendum vel consummandam dantur duo menses, vel secundum alium, tempus arbitrariũ. vt ibi no. sed hîc non fuit matrimo- 6
nium consummatum. quod fit per carnis corruptionem. de biga. debitũ. quæ non interuenit, nec procedit, nisi per corruptionem mentis. xxxij. q. v. c. j. & c. proposito. cùm ergo incorrupta possit ingredi, & ista sit talis, ergo ingredi potuit. Secundò, omne quod est sacru, vel alterius rei signũ, illius debet esse simile. de conse. distinct. ij. signum. & c. species sed consummatio matrimonij carnalis, est sacramentum coniunctionis Christi, & ecclesiæ. xxvij. q. ij. cùm societas. & præ. c. debitum. vt ergo hoc illius similitudinem gerat, debet esse voluntaria: sicut fuit illa: cùm non legamus Christũ traxisse vel Apostolos 7
trãsisse violenter gentiles ad fidem. & habetur contrarium. xxiij. q. v. ad finem. xlv. dist. qui sincera.

¶Tertiò, coactio, quæ est conditionalis, impedit consummationem matrimonij spiritualis. xx. q. j. & sicut. & q. iij. præsens. & quod metus causa. c. j. fortius impedire debet consummationem carnalis, in quo cessare debet omnis coactio. de spon. 8
cum locum. & dato quòd non impediret conditionalis, saltem impediet absoluta: quæ impediet in baptizato ordinato impressionem Characteris. xlv. dist. de iudæis. de bapt. maiores. de secundo not. lxxix. dist. gesta. Et quod impediat consummationem matrimonij, patet à contrario. qui ma. ac. pos. insuper. quia si requiritur, quod semel consenserit, cesset consummatio. de spon. impu. continebatur. ibi: de suo assensu desponsata & cognita.

¶Quartò, sponso † repetenti obstat fauor dupliciter, oppressi, scilicet & religionis. Item, odium opprimentis. De primo constat, quod per violentiam factam non imputatur, quoad humanum vel diuinum iudicium. xv. q. vj. c. j. xxxj. q. ij. Lotharius. j. q. j. constat. l. di. presbyteros. facit. v. dist. ad eius. cum concor. vnde & similiter hæc passa fuisset à tertio, maritus sibi id imputare non posset. ff. de adult. l. pe. etiam si culpa in casum incidisset. vt not. xxxij. q. v. proposito, multò minus ipse vir cogens sib i
hoc poterit imputare. ad hoc de eo, qui cog. consan. vxo. suæ discretioni.

¶De secundò fauore, scilicet religionis & continentiæ, & cuius † summa est ratio. ff. de reli. & sump. fu. l. sunt personæ. probatur, quòd est maior, quàm matrimoniũ: & quod præfertur fœcunditati prolis. xxxij. q. iiij. §. is ita. benefacit. xxvij. q. j. nuptiarũ. xxxij. q. j nuptiæ: & quod ibi nota. & in auth. de monachis. §. scimus.

¶De tertio patet de odio exprimentis, ne ex delicto fiat melior ipsius cõditio. ff. de reg. iur. non † fraudatur. §. nemo. xij. dis. nos consuetudinem. nec pro pœna quam meruit, consequatur priuilegium. de senten. excom. si verè, Quod deliquerit & pœnam mereatur, patet, quia sponsa si non fuisset oppressa, suo iure poterat debitum denegare. siue dicamus

primum

primum coitum gratuitum, siue dicamus exceptionem temporis competere iur.not. xxvij. q. ij. coniuges.

¶Deliquit ergo sponsus priuando illam priuilegio virginitatis, & per consequens consecrationis & aureolę:vt no.xxx.q.v.reuera. &.c.ille.

¶Item deliquit petendo plus causa,vel tẽpore. superius dicta de plus pe.c.vno.& fuit amator ardentior in vxorem.xxxij.q.iiij. origo. Item sacrilegus, & excommunicatus opprimendo religiosam, licet non professam.de sent.excom.religioso. lib.eo. Item excommunicandus impediendo religionis & castitatis propositũ. xxxij.q.ij.c.fin.ad hoc.liiij.dist.multos.Item,quia ius sibi dixit in re propria,contra id.xvj.q.vj.placuit. C.de iudic.nullus.& licet non puniatur vt raptor, nec vt incidens in constitutionem:si quis in tantã.vt no. xxxvj. q.j.c.ij.punietur tamen vt transgressor legis prohibentis, ne quis rapiat sponsam propriam.C.de rapt.virgi.l. vna. nam sic est in matrimonio spirituali:quia non debet sponsus suam sponsam,vel beneficium rapere violenter.de præb.eum,qui.lib.vj. ergo si multipliciter deliquit. est propter sui odium repellendus. aliâs daretur occasio malignandi,contra id. xvj.q. j.legi.de diuor.quanto.in fin.& consequeretur indirectè, quod directè non posset,contra id,de procur. tuæ. & hoc eod.titu.cùm quid vna.& audiretur suam turpitudinem allegãs, contra illud.de concesſ. præben. cùm super.de donatio.inter dilectos.

9 ¶Quintò, vir & vxor†non iudicantur ad imparia. xxxij. q. j. si quis vxorem.de diuor. gaudemus. sed dicendo, quod oppressa nõ possit profiteri:erat imparitas,cum oppressionem & absolutam coactionem possit vir inferre vxori:non econtrario, vt scripsi.quod metus causa.sacris.in secunda quæstione.& despon.is, qui. & est simile, quod not. de voto. cap. vno.suprà eod.lib.in glo.

¶Sextò,ex quo spõsa voluit profiteri, iam videtur professa. ad hoc de voto literaturam. & ex hoc dicetur vitã voluisse mutare, & sic iam esse professa.suprà eo.lib.de reg.non solum &.c.beneficium.cum in bonis voluntas pro opere habeatur.de pœ. di.j.magna.versi.notum enim. & xv. dis.duæ sunt.maximè ex quo per volentem nõ stat:sed per aduersarium, quo minus voluntas impleatur. de dolo & contu.contingit.

10 Solutio†recedendo à verbis disputantis,sciẽdum,quòd Hos.in sum.de conuer.coniu. ad finem versi.quid si virgo.tenet, quòd reddẽda est viro. primò,quia vsus est iur.suo vt suprà. Secundò, quia negari nõ potest quin sponsa in prima nocte in vitta sit cognita,sunt facti vna caro,sacramento matrimonij præcedente.eod. titu. ad apostolicam.

¶Tertiò, quia cognita, præsumitur consensisse.qui ma.acc.poss. insuper fatetur, quòd secus, si post tempus professionis illa cognosceret, quod tunc non vteretur iure suo,soluto vinculo.eod.tit.c.ij.&.c. publicato. imò puniendus esset pœna, de qua.xxvij.q.j.si quis rapuerit. xxxvj. q.ij.si quis non dicam.

¶Circa quæstionem fra.Ia.disputans tenuit

tenuit idem eisdem rationibus. sed Bartho.brix.in quæstione sua dominicali.lxxx.tenet contrarium,ratione superius dicta,ne scilicet melioris conditionis sit delinquens,quàm non delinquens.de præben.eum,qui.lib.eo.cum concor.hanc partem tenuit Guido pro vltimo allegata.& ad tres rationes Host.respondet primò ad primam,per id,quod dixi in prin.secundæ partis.vbi de tertio.

¶ Ad secundam respondet,ꝙ sponsa traducta,licet inuita,prima nocte cognita,venisse præsumitur,vt consumet matrimonium.sed in themate nostro contrà,nisi appareat de contraria volũtate,scilicet ꝙ cõsummatio resistebat religioni,eligendo.

¶ Ad tertiã respondet ex decre.insuper sumi contrariũ. vt dixi.s.parte secunda ver.itẽ coactio. Ad iura, quæ dicunt non distingui,vbi canon non distinguit,respondet per.c.xxxiiij.q.ij.quos Deus.& de conuer.coniuga.ex publico.in fi.Iura verò,quæ dicũt factum attendi,soluit,ꝙ ponunt speciales casus,propter defectum sacramenti,vel prærogatiuam ordinum.

¶ De primo.xxxij.q.v.ille de secũdo.lv.dist.c.vlti.sed illæ causæ hic cessant:quia licet † oppressa non possit
11 consecrari:potest profiteri.de quo loquitur,& regulariter in pœnalibus voluntas attenditur potius,quam factũ.ad id,quod dicitur per illicitam copulam induci vnionẽ carnis: non sequitur per id matrimonium consummari.

12 ¶ Ad veritatem huius† habẽdam exclude casus nõ dubios si spõsa in ingressu,vel pòst,ante oppresionẽ fecisset actum aliquem,dici posset tacitè professa.quæstio non est dubia.& sic dilato verba Host.quę.s.pòsui.& declaro,quod dixi in fin.secundæ partis.Idẽ,si sponsa,licet inuita,consensisset ad copulam.Item, non est dubium,quin sponsus licet oppresisset,non tamẽ semen emisisset,super quo vide quod scripsi de sponsa.c.si de eo,qui cog.cõsan.vxo.suæ,fraternitati.quod hic non itero:quia materia non delectat. Posset dici etiam quæstio indubia,quãdo post assignationem duorũ mensium vel temporis arbitrarij, fieret talis oppresio ante omnem professionẽ,quasi tunc licitè potuerit sponsus copulam exigere ab inuita,per superius allegata. sed dices satis est,ꝙ transierit ad religionẽ,vt ista de qua quæritur,cum textus decr.ex publico dicat ad religionem trãsire.sed vt ibi not.in tertia gl.in fi.ille terminus datur ad profitendum,non simpliciter ad ingressum:aliàs malè esset prouisum sponso,si annũ probationis expectare deberet.Est ergo,quæstio dubia,quãdo spõsa etiam tacitè nõ professa.j.duos menses assignatos vel aliud tempus arbitrariũ,oppressa fuerit,& cognita,nec consenserit in copula.In his autem terminis teneo cũ Bartho.& Guid.per superius allegata.facit hęc regula.ff.quæ satisda.co.quotiens vitiosè tactum vel satisdatũ est,non videtur cautum.Cùm ergo contra ius & vitiosè oppressa fuerit,vt probatur.s.parte secũda.ver.de tertio,quo ad facientem habeatur pro non facto.vt dixi.s.prima gl.Itẽ iur.beneficium quod mulieri,quę non solùm

verbo, sed facto suam voluntatem ostenderat, auferri non debuit.s.eo. indultum.cum concor. Multum mo-
13 uet consensus, qui+potissimè in matrimonio requiritur. sed matrimonium non est perfectum, nisi per copulam.ergo copula requirit consensum, saltem inclusum in coactione conditionali, vt est dictū.xv.q.j.meritò.patiens autem coactionem absolutam nil agit.quod me.causa.sacris ergo non consentit.

SVMMARIVM.

1 *Agere qui potest, potest & excipere.*
2 *Possessionem clandestinam habēs, an admittatur ad excipiendum.*
3 *Ecclesia an praescribat rem laici, spatio decem annorum, ita quòd ex tali praescriptione agere & excipere possit. & numero.4.*

REGVLA. LXXXI.



Vi ad agendum. Prima gl.dicit, vnde sumpta. & ponit exépla. Secundò, ponit rationem gl. Tertiò, dicit regulam procedere in eisdem personis. Quartò, dicit eam fallere in possessorijs. ¶In j.gloss.ibi.§.cui damus supple: actionem, fortius exceptioné & ibi: tempore tollitur.vt de dolo.& ibi: ordinarij.vide.s.eo.dolo facit.

¶In j.glo.ibi:cui licet. Dy.dicit regul.fauorabiliores.ff.eo.& sic ad idé. s.eod.cùm sunt.&.c.non licet.& ibi possessionem restituet. esset enim species spoliatiōis possessionem denegare locatori.vt ff.de praeca.l.vlt. & ideò super dominio non auditur nisi facta restitutione. ff.si per vim vel alio modo.l.j.Dy.& ibi agētem possessorio.f.interdicto vnde vi. & licet glo.in l.fi de vi.ff.de iud.dicat, quòd exceptio dominij excludat interdictum recuperandae. alibi verò contrariū:& verius, scilicet.ff.de vi & vi ar.l.j.§.j.& de ver.sig.in literis. §.j.& de vsuc.sequitur.§.si domus.de
2 habente+possessionem clādestinam dubitatur, an excipiat de dominio.& videtur ꝙ non:cum lex aequipareτ, violentā & clandestinam.ff.quod vi, aut clā.l.j.§.j.C.ad le.Flauiā.de plag. eum, qui fugitiuū.Dy.tenet contrarium, cum longè improprior sit habens violentam, quā habens clandestinā.ar.ff.de fur.si vendidero.§.cum raptor. inducit.l.C.de prohib. tenet etiā hic Dy.ꝙ sententia lata in petitorio per exceptionē rei iudicatae, in possessorijs adipiscendae vel retinendae:sed non in possessorio recuperandae:ipsius ratio.quia duo primò possessoria, excluduntur per exceptionē dominij.Tertiū non:& per hunc modum concordari possunt, secundùm eum gl.quae videtur contrariae.ff.de iudi.l.ij.§.quaedā.& C.de interdic.incerti.& in fi.dicebat ergo Ioā.mo.in additione sua.ꝙ regula cessat quādoque ex malitia partis.ff.de rescin. ven.l.fi.In auc.de trien. & se.§.illud quoq; coll.iij.seu ex priuilegio causae.de rest.spo.in literis.&.c.se.& propter fragilitatē sexus.s.eo.li.de elec. indénitatibus.§.verū.& ne vera executio impediatur: vt prae.decr. accedēs.all.de of.or.irrefragabili.& vide quod dixi de exces.prę.inter dilectos in gl.no.nō solùm.vbi Inn.& Hos.dixerunt regulam locum habere, qn̄ de

eodem

eodem ad idem agitur, & excipitur.

QVAESTIO.

Huic regulæ coaptatur quæstio
3 quam disputaui paulò post† doctora tum meum, qua quærebam: an ecclesia præscribat rem laici spatio .x. annorum, ita quòd ex tali præscriptione agere & excipere posiit: Posito tamen primo, sequitur secundũ per hãc regulam. Pro ecclesia allegãtur quatuor: totidem contra ipsam. Tertiò, præmissa opi. solu. contraria quæstio soluitur & contrarijs respondetur.

¶ In primo videtur, ꝙ nõ præscribat. nam quod sibi nõ vult fieri. s. præscribi decennio, non debet alijs facere. Matth. viij. & in principio decretorum. xxxij. q. vj. si ducturi. s. de ma. & ob. dilecti. primum patet. xvj. q. iij. §. potest. ad fi. & auť. quas actiones. & s. de præscrip. Illud. Ad idẽ venit, quod dicimus, quẽlibet iur. quod in alterum statuit, vti debere. de cõstit. cum omnes. ff. quod quisq; iur. l. j. & in rubro. & quod in sui persona quis refutat, in alijs velle vel præferre nõ debet, de homic. cum iuramẽto. ff. manda. si negotiã ꝑ me inducere possum, quod reprobo. vel econtrariò. xix. di. c. j. Secundò videmus, ꝙ sicut seruus in dominum non torquetur, sic nec econtrariò. C. de quæstionibus. l. pridem. & sicut Iudæus nonconuenitur in sabbato, ita nec conuenit. C. de Iudæis. l. die sabbati. Tertiò, constat ꝙ fauor lædit. vnde si emi vina, exceptis acidis, & mucidis, etiam si expediret mihi, & vellem illa habere, non possum ex illo contractu. ff. de peric. & cõmo. rei ven. l. si vina. s. eo. lib. de præbẽ. cuĩ de non. & vide circa hoc, quod no. s. eo. tit. quod ob gratiã, nisi extendere poteris, perdec. prudentiã. de mu. pe. & per alia iura. Quartò, facit ad hanc partẽ. xvj. q. iij. placuit. & quod ibi no. facit. s. eo. ex eo. per cuius regulæ cõcordantias potes extendere hanc partẽ. Ex quibus concluditur rem laici præscribi decennio per ecclesiam, sicut per laicum. Solutio. Sciendum est, quòd Io. xiij. q. ij c. j. & B. de præscri. illud. in iij. gloss. dicunt etiam præscribi rẽ laici spatio. xxx. annorum, & propter illas glo. disputaui hanc quæstionem, & Hugo. xiij. q. ij. in princi. exprimebat, quòd non minori, cum decennalis vel vicennalis, in ecclesia locum habeat. Item sciendum, quòd glo. præalleg. Bernardi. ij. c. illud. ad literam fuit Lauren. quam & posuerunt Vincen. & Goff. sed ratio, quã includit illa gl. de leg. quod fauore, non concludit illud dictum. sed potius contrarium. & idem dico de eo, quod notat Io. mo. de præscrip. c. j. vtens eadem ratione. Soluendo teneo, cum Dama qui hoc notat in sum. de præscrip. ante fi. & Accur. qui notat in auť. quas actiões. C. de sacro. san. eccle. & in auť. de ecc. titu. §. pro temporalibus. quòd ecclesia rem priuati præscribit, vt priuatus spacio. x. vel xx. annorum: per rationem. l. quòd fauore. quam alleg. Laur. xxx. an. nullo modo procedit in ecclesia, vel ecclesiastico foro. illa enim currit cum mala fide: quòd canones abhorrent. de præscript. vigilanti. & c.
4 vlt. s. eo. possessor. † Ex prædictis autem sequitur, ꝙ ecclesia habet actionem ad repetẽdam, si cadat à possessione, & fortius exceptionẽ ad illam

defendendam:vt patet.xvj. q.j.§.iij. §.potest.C.de præscript.xxx. vel.xl. an.l.si qui emptionis. ¶Ad id quod, dicitur:Quod tibi non vis fieri,&c. exponit nec velle debes: sed ecclesia bene debet velle vti suo priuilegio sibi per ius vtrunque cõcesso,& contra non sic priuilegiatos:vt ipsa potest vti iur.communi aliorum etiam responsionem collige per notata in præd.regulis.s.eo.quod ob gratiã.& c.ex eo.Non ob.quod dixi post Dy. s.eo.in iudicijs,super.j.gl.Non enim vtitur hoc ecclesia priuilegio circa litem:sed iur.communi,quo & laicus vteretur agendo & excipiendo, vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Mercans contra iura,præsumitur in mala fide.*

2 *Ecclesiæ parochialis rectores, quandam aliam ecclesiam cum fructibus,tenuerunt supra hominũ memoriam,id'ne licitè & iure possint.& nu.4.5.6.9.& 12.*

3 *Episcopi iurisdictioni detrahitur sæpe per præscriptionem.& nu.10.*

6 *Præscribi non possunt functiones publicæ, & quæ ad vtilitatem publicam pertinent.*

8 *Ecclesiæ ministrorum diminutio,non est procuranda.Et quid ita.*

11 *Temporis patientia,cuius initiũ memoria non extat in contrarium,an sufficiat ad probandam annexionem remis.*

REGVLA. LXXXII.



1 QVi cõtra.Dy.ponit†exemplum in illo,qui emit à pupillo,quem sciebat talem sine autoritate tutoris.C.de autho.præst.eũ,qui.de vsuc. pro emptore.l.vlti.decõtrahen.emp. qui à quolibet.& dicit, quòd huius iur.est ratio,quia aut emptor sciebat à iur.prohibitũ,& sic fides mala concluditur à parte,aut ignorabat & tũc mala fides propter iur.errorem præsumitur.ff.de vsuc.si fur.& dicam super gl.¶Prima glo.ponit exẽpla.Secundò,successiuè signat duo contraria:& ad ea remittit.Tertiò,notat: ¶In j.gl.ibi prędictis iuribus.ad idẽ. s.eo.lib.de re eccle.non ali.c.ij.& in fi.licet igitur præsumatur bona fides vbi contrariũ non probatur.de præscrip.vt not.si diligẽti.illud in ignorãtia facit:quia eius allegationi iur. præsumptio non resistit:sed cũ allegatur iur.prçsumitur mala fides:quia præsumptio iur.allegationi resistit. Dy.alle.s.eo.ignoran.ff.pro emp.l.j. §.si à pupillo.& §.si à furioso:& C. de lega.leges sacratissimæ.de iur.& facti ign.l.constitutiones.

QVAESTIO.

Hęc regula facit pro solutione domini.G.de pet.lata in quęstione quã disputauit,quæ fuit talis. Rectores
2 parochialis ecclesię†quandam aliam parochialem cum suis fructibus tenuerũt,vt vnicam vel annexam,nullo ibi instituto rectore,& hoc tanto tempore,quòd de contrario non est memoria.quæritur an per eos possit licitè sic teneri?quam ornabo & abbreuiabo. Quòd possit, allegat. quinque'& respondet ad hanc regulam.Secundò,in contrarium allega. Tria.Tertiò,soluit,rationes tres inducens,& cõtrarijs respondẽs.& deinde subdam

subdam dictum Ho.& solutionis determinationem, vt dixi. Et primò allegat, quòd possit: quia à iur. communi prohibita diuturnitate tanti temporis, licitè obtinētur. hoc patet de verbo. signifi. super quibus. §. primo. &.c. quid per nouale. & s. eod. lib. eo. titu. veniens. iij. quæstio. vj. hoc quippe. lxv. dist. mos antiquus. &.c. se. ix. q. iij. conquestus. xviij. quæstio. ij. seruitium. vbi. de. hoc. &. j. quæst. j. nullus
3 episcopus: Secundò licet † episcopus in sua diœcesi sit ordinarius. xj. quęst. j. de persona. In multis tamen per præscriptionem suæ iurisdictioni detrahitur. vide de foro comperē. cùm contingat. de offic. ordi. irrefragabili. de off. Archid. c. fina. de restitu. spo. literas. de consan. & affi. c. j. de præscrip. auditis, &. c. de quarta. Igitur sicut ibi contra ius commune operatur præscriptio, sic & hic. & sic de his, quæ scripsi. s. de consue. super rubrica. &. c. vltim. super glos. & quam.
4 Tertiò † iste nō debet cogi probare titulum. ij. qō. v. §. j. de peti. hæredit. l. cogi. quod patet, de præscript. c. j. supra. eod. lib. nam longinquitate. sufficiat ergo sibi possessio, quæ sufficit præsentanti, eligenti, & prouidenti. de iur. patron. consultationibus. de elect. querelam. de causa pos. cùm olim. Quartò, cùm visitent archiepiscopus, episcopus, archid. archipresby. de cen. cùm apostolus. &. c. rationa. s. eo. lib. & de offi. archid. mandamus. præsumendum est, quòd à principio inquisiuerint, & inuenerint has duas simul iustè teneri. sicut dicitur in literis papæ non posse cadere falsitatem, quia per multas manus incedunt; vt not. de rescript. ad audientiam. de fide instrumento. ex parte. cum concor. Quintò, facit. C. de dona. in donationibus. & C. de arbit. tu. l. fina. Item facit de præsumpt. illud. & quod scripsi post Innocen. & Ho. de præsbyt. non bap. c. fina. ad finem. & de eo, qui fur. ord. re. c. vlti. vbi nota. quòd qui longo tempore fuit in possessione sacerdotij, & maximè si episcopus suus eū vt sacerdotē admisit, non cogetur ostendere literas: ad quod aliàs teneretur. ij. quęstio. v. legum. & in extrauagan. Bonifac. iniunctæ. Nec obst. hæc regula, cum suis concord. quia patientia episcopi tanti temporis, defendit præscribentes. vel licet primus possidens præscribere non potuerit, qui habebat facti notitiam: successores tamen inuenientes ecclesiam in possessione, habere poterunt bonam fidem supra. eod. cùm quis in ius. & super his. vide quod nota. de iur. patrona. cura. in glos. ij
5 ¶ In contrarium † est certum, quod quælibet ecclesia parochialis vel saltem suum debet habere rectorem. de præben. cum ignores. vij. quæstio. j. sicut alterius. Item pluralitas beneficiorum maximè talium, est inimica canonum. lxx. dist. sanctorum. de præben. quia intantum nec in duobus collegijs quis numerari debet. de reli. do. ne nimia. etiam si vtrumque collegium consenserit. de electio. constitutis. nec potest quis duobus dominis seruire. xxvj. distinctio. acutius. xxj. quæstione. j. c. j. de clerici coniugato. diuersis. & singula officia singularitatem personarum exigunt. lxxxix. distinct.

ſingula. conſuetudo autem, de qua quæſtio loquitur, eſt contra iſta.& ſic dicenda eſt corruptela.de conſue. cùm venerabilis. cùm diuturnitas temporis ſine veritate, quanto diuturnior,tanto culpa grauior.xxxij.q. vij.flagitia.de conſue.c.vlti.cum con cor. concluditur ergo quòd non iuuat talis diuturnitas temporis.Secun
6 dò,†non iuuat taciturnitas vel patientia epiſcopi:imo ipſius culpæ aſcribendo eſt,qui ipſas eccleſias ſic eſſe permiſit.de elect.cùm cauſam.de teſt.quia ingredientibus.facit.lxxxj. diſt.ad reatum.& expreſsè prohibetur epiſcopis,ne aliquem præsbyterum permittant duas eccleſias tenere.de exceſ.præ.c.j.ſed debent illum cogere ad alteram dimittendam. de æta.& quali. eam te.aliâs,ſufficientem diſpenſationem oſtendendam. de offic.ordi.ordinarij.in prin.ſ.eod. lib.contra talem igitur prohibitionem, & tale præceptum, ex cuius transgreſsione puniendi ſunt,patientia non ſufficit.& cùm epiſcopus me- 9
reatur pœnam, ſacerdos non dicit conſequi præmium.facit de do.inter vir.& vxo.& ſi neceſſe.cum concor.
7 Tertiò,idem † de quo quæritur impræſcriptibile,cùm publicę functiones,& illa,quæ ad publicam vtilitatem pertinent pręſcribi non poſſunt. xvj.quæſt.iij.§.poteſt ad fi.& l.iubemus.facit.xxv.q.j.quę ad perpetuam. de præben.Ratio.cùm enim ſacerdotes peccata populi commedant,& in ſuis precibus ea deleant, & conſumunt.iij.q.j.nulli.x.q.j.quia ſacerdotes.detractio ergo ſacerdotum,lædit
8 ius†publicum,cùm quanto ſunt plures, tanto melius declarantur: cùm multitudo facilius exaudiatur à Deo. de pe.di.fleat. ver.amat enim,vt pro vno multi rogent, Hinc eſt, quòd apoſtoli dicebant meſſem multam operarios,operarios autem paucos. Matth.ix.Lucę.x.& xxj.diſt.in nouo. ergo operariorum ordinatorum diminutio, eſt contra bonum publicum.nam ſi in qualibet parochia infirmarentur parochiani,non poſſet ſimul ad vtrunq; ſuffragari,cum ſacramentis potiſsimè,ſi parochiæ ſunt remotę.& ſi alter ſine confeſsione decederet, reus eſſet animæ decedentis.xxvj.q.vj.ſi præsbyter.&.c.cognouimus.facit de pœ.&re.c.vlti.Ex quibus concluditur poſſeſsionem tanti temporis,vt ponit quæſtio,non prodeſſe.Soluendo dicebat talem vnionem ex diuturnitate tanti temporis non acquiri,& ex ea non poſſe recto rem vtranq; eccleſiam regere,nullo ibi inſtituto rectore.fatetur tamen, ꝙ bene poteſt vna præſcribere inſtitutionem † rectoris,in alia.de præſcrip.auditis.ſed quòd vnus rector regat duas curas, hoc eſſe non poteſt ad ſolutionem ad tria.Primum, quia conſuetudo oneroſa quæ priuat eccleſiam iur.& honore ſuo ſine culpa.nec iſte caſus eſt de numero illorum,quibus hoc contigit.no.xxij.di. renouantes.de conſti.cognoſcentes. de priui.antiqua.ex quo gratioſa,ergo tollenda.de conſue.c.j.de conſti. quæ in eccleſiarum.de ma.& obe.dilecti.Secũda ratio eſt,periculum animarũ:per modum,quem dixi.in fi.ſecundæ partis.ver.nam ſi.Tertia,quia per hoc ſine cauſa detrahitur iuri epiſcoporum:

episcoporum:quorũ est ex iusta causa ecclesias diuidere, vel vnire. Extirpanda ergo est, cùm careat ratione. xij.dis.omnia.lxviij.dis.cor episcopi. ¶ Ad contraria respondetur ad primum de decr.super quibusdam.cum sequentibus. quòd de temporalibus loquuntur.in quibus diuturnitas temporis nil præstet. ff.de aqua.quot.& æsti.hoc iur.§.ductus aquæ.secus in spiritualibus.de insti.ex frequẽtibus. nam vbi maius periculum,&c.s.e.li. de elec.vbi periculum.Ad allega.secundò respondet, ꝙ licet quandoque
10 † iura episcopalia præscribantur,vt ibi not.non tamen vertetur periculũ animarum, sed rerum.nam etiam si præscribatur cognitio causarum materialium:tamen secundum iura procedere habet præscribens.de consan. & affi.ex literis.animæ autem pretiosiores corporibus.xij.q.j.præcipimus. facilius est etiam præscribere institutionem in aliqua ecclesia,quàm ipsius retentionem.de instit.c.fi.de iur. pa.per nostras.vnde decre.de multa. voluit per receptionem secundæ vacare primam.Hoc scias,ꝙ pro solutione,sua allegare potuisset Guil.ꝙ no.Hos.in sum.de sup.ne.præ.l.quem admodum. §. suppleretur etiam.vbi dicit,ꝙ temporis diuturnitas nõ probat vnionem vel annexionem:licet ex causa annexio fieri possit.suo tamen modo & seruata forma.de præben.extirpandæ.&.c.seq.&.c.exposui sti.de exces.præ.sicut vnire tamẽ.eo.
11 §.in fi.quærendo.an ad †probandam annexionem sufficiat patientia temporis, cuius initij non est memoria. dat duas remissiones,vnam ad summam de censibus.§.quid census.&ibi iij.§.quæ ergo.tenet censum solutum tanto tempore,quòd de initio nõ est memoria, deberi. licet etiam causa non appareat alia ad summam.de excel.præ.§.generaliter excedant.ver. excedunt etiam detrahẽdo.& ibi nil ad propositum.Ad solutionem etiam Guil.bene facit,quod scripsi post Ho. de cleri. non resi. quia nonnulli.in glo.magna.ver.quid si semper.& de his,quæ fi.à præla. cùm apostolica. in fin.vbi vide.mihi videtur sic determinanda prædicta solutio, quòd verum sit vnionem vel annexionem præscribi eo tempore, de cuius initio non est memoria.s.eo.lib. de rescrip.c.j.dum tamen sic possessa fuerit ecclesia:scilicet,vt annexa vel vnita,& facit quod dixi in præ.decr. cùm apostolica.in fi.nec erat necesse tunc in illa ecclesia rectorẽ institui, cùm rector principalis, sit rector vtriusq;.Sed nõ valebit consuetudo, quòd illa ecclesia non habeat proprium regentẽ curam vicarium.s.perpetuum.de præben.extirpandæ.&.c. exposuisti.de sup.ne.præ.c.ij.vel saltem tẽporalẽ:vt in cle.de exces.præ. frequẽs.ver.quidem etiam ecclesias. vbi de hoc in glo.ij.& probat constitutio Io. execrabilis.ad fi.super quo vide, quod plenè scripsi,de præben. de monachis.super glos.ij.de priuil.
12 pastoralis.hoc tamen saluo,ꝙ si†propter paupertatem ecclesiarũ vicinarum facta esset vnio,ipsarum inopia &impossibilitas regendi vtrumq; excusaret à vicario ponendo.x.quęst.iij. vnio.de æta.& quali.eam te.in fi.per hunc autem modum satisfactum est

rationibus,quas in sua solutione induxit Gulielmus.

SVMMARIVM.

1 *Facere per alium ,perinde est , ac facere per seipsum.*
2 *Doctor , qui conuenit certo salario legere vno anno,an ante finem anni possit quem vicarium substituere ,scholaribus etiam refragantibus.& nu.4.5.7.9.*
3 *Votum num possit per alium impleri.*
6 *Prælatus an possit dari inuitis.*
8 *Debitum per quemuis substitutum solutum,liberat debitorem.*

REGVLA LXXII.


Vi facit perinde , Hoc procedit , de quadam
1 † iur . interpretatione, cùm verè loquendo factum etiam ab eodem diuersis temporibus,non repræsentat identitatem eiusdem facti.ff.de codic.inde.si non sortem. § .libertus.& in auth.de fide instru.circa prin.secũdum Dyn.qui allegat . ff.de duobus reis.l.nemo.& quod no.&.ff.de vi.& vi ar.l.j.§.deiecisse &. § .quod dicitur.probatur hoc.s.eo.li.de elect.vt quis duas.prima glo.dicit,vnde sumpta.& pro exemplis iura . & secundò obiectiones remittit.¶ In glos.j.ibi: quod iussu alterius scilicet alteri soluitur , pro eo est , quasi ipsi solutum est.In gl.j.ibi:pone exempla.Dy.ponit hîc specialia exempla.Primò per l.ff.de admi.tu.ita tamen.§ gessisse. & l.tales tutores.§.non solùm.vbi tutor ita tenetur directa actione tutelæ administrãs per alium,sicut si per se administrasset . Itẽ de interdicto vnde vi.ff.de vi.& vi.ar.l.j.§.deiecisse.& de regul.iur.hoc iur.§.deiecit. Item.in l.cor.de sic.qua tenetur occidens per alium sicut si per se.C.de accus.non ideò.ff.ad sille.si percussor. ad turpill.l.j.§.pe.Idem est in pœna calumniatoris,qui per alium detulit. ff.de iur.fis.l.iij.§.diuus Pius.& l.non tantùm . dicit etiam , quòd ad idem potest induci . l . postulare.ff.de fide iuss.cùm si.

QVAESTIO.

Hæc regula,& regula,potest quis. s . eod . inducebantur in quæstione, quam disputaui de delegato ab alio, quàm à principe habente speciale mandatum subdelegandi,an subdelegare possit?& quære illam.s.eod. lib.de offi.deleg.his,qui.in gl.vlti.& super ea.faciunt etiam hæ duæ regulæ ad questionem de patrono,an possit cõmittere alteri præsentationem beneficij non vacantis ? de qua vide quod scripsi.de concess.præben.c.fi.faciunt etiam hæ regulæ ad quæstio-
2 nẽ † dominicalem.xx.de qua quæritur de magistro,qui conuenit certis scholaribus vno anno legere pro certo salario . & ante finem anni vult substituere æquè bonũ , scholaribus contradicentibus , an id possit ,ita quod etiam salariũ sibi debeatur?Pro magistro allegantur.vij.& totidem contra ipsum.Tertiò ponitur Bartho.solutio.quæ placet,postquàm sequuntur aliæ . Pro magistro igitur facit, quod scripsi post Gof.s.de sum.tri.firmiter.§.hęc sancta.sup ver.per Moysen.pro quo etiam faciunt regulę.Secundò,allegatur pro ipso . ff . de admi.tut.ita tamen . § .gessisse.vbi tutori . licet administrare per alium. Item si

Item si grauamen aliquod sit impositũ hæredi vel legatario, non refert an per se, an per alium impleat, dũmodo sit tale, quod per alium possit impleri. C. de cad. tol. l. vna. §. ne autem. in fi. Idem in stipulatione quæ in dando, vel faciendo cõsistat. C. de contrahen. & cõmit. sti. l. veteris. circa fin. Idem in libertate pręstanda. ff. de sta. ho. arethusa. in fi. Tertiò, si societatem cum aliquibus contraxero, si oportet, me abesse, possum alium æquè idoneum subrogare. ff. pro socio. l. ideoque erit. circa medium legis.
3 gis. Quartò † votum, quo quis obligatur Deo personaliter, per alium impleri potest. s. de voto. licet quod intellige, vt ibi scripsi super. iij. glo. Fortius ergo videtur magistrum posse suum magisterium per aliũ exercere.
4 Quintò, si bona † fide locaui tibi domum, quæ à me euicta est sufficit, quòd tibi cõcedam aliam æquè bonam. ff. loca. si quis domum. j. responso. in fi. Sextò, videntur scholares dolo agere, quibus æquè idoneum substituere vult. nec enim dabent sibi consulere, cùm alterius iniuria. xxij. q. ij. primum. circa mediũ. Septimò, ad quæstionem inducitur. C. de epis. & cleric. quisquis. j. & l. ad
5 similitudinem. ¶ In † contrarium. si quis domum vel nauẽ per se faciendam promiserit, & fideiussor velit hoc implere nõ consentiente stipulatore, non liberatur reus, qui non fecit quod promisit. ff. de sol. inter artifices. multominus ergo poterit iste suum magisteriũ adimplere per aliũ Secundò, si onus disciplinæ vel pictura fuit impositum hæredi vel legatario, non poterit adimplere per aliũ vt in præ. l. vna. §. si verò talis. Tertiò per magistrum stat, quo minus personaliter deseruiat. ergo salarium petere non poterat. ff. loca. qui operas. & l. sed addes. §. vltim. & de var. & extraor. cog. l. j. §. diuus. Quartò, cùm episcopus visitat personaliter procuratur. aliàs non. de cen. procurationes post prin. & patet. s. eodem libr. de off. ord. si episcopus. Quintò, cùm pactum magistri fuerit personale, non egreditur personam. de transac. veniens, de præben. nisi in fi. ff. de pac. quòd in duobus. §. personale. Item multa exempla possent adduci de his, quæ per alios impleri nõ possunt, quæ notaui in regula, potest quis. eod. tit. Sextò, contra magistrũ etiam facit regula, mutare. eo. ti. cum concor. Septimò constat, quòd præla
6 tus non est dandus † inuitis. lxj. dist. quid proderit. s. de elec. c. j. Ergo nec magister, qui præest. s. de sen. excom. cum voluntate. facit. s. eodem. lib. ne. cleri. vel mona. c. ij. & quod dixi post Ho. & Qnintilianum, de magistris. c. pe. in glo. hoc casu. Soluebat Bartho.
7 quòd satis placet in terminis † quæstionis, se non credere, quòd posset salarium petere, si vellet per alium docere, per præ. §. si verò. talis in l. vna. C. de cadu. tol. facit. ff. de leg. iij. fidei commissa. in fi. s. de off. deleg. c. fi. & dicit idem in illo, qui promisit librum scribere, & in potestate, qui promisit ciuitatem regere. dic. tamẽ secundum Hu. dixisse secus in illo, qui promisisset domum facere. Gul. in Spe. de sala. in fi. dicit Odoff. concordasse. Bartho. refert tamen Pileũ

distinxisse, an iustam causam habeat, & tūc recedere & substituere potest. an non habeat:& tunc nō potest. inducit. ff. ad l.iul. repet.l. fi. ff. si quis cau.l. quocunque. dicit tamen Gul. quòd leges, quas allegat loquuntur in necessarijs obligationibus, in quibus nō mirum, si ex iusta causa substituit. secus in voluntarijs. alle. C. de ac.& ob l. sicut. in quibus sola impossibilitas non difficultas obligationē immutat. ff. de verb. ob. continuus. §. cùm ita. facit. 5. eo. li. de. off. de leg. ab arb. quod ibi no. Parum placent hæc verba Gul. quæstionem etiam Pilei
8 non inuenio† in doctore. Verùm de vasallo bene extat ipsius quæstio. lxxxiiij. in qua illud tenet. nō tamen allegat leges illas, quas dicit Gul. sed allegabat. C. de decur. l. nullus. libr. x. & ff. de so. inter artifices subdebat, quod si seruitium vasalli consistebat in solutione pecuniæ, quolibet soluente liberabitur. ff. de statu li. l. Stichum. §. fi. Cynus in prę. l. vna. §. ne autem. re-
9 citat † opinionem dicentium, quòd si consuetudo est loci, quòd subrogare possit, tunc scholares illo modo secum contraxisse videntur. Idem, si esset specialis consuetudo illius doctoris, quàm scholares sciebant. ff. de vsu & ha. l. plenum. §. equitij. vt in doctoribus medicis ab olim, & nūc maximè etiam in magistro Alberto & sæpe ipsorū scholares apud nos experiuntur. Si verò non erat consuetudo loci, vel personæ doctoris, tunc aut vult recedere & substituere propter pecuniarium lucrum alicui captandum. & tunc non potest, cùm videatur permisisse legere, secundum vnam industriam: vt ibi & in præ. l. inter artifices. cùm sit impossibile vnius industriā, esse industriā alterius in auth. de fide instru. §. j. ff. de condi. inde. si non sortem. §. liberta. Aut recedere vult ad officium publicum exercendnm: vel ad seruitiū ecclesiæ. & tunc potest. C. de epis. & cle. l. si quisquis. & l. ad similitudinē. leges tamen illæ in eo parum faciūt, quæ loquuntur in illo, qui mutat statum personæ. refert ibi Petrum dixisse. §. illum, ne autem. & ver. si verò. non facere ad casum, cùm loquatur de discente, non de docente. ibi dicit textus: liberalibus studijs. & Vincen. quòd certum est per alium fieri nō posse. vt post Gof. dixi. in gl. quam in quæstionis princi. allegaui. Doctrina verò per alium fundi potest, cum eodem profectu studentiū. vnde dicebat eum recedere posse subrogando meliorem, vel æquè idoneum. Verum est, quod casus istorū ponitur non in doctore, qui promisit certis pro certo, &c. vt ponit thema. sed in illo, qui obligatus videtur inchoando & faciendo collectā in studio propter Boñ. statuta studij iuristarum, quæ doctores etiam seruare iurant, Quæstio non esset dubia.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore, num potior iure. Et vbi id fallat.*

2 *Porri si fuerint seminati in vna parochia, & in alia plantati, vtri ecclesiæ ex his decimæ sint pendendæ. & numero. 4. 5. 7. 9. 11. 14. 15.*

3 *Originis ius esse perpetuum.*

6 *Tempus perfectionis inspici: etiam in iudicijs*

dicis.

9 *Fructuario pertinet, quicquid in fundo nascitur, vel ex eo percipitur.*

10 *Decima inter duas ecclesias, an & quo casu diuidenda. Et idem iudicium de canonica. & nu. 16.*

12 *Ecclesia an construi possit sine dote.*

13 *Decimæ an possint à consuetudine remitti, sicut à principe. Et quo iure illæ fuerint introductæ.*

REGVLA LIIII.



Qvi prior. Ponit exemplum † in creditoribus, quibus res sunt obligatę, vt potior, sit qui prior est tempore. ff. qui po. in pig. ha. l. petitor. & l. creditor. & C. eo. l. fundum. hoc vbi primò de prioritate apparet, prioritas & eorum. aliâs est par causa. Aut simul vtrique facta fuit obligatio, & vterq; admittitur pro dimidia. aut separatim, nec apparet cui primo, tunc cõtra extraneum possessorem potior erat conditio possessoris. ff. de pig. si fundum. §. si duo. vbi autem apparet prioritas, locus est regulę per prima iura, quæ tamen multas habent instantias. Primò, in mutuante in refectionem: in authen. de æquali. dot. §. hi omnes. coll. vij. ff. qui po. in pi. ha. l. interdum. Secundò in negante se posidere qui postea conuictus prætendit ypothecam. C. qui po. in pi. ha. auth. item possessor. Tertiò in eo de cuius pecunia res emitur, & sibi obligatur expressè C. eo. ti. licet. Quartò in muliere, quæ præfertur in prioribus habẽtibus tacitã. e. ti. l. asiduus. Quintò in illo, de cuius pecunia militia emitur. C. de pigno. l. fi. & autẽ. quomodo oportet. Sextò, in habẽte hypothecam ex instrumento priuato, manu trium testium signato. si agit aduersus eũ, qui non habet simile instrumentum, vel publicũ. C. qui po. l. scripturas. Septimò, in fisco agente ex causa primi pili. C. qui. ex causis. præ. l. satis. Octauò, in agente funeralia. ff. de reli. & sumpti. fune. l. si quis. §. si colonus. & l. impensam. & ibi not. Nonò, si vendens pignus prætorium, habet similẽ causam, cũ posterior nõ pręfertur: sed ambo cõcurrunt. ff. qui po. in pig. ha. l. is, cui. §. prior. ¶ In gl. j. dicit vnde sumpta: & ponit exempla: & obijcit ad vltimum exemplum, & soluit. Secundò, dicit regulam procedere in his, quæ pendent à voluntate duorũ: non in legibus vel testamẽtis. signat contrarium & remittit. Item procedit, cùm par est ius vtriusq; Io. And. ¶ In glos. j. ibi: quoties vtriusque. Sequitur causa lucri. ideò reuertitur, is pręferendus, cuius in lucro causa ipsum præcedit & ibi non est nouum: vt priores leges ad posteriores trahantur. & ibi si mihi in legatis nouissimæ scripturæ valent. ¶ In glos. j. prius ordinatus. suprà de ma. & obedien. cap. j. vbi de hoc Dyn. allegat. ff. de albo scrip. l. j. ij. & iij. & C. de consul. l. j. libr. xij. & ibi. impetrauit in pari forma. & de hoc plenè. suprà eodem libro. de concess. præbend. si soli. in vlti. gl. & ibi non est nouum. & s. eodem. lib. de consti. c. j. vbi etiã de hoc. & vbi vltima voluntas. s. & de celeb. mis. clement. marchæ. & in fi. sed longè plenius hîc per Dyñ. qui distinguit. Aut omnes creditores prætendunt priuilegium reale, aut personale,

personale.aut quidam personale:aut quidam reale:& quidam personale: aut quidã personale.alij in nullum, aut omnes nullũ. quæ membra etiã subdistinguẽdo prosequitur:in quibus membris etiam incidit,quod dixi in textu.

QVAESTIO.

Hæc regula inducebatur ad quæstionem,quàm disputaui de seminãte porros,quę sic proponebatur.Seminaui porros in parochia sancti Andreæ auulci,& plantaui in parrochia sancti Ioan.quæritur cui ecclesiæ de his decimæ debeantur. In allegationibus procedã hoc ordine : quia primo probabo quod ecclesiæ sancti And.Secundò , quòd ecclesiæ sancti Ioan.Tetiò,quòd vtriq;.aut cuiq; integra.aut diuidenda. Quartò , quòd neuter,quãlibet verò partem probãdo.Primò per ius diuinum.Secundò, per positiuum canonicum. s. & ciuile.Tertiò per æquitatem. Quartò, per opinionem vel gloss.Quintò inducam vnam regulã: deinde dabitur solutio, & contrarijs respondebitur. Primò,quod ecclesiæ sancti Andreæ vbi seminati fuerunt.& nati , debetur de his decima, inducitur authoritas.Deutero.xiiij.ibi: decimã partẽ separabis de omnibus,quæ nascuntur in terris.Itẽ.ij.Paralipo. xxxj. omniũ qui gignit humus, decimam obtulerunt:ex Prouerb.nascuntur in terra. & gignit humus : patet generationis vel natiuitatis locũ inspiciendum & illi decimã soluendã:ergo &c.Secũdò,iur.vtroq; sic probatur: quicquid sit,illæ porrinæ,aut includuntur sub appellatione fructuũ , aut frugũ vel prouentuũ vel pastuorum, vel lucri: vel acquisiti:sed his omnibus verbis vtuntur iura præcipientia de his decimã solui.xvj.q.j.reuer.& v.& simile de decimis.c.j. &. c.cùm homines, peruenit cõmissum nuntios pastoralis , & alia plura. Plus videmus esse in tractatu hortorũ,de quorũ fructibus expressè loquitur canõ.xvj.q.vij. quicunq;.decre.e.ti.nõ est vltra hoc, quod iur.seminis ipsa decima debeatur:expressè probat decr. ex parte.ij. eod.tit.vbi patet, ꝙ si diuersa semina ponantur in eodẽ agro,de cuiusq; seminis fructibus debetur decima. habet enim se prædiũ sancti Ant. ad porros , vt originariũ prædiũ sancti Ioannis educatiuũ.Prima ergo causa naturalis,& sic perpetua. v. distin.§. j.insti.de iure natu.§.sed & naturalia præponenda. Est ergo † educatiuè, 3 quæ tẽporalis est,& immutabilis, ꝙ verò ipsum ius originis,sit perpetuũ, patet.s.eo.li.de temp.or.cũ nullus.ad id.ff.de senat.l.pe.qui ergo de origine.xxiiij.di.quãdo.xxxj. di. aphros.ff. de ædil.edic.quòd sit nolliẽ.§.qui mãcipia.habẽt legistę textus expressos præponẽtes originariã causam.ff. ad munici. assumptio.in princi. & l. libertus.§.prescriptio.in fi.& ibi:cũ simul vtrobique deferẽtur , potior est originalis causa.& l.qui ex vico ort* est.de decur.l.de mune.& ho. ac. qui originem.j.respõso secũdũ vnã lectuıram. & C.de munici.& orig. l. originẽ propria neminẽ posse voluntate sua eximi manifestum est. Ad idẽ de tempo.ord.cap. j. vbi solam vltra morituram

moriturã originem inſpicimus. probat hoc idem.l.dicens natum ex ſeruis vrbanis,ſi mittatur ad villam nutriendum,vrbanũ non ruſticum cenſeri. ff. de leg.iij.l. ſeruis vrbanis. §. eum,qui.& ff.de verb.ſig.l.vrbana. j. & l.is,qui natus.Si ergo vrbana mancipia cognoſcantur à ruſticis genere,non loco educationis:ſic in propoſito prædium generans non educans dicemus in decimarũ ſolutione ponderari debere.

4 ¶Probatur hoc etiã† per iura,quæ docent principium ſpectandum. cuiuſque.enim rei & contractus initiũ ſpectãdum.& cauſa.ff.manda. ſi procurator.in prin. ad macedo. ſi tamen aliàs. Si autem & ſuper his veniant iura.de hoc no.de elect.dudum. j. de cen.c.iij.& j.q.j principatus.Sed optimè videtur facere decr.literis. de reſcrip. vt factum per prædeceſſorem inchoatum,per ſucceſſorem completum,prædeceſſori attribuitur,nõ ſucceſſori: ſic & hìc dicendũ eſt,ꝙ &c.

¶Item, is debet eſſe in re potior, qui plus iuris in ea habet.C.qui bon. ce.poſ.l.fi.de don.l.ſancimus.§. ne autem.at illi, plus tenetur, à quo plus recipit.de teſta.cùm in officijs. & ꝙ notaui de iure patr.c.j.ſuper.j.gl.Sed plus eſt aliquid de nouo facere,quàm creatum mouere.de con.di.ij.tenera.

¶Pro & contra.de iud.Iudæi.&.c. conſuluit.pro eo.C.de rei vxo.actio. l.vna.circa princi. Patet ergo porros decimandos eccleſiæ S. Andrææ:cuius prædium plus contulit.

¶Item, porrinæ auulſæ de primo prædio, tranſierunt cum ſuo onere, xvj.q.j.ſi quis laicus.de pign.ex literis.ff.de contrahen.emp. alienatio.

¶Plus, textus expreſsè dicit fructus decimandos,alienari non poſſe, niſi cum onere decimarum.eod.titu. paſtoralis.& probatur eo.tit.cum nõ ſit.& ſi dicatur melioratæ ſunt,hoc placet eccleſiæ. & facit quod not.de conſe.di.ij.ſolent.ff.de an.leg.l.eum, qui.per quos textus,rationes & argumenta concluditur eccleſiæ ſancti Andrææ de his porris decimam perſoluendam.

¶Tertiò,æquitas hæc ſuadet:quia ex cõtrario ſequeretur, quòd dominus prædij poſſet eccleſiã parochialem decima ipſius prædij fraudare ſemper in ſeminando olera, & alibi plantando.

¶Quartò, gloſſ.Innoc.quam poſuit eo.ti.cõmiſſum.fouet hanc partem,cùm ibi dicat hæc verba:putatiua auulſa tranſeat cum ſuo onere in beſtiam auellentem, vel dominum ipſius beſtiæ.& ibi videas.

¶Quintò regula iſta prioritatis temporis iuuat hanc partem, de regul.iur. quot. & hoc videre potes in glo.argumenta per concordantias & exempla.

5 ¶Quòd debeantur† eccleſię ſancti Ioannis, in cuius parochia fuere plãtati, inducitur authoritas Apoſtoli. j.ad Cor. iiij. Ego plantaui, & Deus incrementum dedit. xix. di.ſecũdum & eadem epiſtola. ix. c. quis plantat vineam,& de fructu eius non dedit. &.habentur.xiij.q.j.§.ij.& xxviij.q.j. iam nunc in fi. Ponderanda eſt ergo plantatio plus,quàm primęua origo. eſt enim certum, quid plantari non poſſe,niſi prius ſit ortum.

Secundò,

Secundò,iur.sic probatur:habet se parochia.scilicet.Ioan.ad porros,vt parochia domicilij ad larem constituentem & morãtem,ex quo ergo ad ista fuit translatus iur. conditio habet cum prima.ad hoc.xxj.q.ij.si quis iam translatus.xvj.quæst.j.ne pro cuiusli 6 bet.xviij.q.j.c.vno.de consti.translato.xiij.q.j.§.quia ergo.ff.ad munici. l.fi.§.iij.C.de incol.l.ti.de epis.& cle. si quis ita larem fouere ac degere &c.de vsur.quamquam.& ibi testator habitat.per quod patet quo ad istos porros sic translatos primam parochiam nullũ ius habere.Hoc idem probet in perseuerantia, cuius contrarium commendatur.vij.q.j.fugge stum.de pœ.dis.iij.incassum.Si enim fuissent ex prima parochia,ibi mansissent. sed quia non manserunt,dicuntur ex illa non fuisse.infrà.Io.ij. de pœni.distinct.iiij.si ex bono.quia nec dicitur venisse, qui non stetit: nec natus,qui statim desijt.nec versum,quod non durat versum:nec diuertisse,qui statim redijt:& his similia.de iud. c. j .ff.de in rem verso.si pro patre.§.versum.de ver.si.nam & ego.de pœ.dist.j.diuortium.per quæ & similia concluditur, quod est dictum.¶Probatur & aliter:Deus non nouit opus imperfectum.de bap.maiores.vers.sed adhuc.sed principium sit potentissima pars cuiusq; rei: vt. ff.de origi.iur.l.j.perfectum tamen consistit ex omnibus suispartibus,vt ibi:tẽpus ergo perfectionis spectando,quod fuit in parochia sancti Ioã. dicam illi decimas deberi.verbũ em fructuũ,vel frugũ,vel his similium, habet denotare rem perfectam.adq; optimè faciat,de pœ.di.ij.dum sanctam:ibi plenum frumẽtum.sicut & verbũ,bene statuo.de pœ.dis.j.§.autem.de verb.sig.in his.ff.quòd quisq; iur.l.j.& faciat.xxxij.qõ.ij.quòd non formatum.de homi.si aliquis.&quod ibi not.sicut † libro legato,intelligitur legata libri scriptura. perfectus. ff.de leg.iij.l.librorum.§.quod ergo. & verbo operis intelligitur corpus perfectũ de ver.sig.l.v.§.j.& soluendo dicitur,qui potest soluere solidũ. e.ti.soluẽdo.& ędificiũ perfectũ.quod potest esse vsui.e.tit.l.ædificia.§.per fectissimè.nam etiam in iudicijs tempus perfectionis inspicimus.j.sententiæ de re iud.abbate.li.e.ff.de rei vẽ. sinautẽ.ff.de po.l.j.§.nõ tantùm.Itẽ, 7 non ei,qui prius egit,vel † contestatus est litem:sed ei,qui prius ad sententiã peruenit, adiudicatur seruus. ex nox.ff.de noxa.si quis à multis. Idem,in accusatione de peculio.ff.de pecul. si non ad hunc.in fin.per quæ concluditur, quòd pro parte sancti Io. inspici debet status perfectionis porrorum: qui in eius parrochia,& ex eius humo peruenit,origine non inspecta:sicut nec inspicitur.qui' si. sint leg.tanta.insti.de nupt.§.si.cum si.Item, quo iure petuntur decimæ, dubitatur.& not.xvj.quæstio.j.moderamine. & de deci. tua enim. sed tollamus duriorem opinionem. & fingamus decimas vendicari posse,& ecclesiam etiam ante separationem esse ipsarum dominam:nihilominus tamen ex primo istè translatæ sunt, & radicatæ in parochia.S.Io.illi parochiæ decima debetur. Quod sic probo.Fingamus,quòd istæ porrinæ fuerunt

fuerunt euulsæ de proprio prædio Sancti Antho. ex quo tñ radicatæ essent in alio prædio, nisi coaluissent, perdidisset ipsa ecclesia dominium ipsarum, & applicatum esset domino posterioris prædij. insti. de re. di. §. si Titius. ff. de rei ven. l. v. §. de arbore. ibidem. hoc. &. ff. de acqui. rerum do. l. à Deo. §. fin. & l. & si ex meis. §. arbor. Nec ob. quod not. xij. q. ij. aposto licos. quia igitur illa non probatur iure. & dato, quod vera esset, non habet locum in his quæ ponuntur in prædio euellenda, vt in casu nostro. sicut ergo dominum acquisitũ esset prædio vel dominio prædij secundi: ita & ius decimę esset acquisitum ecclesiæ, in cuius parochia situm esset prædium. Nec dicas, quòd ecclesia S. Ant. nõ vult decimas de porris stantibus: sed cum fuerint eradicati. nam vt patet in præ. §. arbor. post eradicationem. prior dominus ius sibi non vendicat, sic arguendo. ergo de diuer 8 sis dominis prædiorum duorum ad eundem dominum vtriusque. quòd licet. viij. q. j. in scripturis. de pœ. dist. iij. adhuc instant. suprà. eo. li. de præbend. cum de beneficio. ff. si cer. pe. l. singularia. dicam ipsi dominio respectu secundi prędij tantum: & non pri 9 mi dominium porrorum contra petere. quod patet: quia vendito primo prædio & tradito, desineret esse dominus porrorum. ff. de rei ven. fructus pendentes. & sic dicam de porris secundæ ecclesiæ dãdam decimã, & non primę. Nec mirum: cùm & vnio carnis, quam habet vxor ad virum, facit illam censeri iure vltimi viri etiã iam mortui: vt patet. suprà eodem lib. de sepul. is, qui. in fi. cum suis cõcor. Item, non mirum, si hoc habet vnio realis per radicem, vel coaluitionem. nam video, quod sola liberalis annexio præponit secũdum expectantem primo. quod probat de cre. quia sæpe. de præben.

¶Ex verbali enim annexione prębendæ ad dignitatem, secundus canonicus expectans dignitatem & prębendam, in consecutione præbendæ præfertur: multò magis primò vel saltem pariter ex radicali connexione secunda ecclesia præferenda est primæ. & facit etiam de præben. super eodem libro. quòd autem plus sit facto, quàm verbo amittere, probat de pœnitentia degradatio. lib. eo. & quod ibi not. in fi. vel saltem. de appel. dilecti. vbi de hoc. ff. de lega. de quibus ad finem ex quibus pro hac concluditur ecclesiæ sancti Ioan. decimam hanc deberi: nec curandum, an † ibi nati sint aliter percepti. ad hoc. ff. de vsufruc. l. arbores. §. j. ibi dicit.

¶Quicquid in fundo nascitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet.

¶Tertiò, equitas, quæ suprà pro prima † ecclesia inducta est, conuertitur pro secunda, pari modo. Item, fingamus porrinas illas emptas per plãtantem, non fieret inde in solutione decimæ illius sumptus deductio de decimis. tua. &. c. cùm Ioannes. Item, si istæ ecclesiæ essent in diuersis diœcesib. nonne absurdũ esset, quòd prima perciperet decimas in parochia secundæ. eo. ti. cùm sint homines. ad fi. Item, per id sequi videretur, quòd

de

de toto vino mundi vel saltem de vitibus mundi, vel saltem de vitibus illius soli ecclesiæ, in cuius parochia erat lambrusta, quã plantauit Noë, Geñ.xiiij.&.xxxij.di.sexto die deberetur decima, si sola prima origo, & non plantatio inspicienda esset.

¶ Quartò, gloss.pro hac par.Vin. Vo.& Philosophus faciũt de quibus infrà dicam.quod not. Innoc.de stagno, vel reclusorio piscium, vel ferarum.eodem titul.non est, vt videtur velle, quòd si pisces clauduntur in stagno vel in aliquo reclusorio, licet de alio flumine vel loco hæc sumpta fuerint: illi tamen ecclesię debeatur decima, vbi ruunt illius parochiæ aquæ, vel terræ remedio faciat, etiã quod no.iij.de rescriptis statutum. §. cum verò.in glo.olim dicebamus.

¶ Quintò, pro hac parte faciat regula.ff.de regu.iur.imperi.& eodem libr.& titul.imperi.& ibi concord.& exempla ad hanc partem.

¶ Quòd verò vtrique debeatur, inducitur authoritas Pauli.j.ad Corinth.iij. ibi: qui plantat, & qui rigat, vnum sunt (sumus enim coadiutores. vnusquisque propriam mercedem accipiet. cõueniunt ergo hæ ecclesiæ & dicit prima secundæ: tu es planta.& ego ex semine: vnum fuimus operatione: videlicet eiusdem fructus & fuimus coadiutores Dei cuius manus & potentia in his principaliter est operata. Accipiamus ergo mercedem nostram. ad quod facit eodem.titul.cùm non sit.in princip.

10 ¶ Quòd autem † simul habeant vnam decimam diuidendam, probatur.xij.q.iiij.c.j.cum suis concor. de testa.relatum.ij.ad finem.de sepultu.cùm quis.ij.respon. vt sicut ibi diuiditur canonica quia vtraque ecclesia operata est id, propter quod debetur. sic diuidatur hæc prædialis decima, cum prædium vtriusque parochiæ operatum sit ad perfectionem huius fructus. Sicut enim si simul in duobus prædijs haberet arbor communiter radices, diceretur communis: vt in præ. §. instit. de re. di.§.si Titius.ff.de acqui.re.do.à deo. §.fi.in fi. sic videtur, cùm diuersis tẽporibus in vtraque parochia radicata, quod vtrique debeatur decima. Ad idem institu.eodem tit.§. si duorum.& faciat pro hac parte essentialis æquitas: & quod dixi, secundum Gof.Phil.& Innoc.de sepul.de his.s. quod si quis audit diuina in vna capella, & in baptismali ecclesia percipit sacramenta, inter illas duas diuiditur canonica.& quod not.de ma.& obe: omnes de temporalibus dictis.& illud idem Inno.de deci.nouũ.& quod not.Ioã.xiij.q.j.§.& Ber.de decimis. ad apostolicæ.de gregi.quæ pascitur in duabus parochijs.& quod nota. Host.de stag.piscium.& de lignis portatis ad portum.vbi carius venduntur. eodem titul.non est. vbi tenet decimam esse partim prædialẽ, partim personalem. sic ergo ista potest esse partim prædialis vnius ecclesiæ, & partim alterius. Quòd antẽ

11 vtraque † ecclesia habeat integram, probatur. Si aliquis primò habeat vsum rei, & alius secundò vsumfru. primus verò detrahit vsum, & secũdus quod residuum est in fructu rei: ff.de vsufru.si alijs vsus.j.responso. de vsu

de vsu & ha.per seruum.in fi.& l.sequen.in fi.sic porrinas primò detinet prima ecclesia,residuum detinet secunda.ad instar hæreditatis: de qua filius primò detrahit debitã iure naturæ,hæres de residuo trebellianicam,vel falcidiam . sic & debita ex fideicommis.primò detrahitur.& de residuo falci.C.ad leg.fal.irritum.de testa.Raynal.&.c.Raynutius.vbi satis de hoc ad idem faciat de hær.eo.titu.officij.&.c.requisisti . Aequiparando igitur debitum iur.naturæ ad propositum ratione naturalis originis,dicemus illam prius detrahendam:reliquam verò de residuo.Item certum est,quòd fructus non debentur ratione seminis,sed corporis:ex quo percipiuntur.ff.de vsur.qui sic fundum.in princi.idem de planta.C.de rei vendi.si quis.de rer.diui.§.qua ratione. & de decimis non est dubium ex prædijs fructus, ex fructibus decimas simpliciter, ex corporum iur.deberi:& sic vtrique ecclesiæ ad quod bene faciant.l.ff.ad municip.falsum.§.ij.& l.ordine.in fi.& l.incola.& l.iur . §.ij.C.de miser. & orig.l.j.& optimè vltima.in fi.Prætereà,illud, quod est patrimoniale, munus agnoscatur,vbicunque est patrimonium.C.de muli.& vbi mu.se congregatur.l.Titiam. Prętereà,fingimus ista duo prædia duos parentes porrorum.sicut ergo filius vtrunque parentem integraliter alere cogitur.ff.de libe.agno.si quis alij.circa prin.sic & de his porris dico,quoad ecclesiam.

¶Tertiò,æquitas facit pro hac parte.Quid enim,si porrinæ non fuissent plantatæ. Item in se sunt fructus:& ad vsum,& ad pretium percipiendum,& pro secũda facit,quòd si porrinæ fuissent emptæ &c.vt suprà dixi.Quartò opinio Iaco.pro his facit.de quo dicam infrà.Quintò,facit regula:secundũ naturã.ff.de reg.iur.& hoc eod.titu.qui sentit onus.cum suis concor.

¶Contrarium,sed quòd neutri scilicet debeantur . matrimonium.xviij.
12 decimarum † oblatione contenti.nil amplius possidentes . & Mal.iij.vt cibus sit in domo domini.& xvj.q.j.reuertimini.& quęstione vij.c.j.sed iure positiuo ecclesia nõ constituitur sine dote.ergo cùm clerici non sint contenti nec illis indigeant ergo nec illis debentur.Quòd verò sine dote ecclesia non sit construenda,patet , de conse.distinct.j.vero.de con.eccle.vel alta.cùm sicut.vbi de hoc.in authen.vt nullius ædific.ora.do.§.j.coll.v . ex quo ponimus eam dotatam.ipsius ergo rector & clerici viuant de fructibus ipsius dotis,& decimas non quærant.faciat ad hoc illarum partium consuetudo,in quibus decimæ,non soluuntur:quæ videtur de iure naturali.suprà de parochijs.capitul. fina.de decimis , commissum.ibi soluebant.& capi.in ali-
13 quibus.in fine.Potest enim† consuetudo,quòd princeps.in l.condere,interpretari & abrogare.& dixi de hoc de consue.c.fi.

¶Sed princeps certis personis decimas remittit.vt patet de decimis.ex parte.j.quod intellige vt not.xvj.q.j.§.si ergo.& de decimis à nobis , ergo & hoc potest consuetudo.nec de-

beamus Deum præsumere velle tan tam multitudinem non soluentium decimas perire.de bap.maiores.ver. absit.Item pro maiori parte theologi,præcipuè mendicantes,hoc tenēt, & prædicant,vt notaui,de decimis. c.j.libr.eod.respondent. admitterent veteris testameti præceptum de non soluendo,esse mortale,sed de quota esse soluenda,dicunt esse ceremoniale,vel iudiciale.sed communius dicunt esse iudiciale,cum cæremonialia veteris legis temporis nouæ non deberent ad literam seruari:iudicialia verò, sic licet non obligent ex præcepto.

¶Ad authoritates noui testamenti. Matth.xxiij.& Lucæ.xj.& xviij.respondent,quòd in eis dicitur:ve qui decimatis &c.ibi:hoc obtinuit fieri, scilicet,in veteri lege.Illa verò verba decimas do omnium,quæ possideo,non fuerunt præceptum Christi vel euangelistæ:sed quædam ostētatiua narratio Pharisæi.

¶Potest autem præceptum de decima aliquid figurare.Cùm enim denarius numerus quodammodo sit perfectus,ad quod de consecratione distinctio.quinta ieiunium.cùm sit primus limes numerorum.illo enim finito reinchoamus ab illo.Quod per se patet.habet idem designare quandam perfectionem, quam illi tunc decimas soluentes habituri erāt per aduentum Christi.Innocentius verò per multas authoritates probat super rubrica de decimis: aliàs est glossa in vltimo.c.de parochijs conuentualium.& reprehendit hos nouos doctores attentantes docere contraria doctrinæ.iiij.principalium doctorum ecclesiæ.Ad dec.not.allegatas responde,vt notaui in eis. Nos verò iuristæ tenemus decimas ei in-

14 tegras deberi.† sed saltē propter concursum dicemus neutri deberi.vt sic inuicem se impediant:ar.ff.de vsufruc.quos.quibus mod.vsusfru.amit. l.ij.in fi.de leg.j.huius.§.fin.& plura exempla de hoc habentur.ff.de rebus dub.l.si fuerit j. respon.& faciat quod not.de elect.c.pe.s.eod.lib.pro hac parte.facit regula,quæ in obscuritate iurium reum absoluit.eo.titu. cum sint partium.& ff. eod. fauorabiliores.

¶Posset etiā allegari,quòd locus est gratificationi.ff.de lega.ij.si quis seruum.§.si inter duos.de condi.inde.l. plani.ff.loca.in naue.ad sille.si quis in graui.§.si cùm omnes.de rescri.c. pe.de elec.c.pen.lib.eod.Solutio huius quęstionis colligi potest ex notatis per Vinc.vero.Na.Phil.& Iac.de decimis.cùm non sit.vbi Vincen.ex verbo:incrementum.ibi in principio capit.arguit secundæ ecclesiæ decimam deberi.& illud ibi tenent asser tiuè.Ipse verò,& Phil.Iacobus verò tenet vtriq; deberi.& ex verbis suis videtur sentire vtrique deberi integram ipsorum:gloss.ibi posui.& per prędicta patet Vinc.arguendo etiam alios asserendo concordes,quòd secundæ debeantur.quod puto verum. sed est sciēdum,quòd ex porris plantatis dupliciter fructus habetur, alter est,in semine producto per porrum:& de hoc fructu non proponitur quæstio quasi non dubia:cùm illud semen non solùm nutriatur:imò

etiam


etiam nascatur ex humo huius præ-
dij,nisi fuerunt secundò plantati:&
sic fructus omnino alteratus . & sic
idẽ de eo,quod de grano,vel alio fru
ctu.s̃.e.ex parte.ij.&.c.tua.&.c.pasto-
ralis.si ꝓponitur quęstio;de ipsa sub-
stantia porrorum.quam sumimus in
fructu ad olus,quod est optimum in
Augusto,cum caruibus porcinis.vel
ad ipsum crudum comedẽdum,quod
multis placet,vel his similibus . Pu-
15 to autem † sequendo prædictos de
his integram decimam secundæ ec-
clesiæ deberi . vbi fuerunt plantati
per ea,quæ dicta sunt suprà in parte.
ij.pręcipuè in ver.idem quo iur.nam
& si illæ porrinę fuissent furtiuæ,ta
men parochialis ecclesia,quæ in præ
dialibus prosequitur,quod suum est,
exigeret decimam.& quod plus est,
etiam ab inuasore prædij:vt not.eo.
titu.ex transmissa.in fi.primæ gloss.
& xvj.quæ.j.decimas.dico,quòd pri-
ma ecclesia ab ipso domino porri-
narum,& prioris fundi exigit deci-
mam,ad æstimationem ipsarum por
rinarum . æstimatio autem debebi-
tur,quasi quoad primum,& ipsius do
minium per radicationem secundi:
sicut consumptę pro consumptis:aut
bene soluitur æstimatio.xvj.quæst.
vij.quicunque.de transac.veniens.&
not.de rerum permu.c.fina.de rebus
ecc.non ali.vt super.& per hoc,quòd
dico decimam ad æstimationem por
rinarum deberi primæ ecclesiæ.so-
luta sunt quasi omnia iura inductà
in prima parte.¶ Ad id autem , quod
ibi allegabatur de causa originaria,
quæ præfertur etiã in eadẽ re educa
tiuè vel nutritiuè & quod mancipia
distinguuntur genere vel loco enu-
tritionis , facilè respondetur . locus
enim larem habet.& nutritur homo
liber vel seruus , non irradicat sibi
ipsum hominem,sicut humus porro-
rum,qui illũ sibi incorporat,radices
protelat,humorem infundit,& quali
tatem mutat.lvj.di.nasci.cibus etiam
& potus non irradicat sibi hominem,
sed irradicatur ab homine.per quod
etiam ipsius cibus & potus mutatur
substantia. & sic facit contra.Et sic
etiam respondetur ad argumentum
dominę Milantiæ coniugis dilectæ.
arguebat enim per me super hac
quæstione consulta ad instar princi-
pis.In authen.vt iud.sine quoquò suf
fragi.§. hæc omnia apud nos cogi.
colla.ij.potiorem esse causam prio-
ris.dicebat enim absurdum , quòd si
filium suum alia mulier lactat,& nu
trit,illius nutricis causa potior dica-
tur in filio.responde . filius ille non
irradicatur nec coaluit corpori nu-
tricis,sicut porrus humo:vnde si na-
tura hoc operaretur,quòd filius ille
corpus nutricis reingrederetur gene
ratiua resumens principia , dicimus
eum filium secundæ,& non primæ.
¶ Ad dec.literis.respondetur , negari
non posse illum clericum.recipi au-
thoritate illius,qui perfecit:quia cer
tum est,per primas monitorias nul-
lum ius acquisitũ,quid afficeret:sed
hoc solùm excludit,ne ecclesia illa
dicatur grauata per illum quasi gra-
uamen attribuendum sit inchoanti,
prosequens enim,nõ potuit dici grà
uasse faciendo,ad quod tenebatur ex
quodam debito honestatis.¶ Ad glo.
Inno.dico pro concor.solutioni quiã

illius herbæ pastæ licet transierit cũ onere, debetur decima in æstimatione, non in re consumpta. & sic etiam satis facit dec. pastoralis. & decr. cùm non sit. ¶Ad iura verò inducta pro
16 ea parte, quod diuidatur † decima, facile respondetur. si enim diuiditur, prædium ex communi pecunia emptum, quid iuris? Idem de bonis communiter acquisitis. Idem in decima pastus pecorum, & de decima personali. Idem in canonica. in his enim, & similibus neuter potior, nec apparet ratio, quare plus vni, quam alteri vel quare vtriq; in terra integra debeatur. Eodem modo respõde ad ea, quæ inducta sunt de concursu. In illis enim certum est, duobus non deberi, sed vni. nec apparet cui. & de hoc de iur. patro. cùm autem. de rescrip. c. pe. lib. eo. si dicatur, quòd per prædicta deterior sit cõditio coloni, quàm si in primo prædio plantasset, fateor, & sua volũtate subijt hoc munus ad hoc præ. l. vlt. in fi. C. de munic. & orig. lib. x. & ad hoc. de off. deleg. ab arbitris. lib. vj. & quod ibi no. & forte etiam eradicatis porrinis, aliud ibi seminauit, vel plantauit. ex quo fructum percepit. Vel satis sit, quòd hoc facere potuit: sicut & aliàs sufficit, quod hæreditas poterat esse damnosa. insti. de auth. tu. §. j. Hîc sic proposita, allegata, soluta, & responsa quisq; studiosus, præcipuè doctor, supplenda & corrigenda suscipiat. Me enim profiteor libentius discere, quàm docere.

SVMMARIVM.

1 *Onus qui sentit, commodum etiam debet sentire. & econtra.*
2 *Contrariorum eadem disciplina: sed diuersa dispositio.*
3 *Priuilegio concesso abbati seu conuentui, vt tempore interdicti possint familiares admittere ad diuina, an post dictum priuilegium receptos, possint etiam ad mittere. & nu. 5. dist. nu. 6. 8.*
4 *Verba indefinita in donationibus, pactis aut priuilegijs, an trahantur etiã in futurum: aut quomodo accipienda.*
7 *Tempus regulariter inspicitur in contractibus, & testamentis.*

REGVLA LV.


Vi sentit. & econtra. Vnus † intellectus est, qui sentit commodũ, sentiat onus. & hanc glo. prosequitur, alius sensus est, qui non sentit onus, non sentiat commodũ. per hoc. xxxij. dist. præter hoc. s. eo. lib. de elec. generali. §. illos. & inquantum affirmatio & negatio sint contraria, iste sensus plus conuenit literæ econtrà, iuxta primum ponitur pro æquo. non enim est contrarium. sed idem, vel simile per conuersum, vel præmisi. vt apertius ingrediar verba Dyni, qui obijcit non procedere illud generale, quod hîc colligitur, scilicet quòd
2 contrariorum † sit eadem disciplina imò generaliter dici debet contrariũ: quia quod de vno contrariorum predicatur affirmãdo, de reliquo prædicatur negando, quod est oppositũ. vel quod idem est, si de vno disponitur affirmatio, de altero negatio, ff. de his, qui sui vel alie. iur. sunt. l. j. institu. de tut. & cur. §. qui accusare. & patet.

& patet.xxxij.dis.hospitiolum.in fi. vbi de hoc.& facit quod dixi.s.e.nemo potest.super.j.glo.Item,dicimus ad positionem vnius contrariorum, sequi remotionem alterius.ff.de ver. si.l.hæc verba.ille.& de institor.l. sed & pupillus.§.si institoria. Dicit Dy.quòd vbi de quolibet contrario rum respondetur affirmando,vel de quolibet negando simpliciter, verum est eãdem esse disciplinam contrariorum.insti.de contrahen.empt. §.cùm autem.C.de cadu.tol.l.vna.§. pro secundo.de furt.l.fin.§.sed cùm in secunda.ff.de vul.& pu.& si contra tab.de leg.j.si ex toto.in princ.& de leg.iij.l.fi.tunc est enim eadem in genere & eadem in specie.& eadem quo ad numerũ:cum.s.eadem verborum conceptio vtrũq; contrariorum disponit.sed illo respectu,quia diuersa disponit,potest ratiõe affectus vel effectus in plura particularia diuidi. & sic diuersa iudicari.sed nisi de alte 3 rò est affirmatio & de altero negatio nõ est eadẽ,sed contraria dispositio. sed pro tãto dicitur eadẽ disciplina: quia vno cognito,habetur cognitio alterius:vt in iurib⁹ allegatis.s. ver. vel quod idẽ.& ff.de præt.stip.l.j.§. stipulationũ.bene ergo dicitur eadẽ disciplina vel doctrina.sed non bene tunc diceretur eadẽ dispositio.vide quod scripsi de simo.nemo.super vl. gl.¶In gl.dicit.vnde sumpta & ponit exempla in vtroq; dicto.Secundò,ponit quatuor casus.quibus fallit regula.¶In j.glo.ibi:secundum naturam est commoda cuiusq;rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.& ibi: id quòd potest.sicut post per factam venditionem emptori accedit commodum rei vẽditæ:sic & incommodum.& ibi:tu dos filiæ.post datã dotem à patre,filia paciscendo meliorem conditionem patris facere potest deteriorem. non & ibi licet per pactum diuisionis hæredum actio creditoris non mutetur: ipsi tamen ex stipulatu vel præscrip.verbis tenetur ad pacta implenda.¶In j.glos. ibi.j.eod.idem.&.s.eod.lib.de elect. cùm non deceat.& ibi id, quod potest nisi sicut post perfectam venditionem, emptori commodum accedit rei venditæ:sic & incommodum. Item sicut diminuta parte hæredis scripti per contrata.diminuitur onus legatorum: sic ea aucta,augetur.ff. ec.pub.si.l.contra tabulas.& de leg. iij.l.fin.& ibi:ob lucrum.vide quod no.ff.de neg.ge.l.si negotia absentis.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæstionem de familia mon.priuilegiati in hoc, quòd tempore interdicti abbas & conuentus familiares suos possint admittere ad diuina:quòd etiam familiares post priuilegium recepti, possint admitti:vt sentiant commodum qui sentiunt onus:per hanc regulã.Vltra id allegantur quatuor ad hanc partem: totidem ad contrariam. datur solutio distinguens, & contrarijs respondetur. Aegi. ergò cremon.qui hanc quæstionem disputauit,allegabat ad hanc partẽ,quòd priuilegium indeterminatè loquebatur,non distinguendo futuros familiares à præsentibus.sic ergo indeterminatè sumatur.l v.distin.si euangelica.ij.quæstio.v.consuluisti.xxxj.

quæstio.j.quod si.cum concor.in his. de hoc. & de coniug.lep.quoniam. maximè, quia latißimè interpretamur beneficia.de don.cùm dilectus. in fin.& laicus quam contractus. vt ibi. tamen in contractibus verbum indefinitum, respicit futura, Vnde 4 grege obligato, veniunt etiam post nata, in obligatione.ff.de pig.l.grege.C.quæ respi.ob.po.l.fi.sic & pactum de non officiando luminibus, etiam futura luminaria comprehendit.ff.de serui.vr.pr.ę.si seruitus.Idem in edicto.quod quisq; iur.quod quia pœnale, fortius restringendum.& tamen trahitur ad futura.ff.quod quisque iur.l.iij.§.illud.Secundò, non potest dici hoc priuilegium personale, sed reale, quod concessum est monasterio, vel personis propter locum.facit.ff.de rebus du.l.cuilibet.& not.de testa.requisisti.&.xij.q.iij.pontifices. vnde & familiares, qui nunc sunt, videntur esse, qui olim erant.vij.q.j.de niq;.ff.de iudic.proponebatur.& probatur optimè. ff. de cen.l.forma.§. quamquam.Tertiò, quæstio videtur. casus dec. quia cura. de priuil.facit quod nota.eo.ti.cùm capella.xvj.q.4. frater.Item bene facit.ff.de lib.le.l. vl.§.Caio.vbi si testator mihi legauit, quod debebam, quòd post diem 5 testamenti accedit debito, legatum intelligitur.facit ad idem.ff.de fundo instru.& instru.l.si mancipia.vbi legato fundo cùm mancipijs, cedunt legato mancipia, quæ post testamentum colendi fundi causa ibi testator induxit.Quartò, pro hac parte mul- 6 tum facit absurditas insurgens ex contrario, secundum quod mortuis familiaribus existentibus tempore datæ extinctum esset priuilegium. contra id.s.eod.decet.cùm concordan.&.xxv.quęs.ij.c.j.&.ij.In contrarium facit euitatio infinitatis: quæ posset incidere sic omnes admittendo.ad illam † autem vitandam intendunt iura. s. eod.lib.de rescript. cùm in multis. vbi vide concordan. Secundò, si vendo tibi fundum, exceptis lapidicinijs, intelligitur de tūc apparentibus, non pōst.ff.de contrahend.empt.l.in lege.& ibi not.in gl. si infinitatem, vel medietatem vitandam sic.& hoc ad idem.ff.de aur.& ar.le.l.si ita & l.medico suo.vbi si testator legat argentum suum vel vestem suam, intelligitur de his, quæ sua erant tempore testamenti, non de posteà acquisitis.ad idem.ff.de le. iij.vxo.j.& l.cùm quis.in fin. vbi in legato facto vxori de donatis vel eius vsibus comparatis, non intelligitur de donatis vel comparatis post testamentum.Item, si stipulor quicquid te dare vel facere oportet, non includitur, nisi quod ea die debetur. ff de verbo.oblig.cùm stipulamur.& l.si à colono & est si.ff.de dam.infec. l.damni. §. si is.Tertiò, sequeretur ex contrario absurdum, quod daretur † priuilegium his, quæ in rerum natura non sunt, contra decre.de ec. ædi.ad audientiam. ij. & quæ not. Quartò, id priuilegium est cōtra ius cōmune: & tendit ad destructionem censuræ ecclesiasticę: ergo rstringendum. de priui.vt priuilegium.Solu. aut noui familiares in loco † primorum deficiētium vel recedentiū sunt assumpti post datam priuilegij: aut

sunt

sunt adiuncti primis,ad hoc manentibus.Primo casu putat illos gaudere priuilegio , cùm videantur illi ijdem.nec priuilegium sit simpliciter personale , vt prædixi.inducit. ff. de mino.l.minor autem.§.non solùm.& l.seq.vbi patet,quòd priuilegium personæ concessum:si tamen potius propter rem datam sicut ad successorem transit:sic & res,quæ succedit in locum alterius,illius iur. & priuilegio censetur.s.vt lit.pen.ecclesia.sanctæ. Mariæ.cùm concor.ij.gl.Secundo casu, subdistinguitur.aut adiunctio facta est ex iusta causa.aut ex nuda voluntate.primo casu , vt quia auctum est collegium monachorum,&auctę sunt facultates,ita quòd maior familia necessaria est.tunc admissi gaudebunt priuilegio,per inducta.pro hac parte facit de consti.cùm.M.& quòd scripsi.de censi.quanto sunt.ver.mensuram.sed secundo casu non gaudebunt,ne censura eluderetur.vt in fi. dixi.&quia fictio &falsa causa reprobatur in talibus.s.tit.proximo.ea.l.c. vl.facit.de priuil.tuarum.&.c.cùm & plantare.§.de confratribus.ad hoc de decimis.suggestũ.cum gl.j.in fi.¶ Ad iura,quę videntur obstare ei,quod dictum est,priuilegium locum habere in his,qui rationabiliter sunt assumpti , respondetur quòd procedunt in
7 testamentis† & cõtractibus,quorum tempus regulariter inspicitur præcipuè,vbi apponitur pronomẽ,meum, vel tuum,vel suum.& si qua videntur contraria , soluuntur in l.si ita & in l.fi.C.quę res pi.ob.pos.vide quod scripsi de iur.iu.c.pe.Nec ob.l.si mancipia.de fun.instruc.quia prius dixerat fundum , cùm instrumento.adijciens tamen:mancipijs:vt ibi no.nec l.ff.de pecu.l.ei quoq;. non enim dicit,quòd legato peculio,debeatur futurum , sed quòd legari potest futurum peculium,Vel aliud esset dicere peculium indeterminatè,& aliud cùm pro nomine , suum vel meum.
8 ¶In hoc † autem priuilegio pronomen,suos.non impedit futuros.quia priuilegium erat reale &propter eos datum,quibus conceditur,vt admittantur.Item.propter mentem verisimilem concedentis , per quàm cùm debeat esse perpetuum,oportet pronomen suos contra propriam significationem,quæ se habet ad nunc,trahi ad tunc , vt coaptetur ei,cui admittitur,id est perpetuitati:hoc probatur.ff.loca.si vno leg.est.§.sub.l.ex conducto . ff . pro socio.si adijciatur cùm concor.vide quod scripsi.s.eod. priuilegium . super.j.glos.quòd satis facit ad quæstionem.

SVMMARIVM.

1 *Tacens,videtur consentire.*

2 *Episcopo prohibente alienationem rerum ecclesiasticarum per clericos sine sua venia & consensu,pœna indicta,si capitulum præmisso tractatu ipsi episcopo aliquid vendat , sine alia licentia , an locus sit pœnæ.& numero.4.6.8.9.11.& 12. &.15.*

3 *Locus à minore.*

5 *Licentia , verb. quomodo accipiendum.*

7 *Facto suo à iure improbato,an possit quis contrauenire : & consilium mutare . & numero.14.*

10 *Locutio generalis,includit personã loquentẽ:& indefinitum verbũ,omnia compre-*

hendit.

13 *Contrahere, cum aliquo saepe quis prohibetur ratione officij.*

REGVLA XLIII.

1 Qui tacet.† vt dicit Io. mo. ad hanc regulam facit. ff. eod. tit. semper qui non prohibet & facit. s. de exces. prae-la. ex literis. &. ff. de fer. l. j. ¶ Prima glos. ponit exempla. Secundò. vij. effectus taciturnitatis. & remittit. ¶ In j. gl. ibi: nonne. ista decre. melius adaptatur ad exceptionē proximā: is, qui tacet. quę loquitur de confessione & negatione. ista verò de consensu. & vide quòd ibi dixi. in princi. ad hanc autem regulam bene competit exemplum decr. secundę. s. eo. li. de accusatio. vbi taciturnitas illius, contra quem inquiritur. inducit consensum. Dy. etiam ponebat exemplum in patre, quo praesente filius creatur decurio. ff. ad munic. l. quocunq;. & de cur. l. honores. scilicet pater in fideiussore nominato per tutorem, qui patitur nomen suum in actis describi. ff. de fideicom. l. iiij. §. fi. istos autem casus excipimus propter fauorem rei publicae, & pupillorum à solutione, quę datur in regula: is qui tacet. & ibi dixi super glo. & facit haec regula ad quaestiones, quas posui super illa.

QVAESTIO.

10 ver. iuramentũ. si hoc † in contractibus, fortius in vlt. vol. quæ fauorabilior est. de dona. cũ dilecti. ad hoc de cõcess. præ. c. j. §. ecõtra. s. eod. lib. Sol. hæc quæstio not. xiij. q. ij. vltima volunras tamẽ quid sentiat in ea Io. per gl. illam non apparet, & Bar. Brixi. dicit se plenè notasse in quæstionibus, quod est falsum, vt patet in Domic. xxij. de quo loquitur, quæ diuersa est ab ista. & etiã quæ in illa sentiat non apparet. no. Accur. in vsibus feu. consti. Fre. hac edictali. §. Itẽ sacramẽta. in gl. hoc quęro. vltra mediũ. & Prof. in libel. de se. cõ. clementiano. vbi glossat autẽ sacramẽta. in glo. primò quæritur in vlt. quæstione. & per alleg. gall. in man. de testa. ver. pone. quòd quidam per de Odof. Ia. de Ra. Pe. de Bel. &. d. Cynum de sacro. ec. l. j. & hi tenent testamentum secundũ Valle. Gul. cõtrà in spe. de instru. edi. §. compendiosè. ver. quod si quis iurauerit. Facit ad quæstionẽ quod no. Ray. in sum. de sepul. & plenius. no. Ho. eo. ti. §. an licitũ. ver. quid si quis
11 eligar. ergo credo per prima iura † ꝙ is, de quo quæritur secundum testamentum facere non debeat: & ꝙ illud faciendo vel primũ immutando sine causa, sit periurus: dico tamẽ per iura secunda & maximè vltimò allegata: ꝙ si hoc fecerit valet secundũ: sciendum quòd Ho. Boat. in secundo dicto concor. sed non in primo: quia illum dicit non periurum hac ratione: quia iuramentum fuit temerariũ: quia iurauit melius non facere: nec enim secũdum eum datum est homini tam bene facere quando possit facere etiam melius: hoc antè dixi in præ. decr. cũ Marthæ. procederet hoc dictũ restrictum. ad. j. dicenda: patet autẽ ex solutione, quã prædixi, fore responsum ad quædam argumenta primę partis. s. primum & secundum. Ad solut. multũ facit, quia ex cõtrario aperiretur via iniquitati, inducẽdo. s. patres fami. ad testandũ & iurãdum: & sic auferretur eis bonorũ suorum dispositio, quod faciendum non est: ad hoc de diuor. quanto. ad fi. Itẽ cadit in vitiũ, aliũ prohibere testari. C. si quis ali. te prohi. l. j. & ij. &. ff. e. l. j. ergo multò fortius seipsum: cũ or-
12 dinata † chariras cuiuscũq; incipiat à seipso. xxiij. qõ. v. non licet. ideo autẽ dixi. s. sine causa: quia si ex iusta causa immutare primum testamentum, puta testatus fuerat inter liberos vel

extraneos qui mortui sunt, vel in hæresim lapsi, vel instituerat ordinem
13 † téplariorũ, qui nuper dãnatus est, vel ex his simile: tũc dico eũ etiam à periurio excusari: ad hoc de iureiur. quẽadmodum. & præ. decre. si tibi. de spõ. quod no. Ho. in præ. versi. quid si quis. facit etiã ad solutionẽ quod no. de procur. c. fi. li. eo. Ad alleg. iij. pro prima parte respõdetur, ꝙ sunt quędam
14 † quæ per se sortiuntur effectũ sine iudicis ministerio vt baptismus, matrimoniũ, professio, testamentum morte confirmatũ, & his similia: & in his valent quę fiunt cõtra iuramẽtũ, vt est probatum. ¶Sunt alia quæ requirunt ministerium. vt reuocatio alienatæ rei minoris, vel dotalis querela inofficiosi, & his similia: & in his iudex denegat ministeriũ suũ, ne aperiat viã periurio. de iur. iur. si verò &. c. verũ. &. c. mulieri. C. si aduer. vẽ. l. j. de iudi. indiui. l. ij. & sic loquentur contraria. facit ad distin. de bap. maiores. ver. Itẽ quæritur. vnde fateor quòd argumenta illa concludunt. s. quòd si adiret iste iudicem, & petit sibi dari licentiã secundo testãdi, ꝙ non audiretur: sic & in numero. de spõ. ex literis. ij. & sic fit respõsum ad id quod dicitur quartò, de eo qui iurauit nõ accusare. ad decre. primã, de sepul. Idẽ illud speciale in odium allicientium ad sepulturam eligendam. ¶Itẽ dico quòd illa nou concluditur ad quod inducitur: sed potius cõcludit quod neutrũ valet, & quod illũ oportet decedere intestatũ: quod verũ est in casu expresso. Circa cœmeterium enim suũ potuit papa statuere quod voluit. sed non sequitur per hoc quod idẽ potuisset in primo malibus. Facit quod no. eod. tit. in regula, possessor. Idẽ, potest esse ratio ꝙ is, quem constat decessisse in mortali non sepelitur in cœmeterio ecclesiæ. xxv. q. placuit de tornea. c. j. de rap. super eo. ¶Ad alleg. quintò dico quòd professus censetur mũdo mortuus. xvj. qõ. j. placuit. ij. quod non est in simpliciter iurante & ille caret proprio, iste non. ¶Ad vltimò allegata respon. periurum non semper infamẽ: probatur hoc de testamentis. testimoniũ. ij. respon. & facit quod not. vj. q. v. c. ij. Item decre. non licet. non debet intelligi de omnibus legitimis actibus, sed de quibusdam alijs: nec vendere posset, nec matrimoniũ contrahere, quod est falsum: & facit de hæreti. excommunicamus: §. credentes. vbi infamia specialiter infligitur, licet in pœnam. & facit quod dixi. eod. ti. actus. & satis est, talẽ expresse non prohibitum, vt. s. dixi. Itẽ tunc solùm est periurus, cùm perfectum est testamentum, quasi factum videretur à nõ periuro. & facit quod scripsi de regulis, vidua. de senten. excõ. contingit. j. hoc tamen dico sic allegando per ea quæ dixi de cõiug. ser. c. fi. super vltim. gloss. Est autem
15 † aduertẽdum quòd in quæstione dubitari posset, an illud, iuramentum habeat vim verborũ derogatoriorũ, ita quòd necesse sit de primo mẽtionem fieri in secundo. Item an sufficiat generalis, an requiratur specialis & expressa de primo, puto, quòd sic, si iuramentum interuenit in testamẽto: si verò postea ex interuallo, non credo quod faciant allega. l. si quis. in prin.

in prin.& quod ibi no.ff. de leg.ij. cũ pater. §. filius matrem. De leg. iij. cũ.§.codicill.ff.de fideicom.l.Lucius in fin.cum similibus.de secundo dixi suprà post dy.

¶Regulæ fforũ huius literæ sunt hæ.

Paulus. Lex x v.

Qui actionem habet ad rem recuperandã,ipsam rem habere videtur.

Pomponius. Lex. xviii.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredes nostros transeuut, eorũ cõmodũ per nos ijs quorum in potestate sumus,eodẽ casu acquirimus:aliter atque cũ stipulanti sumus.Nam & sub cõditione stipulãtes.omni modo, eis acquirimus,etiam si libertate nobis præstita à dominis, conditio existat.

Idem. Lex x x.

Qui cũ alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis eius:hæredi autem hoc imputari nõ potest,cũ non sponte cum legatarijs contrahat. Non solet exceptio doli nocere ijs, quibus volũtas testatoris non refragatur.

Pomponius. Lex x x i.

Quoties dubia est interpretatio libertatis, secundum libertatem respondendum erit.

Paulus. Lex x x v.

Quatenus cuius intersit, in facto, non in iure consistit.

Vlpianus. Lex x x v i i.

Qui potest inuitis aliquibus alienare:multomagis & ignorantibus & absentibus potest.

Paulus. Lex x x x.

Quod initio vitiosum est:nõ potest tractu temporis conualescere.

Vlpianus. Lex x x x i i i.

Quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen & iur.naturali:quia quod ad ius naturale attinet,oẽs hoĩes æquales esse.

Caius. Lex x l i i i.

Qui in alterius vide.š.eodem qui in ius in suffra.

Idem. Lex x l v i i.

Quod à quoquã pœnæ nomine exactũ est,id eidẽ nemo restituere cogit.

Paulus. Lex x l i x.

Quidquid in calore iracundiæ, vel fit,vel dicitur,non prius ratũ est,quã si perseuerantia apparuerit iudicium animæ fuisse.ideoque breui reuersa vxor,nec diuertisse videtur.

Vlpianus. Lex l x i i i i.

Qui sine dolo malo ad iudiciũ,prouocat,non videtur moram facere.

Vlpianus. Lex x c v i i i.

Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipietur, quæ rei gerendæ aptior est.

Paulus. Lex l x x i i i i.

Quò tutela redit, eò & hæreditas peruenit, nisi cũ fœminæ hæredes intercedunt. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis hæredibus,cùm moritur,habuit,habiturus've esset,si vixisset. Vi factũ id videtur esse,quod quis, cũ prohiberetur,fecit. Clàm, ꝙ quisque, cũ cõtrouersiã haberet, habiturũ've se speraret fecit, Quę in testamẽto ita scripta sunt,vt intelligi non possint, perinde sunt,ac si scripta non essent. Nec pascíscendo,nec legem dicẽdo, nec stipulando quisquam alteri caue re potest.

Papinianus. Lex l x x x i i,

Quæ dubitationis tollendæ causa contract

contractibus inferuntur, ius commune non lædunt.

Paulus. Lex xc.

Quandiu valere possit testamentū, tandiu legitimus hæres non admittitur.

Paulus. Lex xcii.

Quoties duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure quod antè defertur, supererit vetus.

Hermogenes. Lex xcix.

Quoties vtriusque causa lucri non vertitur, is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit.

Vlpianus. Lex ciii.

Qui vetante prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur. Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

Paulus Lex cxxiii.

Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debēt in argumentū trahi.

Idem. Lex cxxvii.

Qui rem alienam defendit, nunquā locuples habetur.

Vlpianus. Lex cxxxv.

Qui potest facere vt possit conditioni parere iā posse videtur. Quòd quis, si velit, habere non potest, illud repudiare non potest.

Idem. Lex cxxxviii.

Qui in ius dominium've alterius succedit, iure eius vti debet. Nemo videtur dolo facere, qui causam ignorat cur non debeat petere.

Modestinus. Lex cxxi.

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipse soluisset vel ipsi solutum esset.

Idem. Lex cxliii.

Quod nullius esse potest, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

Celsus. Lex cli.

Quod euincitur in bonis non est.

Modestinus. Lex clv.

Qui per successionem quāuis longissimam defuncto hæredes extiterint non minus intelliguntur hæredes quàm qui principaliter hæredes extiterint.

Vlpianus, Lex clxi.

Qui in seruitute est, vsucapere nō potest, nam cum possideatur, possidere non videtur.

Paulus. Lex clxiii.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea quæ non facit, at qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod iussus est facere.

Idem. Lex clxxiiii.

Qui dolo desierit possidere pro possidente damnatur: quia pro possessione dolus est.

Vlpianus Lex clxxx.

Qui authore iudice cōparauit, bonæ fidei possessor est.

Paulus. Lex clxxxiiii.

Quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentiam. Vni duo pro solido hæredes esse non possunt.

Idem. Lex clxxxv.

Qui tacet non vtique fatetur: sed verum est eum non negare.

Vlpianus. Lex clxxxvi.

Quod ipsis, qui cōtraxerūt, obstat: & successoribus ipsorum obstabit.

Pomponius. Lex cclxxxix.

Quod quis, cùm seruus esset, egit proficere liberto facto non potest.

Pom

Vlpianus. Lex CC.
Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

Pomponius. Lex CCIII.
Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.

Licinius, Lex CCX.
Quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere nō potest &c.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictioni vim plures succedere, an sit nouum.*

2 *Patrono patri mortuo plures'ne succedant filij in patronatus iure.*

3 *Obligationis natura mutari'ne debeat ex successorum diuersitate.*

4 *Iura an sint discreta, etiam si in eandem personam concurrant.*

REGVLA LXXVII.

Rationi Ioan. mona. dicit exemplum in onere non cohærente personæ. nam in illo secus.ff. de adimē. le.l.legatum.& de adimen.le.l.Caio. in prin.& de condi.& de.le. legatum secundum Dyn. qui etiam soluendo contrarium.& de l. licet. ff. deleg.j. quæ vult quod substitutus in honore hæreditatis, non succedat in onere legatorum. distinguit: aut tantum substitutio legata repetitur verbis testatoris expreßis, aut non: primo casu, aut cum eiusdem diei vel conditionis adiectione, aut simpliciter: si cum eiusdem diei vel conditionis adiectione, expectantur illa, etiam si legatum redderetur inutile.ff.deleg. j.si quis à filio.post prin.si verò simpliciter, tunc debentur non expectatis conditione vel die, quæ in persona instituti fuerunt adiecta. vt dicta l.si quis à filio.& l.si cui à filia.

¶Secundò principali mēbro quando non repetuntur verbis expreßis, tunc legis potestate tacitè repetita intelliguntur cū eadem semper conditione & die.ff.de leg.ij.cùm pater. §.ab instituto. nisi talis esset conditio quæ redderet legatum inutile.ff. de verb.oblig.Titia.§.idem respondet.& de fidei. libe. l. vlti.honor hic aspiratur, onus non: vt dixi suprà ea. l.de elect.si religiosus.super vlt.glo.

¶Prima glo.ponit exempla,& dicit regulam posse reuolui.

In j.glo.ibi in prælato æqui.secundum Dy.dici potest in quolibet substituto in hæreditate, quæ honor appellatur.ff.de le.præstan.l.famil.§. si legato. propter quod succedit in onere legatorum, quæ all. ab instituto relicta videntur tacitè ab instituto repetita.ff. deleg.ij. si Titio & Mæuio. §. Iulianus.& l. cùm pater.§. ab instituto.

QVAESTIO.

¶Hæc regula facit ad quæstionē quam post dominum meum Palmerium disputabam sic proponens, Prima causa delegatur duobus: secunda duobus vtriusque simpliciter, & sub nominibus dignitatum mortuo vno ex primis, qui prælatus erat duarum ecclesiarum vnitarum, dissoluitur vnio:& duo subrogantur. Item mortuo vno ex secundis, dignitas per papam dispensantem super vtraque tenenda collegæ confertur: quæritur de his causis qui sint earum iudices.

¶Primum

¶Primum articulum huius quæstionis disputauit dominus Palmerius:quærebat tamen de eo qui citauit in altera illarũ ecclesiarum vnitarum : secundum disputauit dominus Marcillius. In vtroque membro post disputantium allegationes pro & contra,ponentur quæ addidi:deinde in primo ponetur solutio disputantis,quę improbatur,&quatuor opiniones addentur demũ ponitur solutio distinguens postquã eliciuntur duo dubia.In secundo ponitur etiam disputantis solutio, & eius approbatio,& ad contraria responsio,& aperiuntur duo dubia.

¶Ad primum arguitur quod ambo illi subrogati sint iudices : quia res peruenit ad causam à qua incipere potuit : quia libentius papa delegasset tribus quàm duobus.eo.ti.prudentiam. & verba rescripti conformãda sunt æquitati.de rescriptis,causam.ff.de iniuf.no.l.quanuis.certũ est enim istos duos succedere in locum & dignitatem defuncti:ergo &c.eo-
1 dem titulo.quoniam abbas.nec † est nouum plures vni in iurisditione succedere: vt patet in canonicis qui succedunt episcopo.lxv.dist.c.fi. de maioritate & obedientia,his qui. & plu
2 res† filij patri in iure patronat⁹ delet. xvj. q. vij. si plures accedant.illa verba,sicut misit me pater &c.xxiiij. q.j.loquitur.Item sicut isti subrogati succedunt in bonis acquisitis.de testamen.relatum.ij.in fi. sic & in iurisditione delegata. argumẽ.decre.præ. quoniam abbas.Pal.ad hanc partem. C.de aduoca. diuer. iudi.l.binos. vbi duo aduocati,qui subrogantur in locum vnius aduocati fisci,eisdẽ vterque iuribus & immunitatibus quibus vnus solus,qui prius erat.ad idẽ. C.de metropol.liberto.l. vna. lib.xj. ibi:duæ metropoles factæ de vna dignitate simili perfruũtur. Item dicit lex, ꝙ omnis numerus illorum qui substituũtur in locum vnius,pro singulari persona habẽdus est.ff.de conditioni.& demonstratio. cui fundus.
3 in fin.nec † enim ex diuersitate successorum mutari debet obligationis naturã.ff.de verb.obli.l.ij.§.j.aliàs ex his.& licet hodie maior sit numerus personarũ, tamen idem populus. vij. q.j.denique.ff.de iudi.proponebatur. facit de censi. quanto. facit satis pro hac parte quod scripsi post Innocẽ.& Host.eo.ti.cùm te consulente, scilicet de vno ex pluribus delegatis q̃ subdelegare potest pluribus:quod ergo posset subdelegatio quod possit subrogatio,de qua quæritur,ex quibus concluditur duos successores vnius vnà cum collega iudices esse: & adde quod dicam in articulo secũdo. In contrarium allegatur, Intentio scribentis debet attendi, qui voluit duobus & non pluribus delegare.rescripta sunt stricti iuris,nec extenduntur ad personas nõ expressas. eo.tit.P.& G. Item forma petitionis attendi debet in sententia , ergo in processu , sed impetrans petijt duos, ergo non habeat tres. non obst. cap. quoniam abbas:quia ibi vnus succedit vni : nec quod de canonicis dicitur cui succedit capitulum.nec quod de filijs dicitur succedentibus patri in patronatu:quia illud iure sanguinis,nõ electionis,Pal.Pro parte facit

euitatio

euitatio absurditatis, pone ꝙ ad petitionem partis vnius datus fuerat ille prælatus, secundum hoc ille habebit duos iudices, & collega vnum solum. Item si dicas istum tertiũ datum ex officio, vitiabitur intentio delegantis, qui voluit propter numerum imparem prouideri causæ in casibus discordiæ: sed hic erat dare numerum parem. eo. tit. c. fi. facit de arbit. c. j. Ex quibus concluditur quod aut alter solus, aut neuter debet esse iudex, secundum quod potius neuter videtur per decre. pe. de elect. lib. eo. vbi plures dati ab vno non insolidũ, non admittuntur propter contrarietatem, quæ inter ipsos cõtingere posset. Item verum est neutium istorũ subrogatorum esse prælatum illarũ duarum ecclesiarum: ergo neuter in delegatione succedet. facit. ff. de rebus dub. si is qui ducenta. §. vtrum. ex quo non est scriptum cõmuniter vel diuisim, facit de præben. c. fi. lib. eod. sic & nauis dissoluta ea mẽte, vt fiãt duæ, vel vt in aliũ vsum asſides conuertãtur, desinit esse nauis. ff. de ver. obli. inter stipu. §. sacramenta. facit quod not. de collegio destructo superioris authoritate. xvj. q. vij. & hoc diximus per Inno. de no. ope. nun. c. ij. & supra eo. titu. priuilegium. dicemus ergo, quòd si ex duobus vter sit tutor, est incertum, neuter est tutor. ff. de testamen. tut. duo sunt. & idem in procur. & arbitr. ff. de procura. l. ij. infra de arbi. Innotuit. Sic & propter incertitudinem neuter istorũ sit delegatus. facit de rescr. ad hoc. sicut & incerta sponsa non inducit honestatem de spon. c. vno. lib. eod.

¶Palmerius qui, vt dixi, quærebat de illo quem ad alteram ecclesiarũ vnitarum citauerat, dicebat ꝙ is qui succedit in illa, debet esse iudex, quasi videatur illam elegisse: & vt illius prælatus velle procedere, & altera prælatura præuenta. dicebat tamen quòd aliqui dicebant vtramque admittendam. alij ꝙ ambo debebant vnum subdelegatum dare. arg. ff. fami. her. Si familiæ. ad hoc vlte. vide quod not. de procura. non iniustè in glo. antepe. Ista solutio nec rationẽ habet, nec tangit dubium quæstionis. Item pone quod ad neutra citauit, quare aliqui dicunt inspiciẽdam dignitatẽ principaliorẽ in illa vnione, per ea quæ not. ne sede va. c. vno. alij primo nominatum in rescriptũ. facit de elect. c. pe. cum suis concor. eod. lib. alij, quod is, quem elegerit impetrans: alij delegantem consulendum: iuxta ea quæ not. eo. titu. quoniam abbas. tu dicas ꝙ aut in rescripto exprimitur altera sola dignitas, vel ecclesia: aut vtraque: & secundo casu. aut altera sola ratione sui & loci esset capax delegationis. aut vtraque primo & secundo casu, scilicet altera sola exprimitur vel vtraque: sed altera sola capax est delegationis. dico igitur illum solum qui succedit in dignitate expressa vel capace, in delegatione succedere: & est ratio, quia certum est ratione dignitatis non expressæ vel non capacis illum iudicem non esse: ergo nec in iurisdictione succedet qui subrogatur nulli. De primo pone exemplum in abbate Sancti Stephani, cui non expresſè mon. Sancti Bartholomæi vnico

vnico quotidie causæ delegantur. De secundo pone ꝙ simplex parochialis ecclesia vnita est dignitati, soluta vnione rector parochiæ non succedet in iurisdictione ratione loci:finge quò moñ. sancti Proculi. de Boñ.sit vnicum moñ.sancti Petri de Mutina.de reli.do. c.ij. actor & reus sunt Boñ. vel actor Mutiñ. & reus Boñ. planum est quod iste abbas ratione loci respectu moñ. Mutiñ.non potest esse iudex huius causæ : ergo is qui in illa abbatia soluta vnione succedit,non erit iudex.de rescri.statutum.lib.eo. Facit ad hoc bene.ff.de sti.ser.l.j.§.cōmunis seruus.& l. proinde.in fi.&.l. sequenti ff.de auth.tu. si communis. per quæ iura patet, si communis seruus simpliciter vel expressis dominis stipulatur, id, cuius alter dominorum non est capax, totum intelligitur alteri stipulatum.facit quod scripsi post Inno.de præscri. cum ex officij. In tertio verò casu, quando vtraque exprimitur,& vtraque capax est delegationis.pone exēplum de ma.& obed.cum ecclesijs.in prin.de arbi.exposita dico quod cum actus iste delegationis,qui talis pluralitatem non respuit,imò illam amplectitur.vt in dec.prudentiā. vterq; in delegatione succedet, & recipietur rescriptum dicens : prior talium ecclesiarum. ac si diceret:prior talis, ecclesiæ.Item prior talis, ad quod facit.ff.de condi.& demon.l.falsa. in fi. distinctio contraria soluat contraria. ad æquitatem allegatam respondebitur in proximo articulo.

¶Sed modo incidunt duo fortia dubia,scilicet vtrum isti duo fingantur vice duorum. pro quo facit prædicta ratio:an vnius tantùm pro quo decre.clementi.de iur.patro.c.ij. Sed quid in actu qui respuit pluralitatē personarum, vt in ordinatione actiuè,vel in prouisione passiuè,id est si deliberet talis ordinarius,vel de illo deberet prouideri , vel his si. & hoc vbi per circunstantias non apparet alterum proferendum,satis est locus varietati opinionum præmissarum.

¶Circa secundum quæstionis articulum allegatur quod iste solus non sit iudex,quia prouisio curiæ habet potius causam delegare duobus quā vni:quia integra &c.eo.tit.prudentiam.lxiiij.dis. extra conscientiā. nam per ampliores homines perfectissima veritas reuellatur. C. de fideicō.l.fin.& quod à pluribus quæritur &c.xx. dist. de quibus.ponderata igitur intentione delegantis & forma mandati quæ attendenda sunt.de præben.c.fin. de rescrip. cùm dilecta. apparet hūc solum iudicem nō esse, cùm non debeat quis fungi vice plurium personarum.lxxxix.dist. singula.de institutio.ca.fi.marsi.

¶Ad hoc facit,quia non sufficit in effectu adimpleri mādatum, nisi adimpleatur per modum descriptum. de restitu.spolia.Pisanis probatur de rescrip.susceptum.lib. eo. & bene facit quod not. de rescrip. si pro te. ex quibus concluditur quod licet hic sit prælatus vtriusque:quia non per casum mod.in rescripto expressum nō est iudex huius causæ : ad hoc facit æquitas dicta in proximo membro.

¶Pone enim quod iste superstes datus erat ad petitionē vnius partis: & defun

& defunctus ad petitionem alterius, absurdum esset quod iste solus esset iudex.¶In contrariũ ille habet illas duas dignitates,& illorũ duorum vice fungitur:ergo est iudex huius causæ.hoc enim potest esse.de elec.cùm inter.j.& ij.ff.de adopt.si consult. Item si defunctus cõmisisset,& ipse vti cœpisset eo viuente, planum est quod esset cõpetens iudex:de off.deleg.licet,si ergo hoc facit subdelegatio,ergo & subrogatio.cũ enim hoc ad vtrãq; dignitatẽ pertineat:& iste vtrãq; administrat:ergo iudex competens.quia quod omnes &c.eo.titu. quod omnes.Itẽ si is,à quo appellatur,efficitur iurisdictionis illius; ad quem est appellatũ,cognoscet de causa.ff.de iudi.si is qui.de hoc.de elect. querelam.in prin.secundũ iura. 4

¶Hoc vltimum fortifica:certum est ꝙ minus se patiuntur in vno subiecto iudex à quo appellatur,& iudex ad quem:quàm iudex & collega.Primum probatur.de consue.c.ij.lib.eo. si igitur primo casu vnus per subrogationem gerit vices vtriusque;fortius in secundo.vnde facit ad hanc partem lex dicẽs ꝙ id quod in duabus personis recipitur,in eadẽ persõna recipiendũ est.ff.si cer.pet.j.singularia.facit de pœn.dist.iij.adhuc instant.viij.q.j.in scriptis.sic ecõtrario. x:dist.quoniam.idem xxvj.dist.cùm ad verum.hinc est ꝙ non ponderamus pluralitatem personarum,vt re scrip.vnde tantum iurisdictionis habet vnus datus per vnũ rescriptum; quantũ tres dati per aliud,de rescrip. pastoralis.Itẽ ius multorũ bene residet in vnũ.ff.quod cuiusq; vniuer. sicut municipiũ.in fi.& not.de postu. gratum.Item canonicus gerit vices proprias & canonici impediti, qui dedit ipsum procur.ad actũ electionis,de elect.quia propter.&.c.pe.lib. eo.& vnus diuersus respectus respicit stipẽdia plurium.de re iudic.cùm olim.facit in authẽ.vt iud.sine quoquo suffra.§.illud.col.ij.facit ad hanc partem quod not.vij.q.j.si quis in clero.de cleric.non resid.quia intãtum. facit etiam de testa.officij.vbi in eodem testamento episcopus gerit vices legatarij & episcopi.eo.tit.Raynutius.&.c.Raynal.vbi filius detrahit duas quartas,vt filius & hæres:& benefacit.ff.de his qui.vt indig.l.tutorem.Discreta†quidem sunt iura,licet in eadem persõna concurrant: aliud quidem tutoris,& aliud legatarij:sic & hic,licet diuersæ sint dignitates,ex quo concurrunt in persõnam eiusdẽ,competens iudex erit.Solutio iste solus procedere poterit,cũ sit administrator legitimus vtriusq; dignitatis:& hoc præcipuẽ probat decre.præ.licet.de offi.deleg.secundum iura.Hæc solutio do.mei placet per eandẽ decre.admittatur enim iure ꝙ ex duobus delegatis vnus gerit vices suas,& alterius:vt ibi.& eo. tit.quãuis.&.c.super quæstionũ.§.si verò.Si hoc potest per subdelegationem,ergo & per subrogationem,vt dixi,& per hoc respõdetur ad primõ alleg.Ad æquitatem allega.respõdetur, ꝙ imputet sibi qui impetrauit dignitatem committi huic personæ: Hunc enim & similes casus euenire posse debuit præuidere. Præterea licet expediat habere iudicem gra-

tiosum circa principale, tamen nil deperit parti: quia iudice grauante non deest sibi appellationis remedium. sed vbi aliquid periret parti. bene inspiceretur primus status: facit extrauagan. Ioan. quæ incipit: Sedes apostolica: sed aduerte quia potuisset quæstio ampliari indignitate defuncti vnita dignitate superstiti: & omni casu dico quòd siue per vnionem siue per dispẽsationem, sit competens iudex. Ad primum. xvj. qõ. j. & temporis. & c. postquam. de relig. do. c. ij. ibi: cum omnibus iuribus &c. & facit quod scripsi de fil. presbyt. ex transmissa. ¶ Ad secũdum iur. primo allegata. & xxj. qq. j. relatio. sed nunc incidit dubium, vt in proximo articulo dixi, pone quòd iste habebat tertium collegam, nunquid fungetur vice duorum? Itẽ nunquid iur. alterius dignitatis tantũ poterit subdelegare: vel nunquid iure illius delegare vnum & iur. alterius alterum? Ex hoc fortè congruè distinguetur inter vnionem & dispensationem: vt primo casu non posset, secundo posset.

SVMMARIVM.

1 *Tutorum plurium vnius pœna non liberat alium.*

2 *Malefactorum plurium vnius pœna alios minimè liberat.*

3 *Imaginem rei superesse, an sit absurdum, rei eiusdem origine sublata.*

REGVLA X.



Atihabitionem retrotrahi. Lex non posuit hunc textum, super quo vide quod scripsi. s. eo. li. [illegible] sen. excõ. cum quis. super glo. ex rati. Prima gloss. dicit vnde sumpta, & ponit exempla. Secundò dicit in ea debere duo concurrere: & ad secundũ signat contrarium. tertiò successiue exprimit exceptos, & ipsorum ratione reddit. quartò ponit simile. quintò soluit vnum dubium. In j. gloss. j. §. defecit: vide hunc & sequentem in suis literis. h. & s. & ibi licet iudicium habitum cum falso procuratore conualescit per ratihabitionem domini. & ibi. l. vlti. vide in regula, ratum. in gl. & ibi. l. pe. si petijt alijs bonorũ possessionẽ nomine meo, debeo ratum habere. j. centũ dies. j. quos petere poteram. & ibi: si ergo aliud iubere & aliud fideiubere. & ibi. l. j. si iussu eius in cuius potestate eius negotia gessisti agitur insolidum: aliàs tamẽ versum agitur in rem verso. si neutrum interuenit agitur de peculio. & ibi: quòd si procur. deiecit. cum vtroque, agi potest: & vno soluente liberatur alter. & ibi: tres tutores. In pluribus tutoribus † pœna vnius non liberat alterum: sic nec in pluribus furibus. & ibi: à Deo. si plures † corruperunt, omnes tenentur, nec pœna vnius liberat alium. Ioann. Andræ. 1 2

¶ In gl. j. ibi: maleficijs. quæ per alios fieri possunt. Secus in his quæ personæ cohærent. & ibi in adulterio & similibus. vt not. in §. deiecit. & hoc per Dyn. & ibi: in contractibus. Dyn. ponit in eo qui sine mandato emit rem nomine meo, & traditionem recepit. per ratihabitionem requiritur dominium: ac si à principio mandasset. ff. de acquirenda possess. communis. §. procurator. Ad illud. ff. de nego. gest.

go.gest.si ergo. Facit.ff. de solut.si quis offerenti.& l.vero procuratori. §.vlti.& l.cùm x.§.vltimo.De violenta spoliatione patent exempla.ff. de vi & vi ar. l. j.§.& cum quis.& §.quot.& §.deiecisse.& ibi:renunciationis.idem hîc Dyn.allegat.ff.si ita vult ex.l.j.§.ita autem.& in authen. de his qui ingr. ad app.§.si verò.C. de rebus creditis.si quis vsuras.& de condi.inser.l.vlti.& ff.qui satisda.cogan.l.de die.§.vlti.& ibi:sic ibi non loquitur de ratihabitiõe,sed de consensu quem præbere licet post terminum re integra:& ibi:actio negotiorum ei qui gessit pro absente.nam si præsente egisset,daretur actio mandati.vt not.in l.semper.quæ allegatur in princi.gloss.& hoc per Dyn.& patet.ff.manda.si remunerandi.§.passus.& l.qui patitur.& l.qui fidem. & ibi:quo ad effectum,si quod not.infrà eodẽ pro possessore.& idem hîc Dyn.qui etiam distinguit tria diuersa:mãdatum,ratihabitionem,& prohibitionem. Primum parat actionem mandati:secundum negotium gestorum: tertium impedit vtrumque. De prima.ff.mandati,si pro te. de secunda.de nego.gestis.l.vltima quærit etiam hîc Dynus an contra ratum habentem nascatur actio ex administratione, an ex ratihabitione secuta:& an pendeat ex voluntate ratum habentis.In primo distinguit quatuor genera negotiorum:de quibus remissiuè dedit in regula,ratum.ad l.si pupilli.§.quid.ergo primũ quod est meum cura & solicitudine,secundum quod est meũ reipsa, tertium ipso gestu,quartũ ratihabitione. ¶ In primis tribus generibus dicit quod nascitur ex administratione præcedenti mediatè ratihabitione, sequenti spontanea vel coacta. sicut dicitur de simili.C.de rerũ permu.ex placito.& absurdum esset dicere in illis tribus nasci ex ratihabitione actionẽ,quæ sine illa competeret,ex quo vtiliter gestum est. vt ff. de nego.gest.Pomponius scribit.In quarto verò genere bene nascitur ex ratihabitione.vt in l.si pupilli.§. item quæritur.& per hoc sit soluta quæstio, vt dicamus quòd in primis tribus non pendeat ex eius voluntate,cùm detur contra inuitum. ¶ In quarto sic,vt in l.si pupilli. & si in quarto casu reprobauit gestum, impedita est natiuitas actionis, ita quòd amplius per ratihabitionem non nasceretur: & sic dicat.l.loqui. ff.de solu.dispensatorem.si bene intelligatur:& ibi:inuito non potest Idem Ioan.mona. & in fi.idem hîc Dyn.qui prolixè prosequitur,tractat etiam an absolutio delinquẽtis prosit mandanti vel ratum habenti:& tenet quod sic absoluitur propter delictum non commissum. si verò quia non fuit in culpa,non prodest. allegat.ff.de iureiurando.duobus.§. à fideiussore.& §.si ei.& ad iura quæ in contrarium facere videntur,quòd res inter alios acta &c.C.res inter ali.ac.per totum.ff.de exceptio.Modestinus respondet,quòd loquuntur quando diuersarum personarum iura sunt diuersa & separata:sed cùm per omnia est eadem causa defensionis,& ex eodem facto ambo sumunt originem,dicit non absurdum

vnius victoriam alteri prodesse. ar. ff. de app. si qui separatim. §. vltimo. & s. de appellationibus, vna sententia per prædi. §. à fideiussore.

QVAESTIO.

Hac de causa sciēdum quod Rayzardus Malumbre disputans hanc quæstionē Paduæ, formabat eā, cùm cōtra duos simul inquirebat, an contra eum, qui occiderat: an contra Io. qui mandauerat & contra vtrūq; fuerat probatum: sed ille Andræas probauit se die maleficij fuisse in loco remoto, vel ꝙ illud fecit ad sui defensionē: Ioā. nil probauit, quærebat an ex actis absoluēdus esset ille Ioā. & quia quæstio in suis etiam terminis in ecclesiastico foro posset occurrere, vt de illa, sicut de scriptis Dyni, habetur copia, illam hîc inseram abbreuiatam.

¶ Pro Ioan. inducuntur. vj. rationes, & totidem contra ipsum. Sed sexta includit plura iura, & vnam glo. tertiò vnum membrum simpliciter soluitur, in alio distinguitur.

¶ Et primo ad partem ꝙ sit absoluendus inducit regulam, imposibilium. & s. eo. nemo potest cum concor. nam probata est impossibilitas illius, qui dicebatur occisor propter loci distantiam in quo erat. C. de con trahen. & cōmit. sti. optimam. ad fi. s. de testi. ex tenore ar. ff. qui & à quibus. l. prospexit. ff. ad Sille. l. j. §. si quis in nulla. & §. cum dñs. & C. ad Sille. l. fi. detecto igitur ꝙ factum occisoris est impossibile, & mādator atten to themate ex eo solo teneri possit: quia ille fuit in loco, & occidit, patet ex impossibilitate primi impossibilitas secundi: ergo erit absoluendus. cùm mandatum iud. vel sententia super impossibili fundari nō possit. ff. qui satisda. cogantur. si decesserit. ff. de pœni. moris. quæ sent. sine ap. re. l. pe. & vide quod scripsi. s. eod. libr. de senten. exc. Romana. ad fi. ¶ Secundò sicut confessio quæ est facti probatio, sumpta super impossibili nō impedit quominus fiat absolutio, vt patet in confesso in iudicio, quod occīdit viuentem. ff. ad leg. Aquiliā, inde Neratius. §. fi. cum l. seq. sic & hîc dato quòd de mād. probatum esset contra Ioan. illa probatio super impossibili fundata non plus nocebit, quam confessio. Facit quod not. ff. de iureiur. sed & si. §. vlt. fiet igitur illius absolutio. ¶ Tertiò per eundē modum inducitur ratio connexitatis, quam etiam ponit thema. & constat quod in connexis, de vno dictum de alio intelligitur. s. de constit. translato. ff. quemadmodum seruit. amit. si communem. in princ. de pac. do. inter socerum. §. cùm inter. cū ergo propter legitimas defensiones absoluendus sit, an ergo & Io. cùm absurdum † sit 3 origine rei sublata imaginem relinqui. C. de Lati. lib. tol. l. j. circa princi. quod videtur sententiam latam pro primo, quæ pro veritate accipitur, sufficere secundo. ar. C. de diuer. rescrip. l. j. nam quot vitium ex vna radice &c. C. de nup. si libertam. & de duobus reis. l. finali. vel, quod tutius est, vt satisfaciat ei quod dicitur. de qua re &c. ipse Ioann. debet absolui. ¶ Quartò certum est quòd absolutio debitoris prodest fideiussori. ff. de iureiurand. l. fina. ad fi. ff. de pac. &

pac.& hæredi.§.fi.sic & in proposito, licet dici posset aliud in contractibus, vbi discernitur principale ab accessorio, & vbi vno soluente liberatur alter.ff.de eo per quem fac.est.l.j.§.si plures.de condi.fur.si pro fure.§. furti.aliud in iur. pœnalibus.vbi vterq; & principalis delinquens, & vbi vno soluente non liberatur alter.ff.ad l.Aquil.Item mela.§.si plures. ¶Quintò, sicut confessio primi valeret contra eum quem fatetur mandatarium, quo ad præsumptionem & iudicium:& de hoc suprà.de confes.c.ij.C.de accu.l.fi.fortius debet illi prodesse defensio istius, per quam patet vterque innocens:tunc quia promptiores sumus ad absoluendum, & quia pœnæ molliendæ, & quia sanctius &c. & quia fauores ampliãtur, iura sunt no.¶Sextò multum videtur facere.l.j.§.fi.ff.de quæstio. nisi si per inquisitionem contra eos, quos crimen confessus dixerat conscios, apparet etiam illum confessum innocẽtem, id sibi prodest.Item facit.ff.de furt.si is qui.§. si tu Titium.& l.si quis proferendum.& ff. de, iur.iur.itẽ apud.§. si iurauerit.In contrarium certum est quod diuersitas causarũ etiam personarũ faciunt rem esse diuersam.ff.de excep.rei.iu di.cùm quæritur.& l.cùm de hoc.& est textus.eod.tit.si cùm vno.sed hoc est vtrunq;:ergo defensio vnius alterum non releuat : hinc est quòd faciens furtum ad mandatum alterius si defenditur, tenetur furti manifesti: mãdans verò nõ.ff.de fur.is qui opẽ. & econtra.delinquid interdum mandans, & non mandatarius.ff.de eo per quem fac.est.l.j.in prin.& C.de furt. si quis seruo.hoc autẽ ideo, quia causæ sunt diuersæ ex quibus mandans & mandatarius obligãtur:ergo concluditur vt.s̄.C.res inter ali.ac.per totum.nam separatorum nõ est eadem ratio.no.C.de do.inter.vi.&vx.si maritus.etiam si dicatur delictum simile.¶Secundò constat homicidium factum, & probatũ etiam mandasse Io. sed si Io.confessus fuisset se mãdasse. An.quòd occideret, absolutè tenetur, licet non mandasset.ff.ad l.Aquil.in de Neratius.ad fi.& de inter ac.l.con fessionibus probationes comparentur.C. quorum.le.ij.& de pœn.qui sententiam concludit.l.quicquid sit. de An. probationibus factis contra Io.standum esse.¶Tertiò sic, quantum facit absolutio, tantum cùm solutione condemnatio.ff.de excep.rei iud.si quis cùm totum.§.plenè.& no. C.ad l.fal.de plag.l.j.sed si ille.A.condemnatus fuisset ad pœnam, hoc non iuuaret illum Io.vt.s̄.dixi, si ergo absolutio ipsius A.non liberat Io.nihilominus inducta pro illo An.ad ipsius defensionem per præ.§. planè. ¶Quartò cùm testes producerentur, & iurauerint super defensione A.nec intenderent ponere de super defensione Io.ergo dictum eorum non iuuat:quia nemo censendus est dicere quod mente non cogitauit.ff.de supel.le.l.Labeo.Idem si id intenderẽt dicere, cùm super eo deponerent non iurati.C.de testi.iur.iur, supra de testi.c. de testibus.& quòd ibi not.in prima glos.¶Quintò licet in absoluendo sit fauor, tamen non minor in puniendis criminibus, quòd pu-

blicam vtilitatem respi.s.de sentent. excommunic.vt famæ. cum concor. ¶Sextò adducitur ad hanc partem ca sus legis, denuntiasse.§.quæritur.ff. de adulter. vbi absolutio adulteræ non tollit crimen adulteri:& tamen idē erat germen vtriusq;.¶Ad idem. ff.de lib.causa,qui vsufr.§.fi.vbi si di co matrem ancillam, & filium seruum natum ex ea, licet pronuncietur matrem esse liberam,non per id filius pronuntiatur liber.facit.C.de lib.causa.l.aui patrem.§.fin.& l.fi.allega.etiam quod not.C.ad l. Cor.de fal.l.j.vbi dicit gl.quòd sententia lata pro muliere accusata de partu sup posito,non prodest partui:quominus adhuc de illo quæratur, an suppositus fuerit:& tamen viriusq; quæstionis idem ger.Item per hoc.C.quibus res indi.non no.l.ij.ff.de ap.afina.de leg.ij.cùm filius.in princ.ff.de inoffi. test.l.circa.& C.eod.tit.cum duobus. & C.de fid.instru.l.ij.& s.de præben. dilecto.in fi.& ibi not.soluendo.ipse R.Y.tenet quod probatio An. quòd ad sui defensionem occidit,non releuat.nam bona fides facientis non excusat malitiam mandatoris: & hoc. per l.de iur.om.iu.si quis idem.§.sed alius. vbi de hoc not, & de eo per quem fac.est l.j.ij.respon.nam voluntas & propositum &c.s.de sen.excō. cùm voluntate.cum concor.Cùm verò probauit An.se fuisse absentem,si iudex testes illos super veritate vtriusque inquisitionis communiter contra vtrunq; se informans recepit,quod potuit, quia latissimum eius officium.ff.de iur.om.iudi.l.j.C. de eden.is apud quem tunc per quas probationes A.absoluitur,absoluetur & Io.ff.de quæstio.l.j.§.fin.Facit.de inoffi.præsi.illicitas.§.veritas.ex fid. &c.si autem ad specialem defensionem A. tantùm recepti sunt testes. tunc Io.non proderunt per iura huius partis,hoc saluo,quòd lucidiores probationes contra ipsum requiruntur de mand. propter præsumptionem prouenientem ex absolutione A.facit.s.de præsump.quia verisimile.s.e.lib.de hæreti.filij.& facit quod no.C.de fal.l.j.de fid.instru.l.ij.Ex titulo autem super defensione forma to sciri poterit, an defensio contingat illum Io.quia si generalis fuit titulus,erunt etiam generalia quæ sequuntur.ff.de iur.& facti igno.l.pen. §.fin.idem si aliâs hoc ex actis præcedentibus vel sequentibus constare poterit.ff.de test.hęredes.§.sed quid. ff.de lega.j.si seruus plurium.§.fi.C. de testa.non codicillum.& quod no. C.de episco.aud.episcopale.Dicit autem quòd si per modum accusationis negotium processisset,non haberet locum prędicta distinctio,vtrum communiter.&c.cùm acta habita inter accusatorem & accusatum,quan tuncunq; generalia.non transcendant personas ipsorum.ff.de public.iudic. inter accusatorem. & de arbi.si cùm dies.§.plenum.

SVMMARIVM.

Filij vel serui contra Ium habens ratum pater vel dominus an obligetur in solidū.

REGVLA IX.



Atū quis habere non pōt q̄rit hic Dy.an hæres possit habere ratū,qđ factū est nomine defuncti? ꝙ non

nō posſit videtur per hanc regulā,at tenta veritate cùm ſit alia perſona: inducit etiam.ff.de bo.poſ.l.iij.§.acquirere.in fin.§.& ff.rem.rat.ha.ſi is cui.& l.bonorū per quas patet quòd bona fid. petitam bonorum poſſeſſionem nomine defuncti, hæres ratam habere non poteſt.¶ In contrarium facit ſi ponderetur fictio, qua eadem perſona cenſetur hæres cum defuncto.ff.de vſuc.l.hæres & in authē.de iu.iu.quod à minori pœna in princ.Item videtur expreſſum quòd poſſit.ff.rem.ra.ha.ſi ſum.§.ſi procu. ſoluit quòd ſi quæratur de eo iur. quod etiam non agnitum tranſmitti ſolet ad hæredes,poteſt ratum habere:vt in.§.ſi procurator.aliàs non poteſt, vt in primis iuribus.Quæritur idem de ſucceſſore prælati, an 1 poſſit ratum habere quod geſtū eſt nomine prædeceſſoris.Diſtinguit an ſit geſtum partis contemplatione,an eccleſiæ, an dubitetur primo caſu non poteſt habere ratū per verba huius regulę,&ſimilia:niſi eo caſu quo eccleſia prēlato ſuccederet:quia tunc ſeruaretur quod dixi proximè in hærede.ſecundo caſu poteſt:cùm duret eccleſia quæ non moritur.xij.q.ij.liberti.ij.ſ.eod.lib.de reſcrip.ſi gratioſè.¶ Idem quando dubitatur:cū præſumendum ſit contemplatione eccleſię geſtum:& ſolum incertum prę lati miniſteriū.ff.de an.le.l.annua.§. vl.de con.& de. l.filio.Item quia quę ſita per prælatum in dubio quæruntur eccleſiæ.in auth.de eccleſia.eod. ti.§.interdicimus.¶ In gl.ponit exempla.ſecundo allegat.v.iura in contrarium.& primò ponit tres ſolutiones, quarum primam reprobat,&demum ſoluit. tertiò ſignat contrarium. de vna.l.& ſoluit:in fin.reuertitur.In j. gl.ibi.l.vlti.incipit ſi filius.& loquitur de credito filioſa.circa patris iuſſum mandatum vel voluntatē,quod poſteà pater ratum habuit.& ibi.l.j. in fauorem parentum inductum eſt Macedonianum.¶ In glo.j.ibi:quantitatem peculij.de hoc hic ſatis per Dyn.per te videas: qui etiam ponit exemplum de.l.ſi ſeruus. ff.de pact. vbi.ſi filius meus nomine ſuo rogauit rem precario ratum habendo non plus teneor quàm prius ſcilicet, de peculio.opinio contra hoc.extra. de.l.ff.quod cum eo.qui in ali.po.l.j. §.ſi ratum etiam.de in rem.verſo.l.j. §.quod ſeruus.& l.ſi res.§.pe.vbi pater† vel dominus ratum habens contractum celebratum à filio vel ſeruo obligatur inſolidum nō peculio tenus.Ponit tamen & impugnat ſolutionem, finaliter diſtinguens.ꝙ aut ratū habet vt pater,aut vt alius,aut dubitatur. Primo caſu tenetur vt in contrarijs:in ſecundo nil operatur ratihabitio,vt i.ff.quòd cùm eo qui in ali.l.fi.§.vlt.quòd in tertio per.§.ſed ſi ego.&per l.ſi ſeruus.ſic alibi diſtinguitur,an tanquā pater,an tanquam alius.ff.de ado.ſi pater.§.ꝙ duos.dicit etiam ꝙ ad prædictam diſtinctionē firmādā bñfac.ff.ſo.ma.ſi verò.§. itē qcqd.& de caſ.pe.l.in hęreditate. in prin.&ibi ſolui dupliciter de quatuor modis,quibꝰ negotiorū geſtori busactio cōpetit.notatis.ff.de ne.ge. pu.§.ſi.qd ergo vide libellos in ſpe. de iu.§.ij.ver.ex p̄dictis,&vide quod dixi ſup gl.ī regula ha.ratihabitonē.

QVAESTIO.

Huic regulæ conueniunt quatuor quæstiones:in quibus,obmissis allegationibus remissiones dabo,& solutiones ponã.Est autẽ prima Dominicalis.xlj.secunda enarrabilis.xliij.papæ.d.Iacobi cañ.boñ.quarta domini Stephani Poloni.¶Prima scilicet,dominicalis q̃rebat an si duo ex tribus delegatis datis simpliciter tertio irrequisito sententiam ferunt, an valeat tertio ratum habente: venerabilis verò quæ fuit etiam Damasij. Prima in res.de consue. propter dec. ad nostram.quærebat de sen.ex.lata. in Boñ. clericum per episcopum an possit haberi rata, ita quòd valeat. tertia domini Ia. quærebat an si religiosus electus sine licentia superioris consensit,& postea administrauit triennium: prælatus suus sibi licentiam dedit,vel ratum factum habuit, an ille possit prælaturam tenere: & hoc hodie expeditur per dec. si religiosus.j.respon.in fin.quia talis consensus non tenet electio ipso iure victa.Quarta domini Stephani quærebat de duobus compromissarijs quorum vnus altero absente eligit illum,in quem certum erat,absentem concessurum, si præsens fuisset,qui etiam postea consensit,vel ratum habuit:quærebat an valeat electio.Fortè quæstio incautè formatur dicẽdo, cùm certum erat,cùm secundum Boethium.Cor hominis sit mobilius omni mobili.& secundum Tulium Tusculana.quæst primo nulla celeritas est quæ possit cùm animi celeritate contendere.&hoc scripsi,de spon.tua nos.super.j.glos.potius ergo verbo verisimilitudinis quàm certitudinis videbatur vtendum:omnes istarum quæstionum allegationes omitto.sed vltra no.hîc,& in regula,ratihabitionem.& in regula,non firmatur. remitto de omnibus & potissimè prima & secunda.ix.q.ij.c.j.vers. satis.de his quæ fiunt à præla.cũ nos. & in spe.de citatione.§.vbi hoc autem.& vers.sequenti.& de sent.prola.§.sequitur.ver.quòd si nulla.& de arbi.ab.§.fi.ver.sed pone lata.vbi de arbitro absente qui ratificat idem tractatum:sed princi.ad ea quæ plenè scripsi post Innocen.de officio.de legat.prudentiam. super si.secundæ glo.vbi inuenies plenè materiam & responsum ad omnia contraria:& vide etiam quod post Innocen.& Compo.scripsi de consue.cùm consuetudinis.post princ.ne tamen prædictorum solutiones desint, sciendum est quòd Bart.simpliciter dixit in primã sententiam,quæ nulla fuit,ratihabitione confirmari non posse.Idem tenuit de secunda, inquantum instans dicebat Tan.sibi respondisse,quòd si lata fuisset sententia nomine Boñ. episcopi ipse Boñ.episcopus poterat eam habere ratam: aliàs non facit hæc regula: sed sibi & Dama. hoc non placet,cùm excommunicatio purè lata aut statim ligat, aut statim est nulla,cùm suam executionem secum trahat,de appel.pastoralis.ad ea in primis.ij.quæst.j.&.iij.quęs.v.hoc quippe.respondent speciale in pœna ad.l.iij.§.filius.ff.rem. ra.ha.respondent quòd sententia cùm simul procuratori lata tenet quo ad illum.ff. de re iu.l.iiij.sed nõ quo ad dominũ.

nisi

nisi ratum habeat, quod potest, vt ibi. ¶ Ad tertiã respondebat Ia. quòd consensus vel ratihabitio superueniens nõ iuuabit electum: quia quod nullum fuit, ratificari non potuit: de elect. auditis. & hoc potissimè in electionibus, vbi spectatur initium: vt ibi: & eodem titul. dudum. ¶ Ad contraria respondebat illa loqui in his quæ à principio tenebant, licet effectum non haberent. ¶ Ad quartam respondebat Stephanus electionem ab vno factam non valuisse: quia cũ potestas duobus traditur, vnus alteri committere non potest: ergo nec ratũ habere: ratio, quia industriæ personæ commissum est. de offi. delega. quoniam. vnde cùm ipsius præsentia desideretur, per ratihabitionem explicari non potest. insti. de auth. tu. §. tutor. ad hanc vltimã facit quæstio quam posui. s. eo. in toto. de his omnibus informaberis. ¶ in remissi. quàm suprà dedi.

Regulæ iur. ciuilis huius literæ. R. sunt hæ.

Venuleius. Lex I.

Regula est, quæ rem quæ est breuiter enarrat: non vt ex regula ius sumatur, sed vt ex iure, quod est, regula fiat. Per regulã igitur breuis rerum narratio traditur: & (vt ait Sabinus) quasi causæ coniectio est, quæ simul cùm in aliquo vitiata est, perdit officium suum.

Vlpianus. Lex CCVII.

Rex iudicata, pro veritate accipitur.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates vltimæ fauorabiliores sunt, quàm contractus.*

2 *Dolo carere non potest, qui obtemperare magistratibus recusat.*

3 *Dolus quàm multis modis præsumatur.*


4 *Indicia non probant, sed comprobant.*

5 *Res qualibet facilè ad sui naturam reuertitur.*

6 *Quædam tacitè licent, quæ non licent expreßè.*

7 *Priuilegio renũtiat, qui spatio xl. annorũ permittit præscribi cõtra suũ priuilegiũ.*

REGVLA XXVII.



SCienti, & cõsentiẽti. Dy. ad quæstionem de compromittẽte in arbitratorem, qui tunc sub pœna promisit non petere, reduci ad arbitrium boni viri: & an sit postea iniquè contra eum sit pronuntiatum, possit id petere sub pœna induc. generalitatem huius regulæ, & leges nemo. ff. eod. tit. Ad partem illã quòd non possit, inducit etiam leges ff. de pact. iuregen. §. sed & si quis. & l. si vnus. §. si illud. vbi valet pactũ quod non agetur depositi, licet indicat tacitam remissionem futuri doli. In contrarium inducit quòd pacta, quorum prætextu quis inuitatur ad peccandum, non tenent. ff. de pac. do. l. cõtrauenire. & l. Pomponius. & de ver. obli. l. si pelagi. sed illud est tale. ergo &c. ¶ Item talia pacta pœnalia ex tacito intellectu reducuntur ad ius cõmune: vt non committatur pœna: sed per promittentem fiat quod ius permittit: vel per stipulantem non fiat. quòd ius percipit. ff. loca: quæro. §. inter locutorẽ: cum ergo hîc tacitè videatur actum. vt de iur. pronun-

Ine culpa.j.gl. ponit exẽpla regulæ & exceptionis: reddit rationem regulæ:& remittit:In glo. j. ibi: si procura. putans arborem in loco quo non erat:item nõ tenetur quia nõ domare tenebatur aliquem, transiturũ.& ibi:sancimus.vide in regula non dicit aliquis.s̃.proxima, in ordine textus. ¶In gloss. j.ibi: tua. quod dic vt ibi scripsi. & ibi de nox. in prin. Dy. ponit exemplum cnm fauore publicæ vtilitatis res aufertur possessori.& datur militi qui virtuosè se habuit. ff. de euic. Lucius.de re. iur.verũ.Item si vulneratus.§.præterea. Item cùm torquetur seruus vel etiã liber testis propter alterius delictum pandendum. ff.qui & à quibus.l.prospexit.ff.de quæstionibus. l. ex libero. sed ibi subest causa: quia facto interfuit.Itẽ culpa quia vacillabat.all.si quod prædictorum deesset,non debet torqueri: & ibi. Item ponit exemplum. per. l. C. de prec. imper.off.l.j.& pro quibus.& ca. secundum præ.liber.acci.l.j. vbi propter laudabilis fidei exemplũ seruus admittititur ad vindicandam necem domini. & pro præmio libertatem consequitur:& sic præsens dominus perdit dominium sine culpa.ad idem ff. de adult. si postulatus fuerit. & quod no.de calum.l.pe.& ibi:nec pœna ad hoc induc.Io.mo.illud Deute. xxv.in prin.ibi:pro mẽsura pacti erit plagarum modus item, vt dicit, pœna dicitur à pendendo id est,soluẽdo debitam per culpam.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad secundũ principale membrũ quęstionis, quam disputaui vt legitimatio superueniens natiuitatem legitimi, sibi non præiudicet:qui non est in culpa. Quia verò quęstio pulchra & vtilis est, illam integram hîc inseram, quam sic proponebam. Acolitus beneficiatus habens.B.filiũ.ex.A.concubina.C.duxit in vxorem: ex qua suscepi.D.fil.promotum

motum ad sacros.demũ vxore mortua in extremis agens cum dicta cõcubina matrimonium contraxit: primò quęritur an ille. B. sit legitimus. secundò dato ꝙ sic,an sibi debeatur hæreditas quam inter legitimos loci consuetudo defert primogenito. Prima quæstio habet tria dubia. Primum an quòd dicitur naturalem legitimari persequens parentum coniugium locum habeat in genito ex clerico in minoribus beneficiato. Secũdum an ibi id locum habeat cum alter parentum interim aliud matrimonium contraxit. Tertium an talis legitimatio fit per matrimonium,in extremis contractum. & sic verbo tenus,sic & nunc in scriptis primò expediam vltimum, secũdò secundum, tertiò primum. Ad negationem antẽ inducam.iij.rationes,& vnam æquitatem,secundò soluam, & solutionẽ, v.rationibus adiuuabo, & contrarijs respondebo. Et quòd matrimoniũ in extremis contractum non legitimet prolem, videtur casus in l.nuper. C. de natura li.quæ dicit matrimonium tunc legitimare prolem,cùm cõtrahitur spe tollendæ sobolis quæ spes hic deficit:ergo &c. ¶Secundò matrimonium consideratum sic ex duplici institutione prima fuit ab ipso deo in statu innocentię,& in paradiso.de voto.c.ij.no.eod.li.per verba protoplausti.hoc nunc os.&c.Geñ. ij.in fi. & hæc institutio fuit ad prolẽ: vnde ibi sequitur,& erũt duo in carne vna, id est,in carne vna procreandũ:& ibi crescite & multiplicamini &c.secũda fuit ab apostolo.& in statu innocentiæ & hoc principaliter ad vitãdum fornicationẽ.j.ad Corin. vij. de vtraque habetur.xxiij.q.ij.§.his ita.sed in eo qui in extremis agit fateri oportet vtrũq; deficere & spem prolis & euitationẽ fornicationis: ergo deficiente causa deficiet & matrimoniũ: & per consequens legitimatio quam inducit matrimonium.vt.s.qui fi.sint le.tanta.& hoc sic formatur:vt,plura sunt substantialia alicuius actus sacramentalis vel nõ.vno deficiẽte deficit totum: patet in baptismo,cuius substãtialia verbum & elementum: altero deficiẽte deficit sacramẽtũ.j.q.j.detrahere. s. de bap.nõ vt apponeres.patet in elec.quo ad substantialia formę scrutinij,de elec.quia propter. &.c.cuncta &,c.Cumana.patet in diffinitiua quo ad substantialia.s.vt feratur descriptio. à iudice sedente & per se recitante, quorum alterum si desit,vitiat sententiam.de re.iud.c.fi. li.eo.cum concor. Itẽ in transactione alimentorũ de tribus queri debet:de causa,de modo,de personis: quorũ alterũ obmissum,ꝙ agitur.ff.de trãsac. cũ hi.§.vlt.glo.oratio,& §.si prætor. cũ cõcor. Ita in proposito cũ tria sunt quæ.August.nota.matrimonij bona. xxvij.q.ij.omne & dec.vlt. de condi. appo.dicit illã substantiã deficiente vno illorum etiam in spe. deficiet matrimonium: ergo & legitimatio. nã etiã in matrimonio deficiẽte substantia & forma vel deficiente altero duorum consensuum in quibus consistit substantia.constat ꝙ deficit matrimonium.s.de spon.tuæ. & cap. tua. ¶Tertiò ad hanc partem induco.lvij.dist.cap. vno. vbi baptismus in morte receptus, irregularitatem inducit

inducit quo ad ordines, quo ad promotionẽ.de pœ.di.vij.si quis positus. vbi August. non vult asserere quod sacramentum pœnitentiæ in morte susceptũ,sit illius efficaciæ cuius est cũ in sanitate suscipitur.&.j. de rap. super eo vbi confesso in morte denegatur officiũ sepulturæ:ex quibus concluditur hic diuersa aliquid fieri in vita,quod non in morte.exẽplum vide.s.de sepul.de his in prima gl.& super ipsa.de off.ord.præsenti.§.porrò.in magna.gl.eo.li.¶Quartò æquitas iuuat hanc partem,qua docemur per experientiam aliquos in morte constitutos cum tali cõtrahere cum qua in sanitate nullo modo contraherent. Item cum tali contrahere in mortis articulo constituta, cum qua tunc sani contracturi non essent.videtur ergo inesse irrisio sacramenti. de pœ.dist.iij.irrisor. ¶In cõtrarium quod pro solutione do, est sciendum quòd super dec.tanta.eo.ti.in prin.sic dicere soleo,& sic scripsi super versi. contractum matrimonium.per hanc literam quæ sic simpliciter loquitur, videtur satis esse quod matrimoniũ sit cõtractum:licet in contractu desit spes prolis,per quod videtur quòd si quis in mortis articulo cõstitutus, contrahit cum illa ex qua filium naturalem habebat,vel contrahit cum illa in mortis articulo constituta, ꝙ legitimata sit proles,licet quidẽ con tra.per.l.nuper. C.de naturali.ibi: spẽ ꝛ tollendæ sobolis:per quod etiam dicunt matrimonium tunc non esse:& attribuitur hoc dictum Iaco.de Are. verius videtur quòd sit matrimoniũ, & legitimata sit proles, & satis est quod sit spes prolis in casum conualescentiæ.Item & sine tali spe, videtur esse matrimonium propter humanitatis solatium.xxvij.q.j. nuper. suprà de fri. quod sedem. & ibi not. nec vitiatur propositum,non habendo prolem nisi deducatur in pactum suprà de condi.appo.cap.fin. & no.de consan.& affi.de infid.non ob,illa litera. spem tollendæ sobol. nam non minus filius propter tollendam ipsius qualitatem & patris potestatem in quàm incidit creari. videtur ad hoc in authen.quibus mo.na.ef.le.§. si quis igitur.& patet in l. nuper. sat. enim.&c.benefacit.xxvj.di.ca.j. & ꝙ ibi non.optimè.facit.s. despon. commissum coadiuuemus hoc dictum in contrarium respondendo allegatis. Primò vide quomodo benefac. præ. dec. commissum. cõstat quòd in illo matrimonio defecit spes prolis,quia non intendebat ad coitum. Itẽ species sacramenti,quia per professionẽ intendebat contrahens cito diuertere.deficiebãt ergo duo bona in specie.& tamẽ tenet matrimoniũ:forti9 ergo tenet vbi deficit alterũ tantũ. ¶Secũdò fortificatur illud per tertiũ bonum fidei.contrahis cum muliere non sperans ibi fidem tori seruare, vel contrahis cum illa quam non speras fidem tori seruaturam: & tamen nullus dubitat ibi esse matrimonium:fateor tamen quod peccat † qui cum meretrice contrahit, quã non credit desinere meretricari: & meretur si credit quod desinat.xxxij. qõ.j.non est.suprà de spon.inter opera. C. de nupt. imperialis.concluditur quòd etiam si omnia tria bona deficiant

deficiant in spe, dummodo hoc non deducatur in pactum, est matrimonium: si matrimonium, ergo &c.

¶Tertiò hoc quod de prole dicitur probatur per.c. Bertam. xcvij. q. ij. constat enim quod fuit matrimonium inter Mariam & Ioseph, & tamen ipsa virgo etiam contrahendo se virginitatem seruaturam disposuit: vt sic iuxta dispositionem animi non erat spes prolis.

¶Quartò vide in baptismo, bonũ baptismi est infusio gratiæ cum remissione peccatorum: sed si fictè baptizetur adultus verum habet baptismum. non potest bonum baptismũ quod tamen habere incipiet postea cum illa fictio à veraci corde recesserit. j. q. j. sicut ficti de con. dist. iiij. tunc valere. suprà de bap. maiores. §. fin. sic iste habet verum sacramentũ matrimonij, sanatus autem ab ægritudine habere poterit spem prolis & prolem. ¶Quintò multum hoc adiuuat: quia licet nil morte certius. vnde eccle. xiiij. q. vij. testamentum huius mundi morte morieris. nil tamen ipsius hora incertius. xiij. q. ij. in ecclesiastico. ff. de condi. & de. l. j. & sæpissimè hoc experimur, sanari pro nosticatos ad mortem, & econtra. de æta. & quali. ad aures. cùm ergo certitudo non impedit matrimonium, aliâs nullum esset matrimonium. ita verò sicut in sanis est dies incertus, fateri oportet perinde ac si fuisset in sanitate cõtractũ: quod sic coadiuuo.

¶Sanatio fit causa mortis quãdoque non instantis, quandoque instantis, si irreuocabiliter datur, censetur in vita donatum. vt eodem titu. vbi. sed hic est contractus irreuocabiliter: quia quos dominus, &c. de trãsla. per totum: ergo perinde habetur factum in periculo mortis instantis & in vita: patet hoc in spirituali matrimonio quod per religionis professionem quæ tenet facta in mortis articulo: & de regula, sicut nobis diuino. propter infirmitatem non sit alienatus à mente. eod. tit. sicut teneor. quo casu fateor quod non teneret carnale. xxxij. q. vij. neque suprà de spon. dilectus. cum concor.

¶Concludimus ergo cum illo generali, quo dicimus edictum de matrimonio prohibitorium certarum personarum, de spõ. cùm apud. in extremis. ergo laborantem non inuenimus prohibitum: ergo dicamus illũ permissum: qui aliâs iurasset cum aliqua contrahere in extremis positus haberet necesse deierare, sed nullus de necessitate peccat. xxiij. q. iiij. Nabugodonosor. ver. vasis iræ. quod aliâs est capitulum.

¶Ad contraria respondetur, nam ad. l. nuper. & ad id quod inducebatur secundò iam responsum est suprà. Ad illa quatuor quæ inducebantur ad fortificationem secundi, facilis est responsio: quia illa loquuntur in substantialibus formæ, quæ si fuerint omissa vitiant quod agitur.

¶Quod autem fortius noceat vitiare formam quàm causam, cólligo per no. xij. q. ij. in summa. Ad illa quæ tertiò inducebantur respõde. Primò ad illud. c. vnicum. l vij. dist. quòd ille baptisatus in morte verũ habet baptismum: sed prorogatiua ordinum, quæ repellit multos, etiam non peccantes

cantes

cantes repellit & istũ sicut neophitum: licet verè sit baptismus. xlviij. dist. per totum. Ad c. si quis. responde per no. eo. tit. in sum. Ad ca. super eo. dic quod ille verum habet sacramentum pœnitentiæ, sed ad aliorum terrorem denegatur officium sepulturæ. vt ibi not. in glo. penult.

¶Ad id quod ex his concludebatur responde: quia illa sunt casualia. nam irregulariter quod licet in vita, & in morte: & dicens cõtrarium, incidit in l. Fusiana canina. qua licebat inuita paupertates libertates dare non in morte honestè sublatam. Institu. de l. Fusia cañ. sublata & C. eo. tit. l. vna. Ad secundum veniens probo per matrimoniũ, quod ponit thema, cùm concubina contractum illum. B. non legitimatur: quia non primum sed aliud fuit inter medium.

¶Quod sic ostendo per tres copiosas rationes. Ad contrarium inducam opi. quam duabus rationibus adiuuabo. tertiò soluam, contrarijs respondebo. Ad primum ius positiuum permittens legitimationem, de qua loquitur, cogitasse videtur de nuptijs quæ post natiuitatẽ filij nullis alijs interpositis sint contractæ: hinc est quod si minor manumittit ancillã, vt nubat alteri, non est libera, etiam si soluto matrimonio nubat manumittenti. ff. qui & à quibus. l. matrimonium. & causam vide: dicit lex quod hoc sermonẽ cùm nupta erit, primæ nup. intelliguntur. ff. de dona. l. si boues. §. j. & dotis promissio de primis nuptijs intelligitur, nec contrahitur ad secundas primo matrimonio contractas cum illo cui promissio facta fuit. ff. de iur. dot. dotis promissio facta. ff. de pact. inter socerum in fi. & deleg. ij. cùm pater certàm. hinc etiam est quòd si iuraui cũ P. muliere contrahere, si primas nup. cum manu contraho: sed cum alia sum periurus: & de periurio puniendus. suprà de spon. sicut his bene cõuenit. de præben. non potest. in fi. nisi dispensatio. de duobus curatis intelligitur. de primis ad idem. C. de vsufruct. antiquitas. vbi nomen hæredis ex causa intelligitur. de primo. ff. de verb. obl. cum qui calendis. ff. de iur. fis. l. edicto. §. cum autem à parte. ff. deleg. iij. fideicommissa. §. si quis. x. & vt lega. causa ca. l. j. §. si cui. ita sub audiamus ergo in potestate legitimationis, si res in eodem statu permanserit. xxij. q. ij. ne quis. de iur. iur. quemadmodum. de solu. cum quis. j. & ij. responso. Solu. sic probo, actus impertinens intermixtus vel vitiat quod agitur, vel impedit extrema coniungi: fortius ergo cõntrarius, vt hic. De primo patet quod vitiat testamentum. quod vno ex contextu fieri dicit. ff. de testa. hæredes. §. palam. in fi. vitiat electionem. de elect. quia propter. &. c. cùm post petitam stipulationem. ff. de verb. oblig. l. j. & l. continuus. in prin. Fortius ergo appareat contrarius cùm plùs appareat voluntas contradicentis verbo vel facto. de simo. sicut tuis. de bapt. maiores. ad fin. nec dicas suprà de sacramento loquitur. nam & verba intermedia baptismum vitiant sacramentum: & fortius contraria. vt not. de condi. dist. iiij. Si non sanctificatur: dicam ergo hîc induci vitium propter coniugem

coniugem intermediam suprà de fil. presby. ex transmissa. de secundo: sci licet quod impediat coniunctionem extremorũ: Sic probo: sponsalia conditionalia, & sequens carnalis copula faciunt matrimonium: sed contrarius cõditionis euentus intermedius impedit coniunctionem horum extremorum. suprà de condi. appo. per tuas. Item locus sacr. intermedius, vel qui nõ seruit, impedit seruitutem. ff. de serui. l. seruitutes. iij. §. fin. de seruit. rust. præ. l. qui sella. §. fi. & not. suprà de obser. ieiu. c. j. sicut locus medius impedit pollutionem. de condi. ecc. vel alta. c. vno. Item interruptio media naturalis vel ciuilis. de quibus. xvj. q. iij. §. hoc quæ suprà de præscrip. illud. & C. de præscrip. xxx. ann. vel xl. cum nõtissimi. §. sed & si quis. impedit extrema coniungi, & oportet nouam præscriptionem inchoari: vt in prædi. §. hoc quæ. in princip. & interpellatur possessio quam habeo per colonum recedentem vel deserentem per intermediam personam, tertij. ff. de acquir. pos. si de eo. §. j. & eodem modo possessio testatoris hę redi. eo. ti. l. cùm solus. in fin. & sic loquitur pię. §. hoc quę. in prin. & quod ibi not. matrimoniũ quod intermedium. per quod videtur pater asserere se nolle naturalem legitimare: etiam si ipso soluto legitimationem impediat, vt sic in huius præiudicialibus vnius electio præiudicet alteri. suprà eo. lib. de posth. c. vno. vt quis. & benefaciat quod notaui de clerico habente literas ad vacaturã, qui contraxit matrimonium. per quod etiam soluto matrimonio gratiam perdit.

de cle. coniu. c. vno. lib. eo. in gl. hinc ergo. ¶ Tertiò ad hanc partem inducitur quod fictio, canonis per quam duo dies pro vno fingit, cessat per cibum vel potum intermediũ ex parte ordinantis vel ordinandi. lxxv. dist. quod à pluribus. de tempo. ord. literas. sic & fictio quæ fingit ius positiuum, matrimoniũ ante natiuitatem contractum impedit per matrimonium intermediũ. maximè cùm iur. fictio non procedat super impossibili. vt not. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. si eius. ad fi. magnæ gl. vel iuri contrario. vt no. ff. de leg. j. talis scriptura ad fin. vltimæ glos. & probatur. ff. de ca. & postli. reuer. in bello. C. de vsuc. factę. si is qui pro emptore. ars enim & fictio iuris positiui habet intimã imitari naturam. insti. de adop. §. minorem. & quia in hoc plenius insistam, in ij. q. non plus hic prosequar.

2 Ex his concluditur † per matrimonium inter medium legitimationẽ impediri. Ad contrarium primò inducitur opin. Gof. & Ho. qui hîc tenent à parte in sum. de fil. presby. Gofr. in ver. quid si quis natus. & Ho. §. ij. in fin. quorum opinio sic iuuatur, constat quod ius positiuum quod iubet per parentum matrimonium legitimari prolem, non distinguit an fuerit matrimonium intermedium vel non: sed hoc solum requirit matrimonium inter parentes secutum. Sed hoc hîc fuit: ergo &c. vbi autem ius non distinguit, nec nobis distinguere licet. xxxj. q. j quod si dormierit. de ma. & obed. solitè. ff. de alea. l. j. §. ꝙ autem. satis ergo sit illi B. quod matrimonium quo tempore contractũ

fuit

fuit inter parentes fieri poterit, nec nocet quod tempore medio fieri nõ potuerit: facit clemen. de præben.si de beneficio.vbi etiam executor,cuius potestas est odiosa, qui primo cõferre potuit, & medio tempore non potuit, beneficio ad papam deuoluto,illud confert:non ob.quod medio tempore non potuerit. Item video quod si infra annũ appellationis prosequendæ fiat compromissum, illo postea deserto, coniunguntur posteriora tempora prioribus. C. de temp. appel.auth.ei tamen.& in clemen.de ap.quãdiu. & hoc etiam est cõmune, vbicunq; præscriptio dormit, vt tempore vacationis schismat. vel hostilitatis.suprà de præscri.c.j.&.c. auditis.&.c.ex trãsmissa. &.c. cùm nobis. sicut etiam contra pupillum præscriptio.xxx.an.C.de præscrip.xxx.an.sicut in rem. C.in quibus ca.l.fi.& contra filiũ fa.C.de anu.exc.l.j.in fi.&.C. de bo.ma.l.j.in fi.nam coniunctionẽ consensus constituti procura. ad constituentem non impedit ipsius procuratoris intermedia contradictio. de procur.licer.lib.eo.sicut nec ecclesia impedit matrimonium spirituale:vt ibi not.sic etiam coniungimus tempus quo post absolutionem suam excõmunicatus agit tempore quo egit ante exceptionem appositam. & de his facimus vnam instantiam.de excep.pia.lib.eo. Item licet contumaciter recedens & appellans per iudicem à quo pars citari non debeat: si tamen appellationem renuntiat citatur vt prius:non obst.conditione intermedia.de do.& contu.eum qui eo. lib.Dicatur ergo quod C. reuolauit ad A.& extremitas ad prin. est reducta.xxv.dist.ab exordio.

¶Secundò, probemus per aliquas leges.& primò per l.potior.ij.respon. ff.quib.mod.pi. vel hypo.sol.vbi si tibi obligaui rem sub conditione, secundò illam obligaui altero pure.

¶Tertiò,si eueniat conditio,tempus conditionis trahitur ad tempus obligationis si ab illo cõtrario actu intermedio. Item soluitur hypotheca vendito pignore de voluntate creditoris.ff.quib.mo.pig.vel hypo. sol. si debitor.§.j.& l.si consenserit. & tamen reintegratur, si res redeat in prioris debitoris dominium.eo.tit.l. voluntate.in vlt.respon. & l. sicut.§. superuacuũ. Item video quod actio rerum amo. inchoata post diuortiũ, reintegrato matrimonio cessat: sed non extinguitur, imò sublato impedimento matrimonij reintegratur. ff.rer.amot.l.reintegrato.& l.vlti.sic econtrà:quia actio de dote non competit cõstante matrimonio,facto diuortio competit:sed reintegrato matrimonio desinit competere, etiam iam inchoata.ff.sol.ma.si mulier diuerterit.& l.pe.§.vxor.facit.ff.de iure do.l.dotem.& l. diuus. Concludamus ergo quod illud ius legitimandi quod habebant parentes antequã alter contraheret, impeditũ pro tempore contractus reuiuiscat impedimento sublato:& sic satis sit in prin. & in fine hoc licuisse.facit.ff. de stat. homi.dominorum:nec noceat tempus medium.ad hoc C.de cur. l. pen.

¶Secundò,teneo cũ Gof.& Host. quod medium matrimoniũ non impediat legitimationem per rationes

secundo

secũdò inductas quibus videtur hoc expressum.in authen.de incest.nupt. §.dubitatum.coll.ij.& si dicā illum legitimatum pro nunc tantũ,nõ pro tunc:solutũ esset quod de fictione in contrarium allegatur tertiò: sed,vt dixi,ibi hoc prosequar in secũda quęstione principali.Item per eundem modũ solutũ esset quod opponebatur de coniunctione extremorũ impedienda per medium impertinens, vel contrarium ad id quod dicebatur de interruptione præscriptionis,vel interpellatione possessionis:respondē ꝙ illa requirunt æstimationem:
3 vnde†præscriptio est acquisitio dominij per continuationem temporis &c.sed in casu nostro constat quòd inter natiuitatem filij & matrimonium non requiritur actuum continuatio.i.quod continuatis actibus secundum coniungatur primo:imò patet contrarium per c.tanta.& per iura quæ allegantur in prima glos.ad id quod dicebatur,ꝙ actus nil pertinens intermixtus vitiat: respõdetur illud verum in his quæ habent fieri vno contextu:vt testamentũ,electio, stipulatio,& similia:& hoc nõ est tale,vt proximè dixi,ad primum quæstionis dubium veniens.

¶Primò pro filio inducam duas cõpiosas rationes:secundò contra eum alias: & duas tales: tertiò ponam opin. quam ratione & æquitate iuuabo:sed contrarium soluam: & in fi.tres præcedẽtes solutiones cõiugã.

¶Primò ergo probabo legitimationem istius.B.per ordinem vel beneficiũ patris non impediri,si concedatur cõcubinatũ expressè permissum, habeo intentum:& ꝙ sit permissus: patet.xxxiiij.dis.§.cõcubina.& duobus.c.sequẽtibus:& si dicas ꝙ ibi sũmitur concubina pro vxore non publicè ducta,vt ibi no.trãsibo ad aliũ arguendi modũ,dicens satis esse hũc concubitum nullo iure prohiberi: quod apertè probari videtur.xxxij. q.iiij.meretrices.ibi:nisi sit in decalogo &c. & est iste bonus modus arguẽdi.xxviij.q.j.iam nunc est.libr.xi de iur.fisc.l.certa forma.in fin.ff.de præuari.l.iij.in fi.imò saltem tacitè permissus videtur.cõstat enim quod gradatim & nõ per saltũ conferendi sunt ordines.xxiij.dist.in.legimus.de cleri.per sal.promo.c.vno.s.de postu. bonę.ij.in fi.ff.de mu.& ho.vt gradatim.& l.honor.§.gerendorum.C. vt dig.or.serue.l.j.& ij.lib.xij.ff.de neg. gest.quæ vtiliter.in prin.sed authen. quomodo oportet episcopos.§.neq; autẽ prohibet habentẽ concubinam promoueri ad sacros:ergo in minoribus habere licebat.Ite constitutiò in sacris prohibetur habere concubinam.xxxiij.dist. habuisse.lxxxj.dist. presbyter.cum sex.c.seq.ad idem de coha.cler.&mu.in.v.primis.c.ergo dicam permissum constituto in minoribus,ad hoc.xv.q.iij.ex eo quem est lex.per.de.testib.ex eo.& s.de præsumptionibus. nonne.cum concordant.sed iste licitè matrimoniũ contrahit,ille non.de cleri.coniu.c.j.& ij.& capit.diuersis.& capit.Ioan.qui cleri.vel vo.c.j.& ij.non obstat autem multomagis.C.de episco.& cleric.& in authenti.de mona.§.si quis autem. quia ibi appellatio lectoris omnes cõstitutos in minoribus com

prehendit, sicut & xxviij. dist. de his. xciij. dist. à subdiacono. Concludam ergo quòd cùm iste B. sit natus ex concubina, quam facit animi destinatio. ff. de contu. l. pen. & ex cōcubina nascuntur naturales, & naturales legitimātur per consequens parentum matrimonium: ergo iste legitimus. Plus dico quòd dato ꝙ volens istum naturalem vocare satis est tamen ad legitimationē. de qua quærimus potuisse coniuges esse tempore coitus. C. de natu. li. cum quis. in prin. & l. nuper. in prin. & inf. de nup. in fi. istius. ergo tales erant vt est probatū: ergo &c. ¶ Secūdò arguā ex fauore prolis & legitimationis. eo. tit. peruenit. & c. ex tenore. C. de ind. vidui. l. ij. ff. de ven. in l. j. §. quāuis. de ritu nup. quod in prouincia fauemus etiam propter matrimonium ipsius dependentis vt puta doti. s. de pig. ex literis. de don. inter virum & vxo. nuper. ff. so. ma. l. j. & l. Caius. eo. ff. de reg. iur. & de iur. do. in ambiguis. dicam ergo quod si certum est istum B. esse legitimū, habeo propositum. si dicas casum dubiū, interpretemur pro prole & legitimatione per iura prędicta? maximè cùm illa. l. dicatur matrimoniū fuisse contractum, vel in prędicta. l. cùm quis. de naturali. in authē. quib. mod. na. effi. s. §. j. & quib. mo. fin. §. si quis igitur. facit. ff. de annu. leg. l. quintus. in fi. & l. liberto. §. filium. in fi. In contrarium si probabiliter concubinatum clerici præcipuè beneficiati iure positiuo expresse damnatū, dicetur filius spurius: & sic non legitimabitur per sequens matrimonium: vt in c. tanta. ij. respon. primum sic probo: æquamus militem armatæ & cœ militiæ: & cœlestem militem vocamus. xj. q. j. Christianis. xxiij. quæ. vlt. reprehensibile. s. de cleri. ægro. c. j. ne cler. vel mo. c. j. conueniunt enim in promotionis principio in medio & in fi. De principio patet quòd vtriusque prærogatiua certos à promotione repellit. de primo patet. C. lib. xij. qui nu. non pos. in quatuor primis legibus, & in respon. se. negociatores ne militi. de secundo. xxv. distin. cum distin. si quando. s. de fil. pref. cum rescript. se. De medio patet, quòd primus non seruiens priuatur stipendijs sicut & secundus. De primo. ff. de re mil. desertorē. §. qui militiæ. & l. qui excubias. & l. pe. C. eod. tit. cum allegatis. lib. xij. de secūdo patet. de cleri. non resi. c. ij. &. c. ex parte. & duobus c. seq. xxxij. distinct. præter hoc. C. de epis. & cler. generaliter. cañ. xvj. qō. j. in fi. etiam conueniunt: quia vtrique exauthorisant. ff. de infa. l. ij. §. ignominiæ. de pœñ. c. ij. eod. libr. si ita est, quod de vno dicitur de alio intelligeretur. iiij. di. deniq;. v. dist. ad eius. de constit. translat. c. ij. ff. ad le. Aquil. illud. C. ad leg. falcid. l. fin. sed primo interdicitur. cōcubinatus. C. de dona. inter virum & vxo. l. ij. vnde nec tenet relictum illi, de qua est suspitio. ff. de testa. mili. l. miles ita. §. mulier. & vt indignæ personæ relictum confiscatur, ff. de his quæ vt indig. Claudius. & l. mulierem: si igitur coitus & concubinatus damnatus, ergo filius spurius. ergo vt suprà.

¶ Secūdò sic. Clerici beneficiati continuè beneficio seruiēdo sanctis ministerijs vacare debēt. xxxj. distin. tenere.

nere.& capit.seq.ergo non debet in-
fici concubinarum libidine,vt dicit
canon.lxxxj.dist.quidam veniens. vt
dicit lex.C.de natura.li.lib.j.Constat
4 † etiam quod tales habere non de-
bent in domo mulieres,nisi quas ca-
non permittit . xxxij.dist.interdixit.
de cohabi.cleri.c.j.C.de episc.& cle-
ric.eum qui.sed concubina dicitur in
domo retenta , puta dicit vna l.alia
dicit indubitato mentis affectu.pri-
ma litera in authen.qui.mo.na.effi.
l.circa prin.secunda qui.mo.nat.effi.
§.si autem.& in authenti.licet.C.de
natu.lib.ad id.xxxij.q.ij.concubinæ.
de probat.per tuas.& not.in.c.tanta.
5 ex quo concluditur clerico† concu-
binatum expresse prohibitum:inde
est quod habens concubinam nō or-
dinatur ad minores.xxxiij.dist.c.j.&
c.laici.In authen.de sanctis epi.§ cle
ricos,& quid instamus argumentis à
parte,omnibus clericis prohibetur.
lxxxj.distin.in omnibus.&.c.quidem
cleri.cum tribus.c.seq.de coha.cleri.
si autem.cum tribus vlt.c.seq.ex qui-
bus concluditur quod in princi.dixi.
Circa solutionem est sciēdum quod
inueni (si scripta sunt vera) docto-
rem legum magnæ authoritatis hāc
secundam partem tenuisse.Ad cuius
demonstrationem ordiebatur ab al-
to.& sic ante l.scriptam non distin-
guebamus in naturalibus filijs legi-
timos,à non legitimis,in authē.qui-
bus mo.natu.effi.leg.§.liceat igitur.
& quib.mod.effi.sui §.palam.& §.il-
lud:quod per ius scriptum posteà di-
stinctum fuit in tres partes , scilicet,
expressam approbationem , expres-
sam reprobationem,& partim reli-

ctum extra expressam iur.approba-
tionem vel reprobationem. De pri-
mo nascuntur naturales & legitimi,
naturales dicti,à coniunctione quæ
est de iure naturali. vt in præ.§.is. &
l.distinct. ius naturale.ff.de iusti . &
iur.l.j.§.ius naturale.& institut . eo-
dem post principium, & vtrobique
6 subditur . Ius† naturale est maris &
fœminæ coniunctio quam nos ma-
trimonium appellamus:hanc expres
sè lex approbat.C.& instit.de nupt.
per totū de talibus filijs.xxxij. quæ-
stio.iiij.c.fina.ff de his qui sunt sui
vel alieni iuris,sunt filij in princip.
Institut.de patria potestate,in prin-
7 cipio De† secundo nascuntur spurij
quasi non purè,sed extra puritatem
iur.naturalis geniti:& hoc quomo-
docunque fit,fœtidus siue per effu-
sam libidinem.In authen.quibus mo
dis.eff.sui §.si quis autem.ff.de sta-
tu hominum.l.vulgo.institu.de nup.
§.pe.siue per incestum vel alium mo
dum prohibitum.Institut.de nupt.§.
sunt & aliæ.& isti nec succedunt,nec
aluntur de iure ciuili:licet secus de
benignitate canonica , de hoc de eo
qui dux.in ma.cùm haberet.isti non
legitimantur per sequens matrimo-
nium.vt in c.tanta.ff.de statu homi-
num . Paulus:& not.de elect.inno-
8 cuit.De tertio† nascuntur naturales
tantùm,sic dicti,quia naturali con-
iunctione producti,sed nō legitimi:
quia iur.dignitatem vel approbatio-
nem non habent.ff.de leg.iij.item le
gato.§.paruī.& l.qui concubinam.in
9 prin.ibi dicitur quòd inter† concubi
nam & vxo.in sola dignitate est dif
ferentia i.non est differentia inspe-

cto iure naturali.viij.dis.quo iure de coniug.lec.c.j.in auth.de mo.§.huic autem.tamen hanc solennitate induxit ius positiuũ,vt sit vnica,& in domo,vt dixi,quęsita non libidinis causa:sed procreandæ prolis.in authen. quib.mo.na.eff.leg.post prin.sed hęc solennitas hoc non approbat:sed nec reprobat,sed tolerat:vnde dicitur.ff. de concu.l.in concubinatu.in fi.quia concubinatus ex.l.nomen assumpsit, extra pœnam leg.est.q.d.non in prohibitione lega.sicut alicubi dicit lex quod non rectè facit hæres qui funerari non sinit,pœna tamẽ in eũ statuta non est.ff.de reli.& sump.fu.at si quis.§.idem Labeo.de his.C.de nat. lib.per totum.ff.de concu.l.naturali. In authen.quib.mo.§ discretus.& §. se.hi sunt quos legitimat sequẽs matrimonium,in authen.quib.mod.legi.§.sancitum.C.de natura.lib.l.cum quis.& l.nuper.&.c.tanta.Concludebat igitur ꝙ cùm talis non sit de hac tertia specie,sed de secunda prohibita,ad quod principaliter inducebat prædi.§.clericos.in authẽ.de sanctis episcopis.ergo non legitimabatur,& certè satis sonaret inæquũ quod inter filios laici & clerici fortè plebani:licet non in sacris deberet esse diuersitas,maximè cum propter tales legitimandos multi à clero recesserunt,contra.d.de elec.cùm ex eo.lib. eo.Tamen vbi nisi nouum aliud statuatur puto & soluendo dico,illum B.legitimatum. Cùm enim decr.tanta.hic dicat per virtutem sequentis matrimonij procedentem prolem legitimari,probato quòd fornicarius coitus & omnis qui fit extra vxorem legitimam sit damnatus,habeo quòd etiam ex damnato coitu natus dummodo coitus tempore parentes coniuges esse potuerint,legitimetur per ipsorum coiugium: quomodo autem probetur simplicem fornicationem esse mortale peccatum vide no. in clemen.de hæret.ad nostram.ver. vij.in j.& ij.glo.fateri etiam oportet matrimonium institutum fuisse ante omnem.l.scriptam,vt dixi,in articulo ægrotantis:& dico quòd matrimonium est de iure naturali,nõ dico inquantum naturale dicitur ex principijs naturæ de necessitate creatũ, sicut moueri sursum naturaliter inest igni,vel graui cadere deorsum: sed sumendo naturale ad quod inclinat natura:& completur mediãte arbitrij libertate:constat enim ꝙ principalis finis matrimonij proles est: proli autem debent parentes nutrimentum & disciplinam : patet,non quòd filius à parentibus educari , & instrui non posset,nisi determinatos & certos parentes haberet,certitudo autem & determinatio est propriè per obligationem viri ad determinatam mulierem quam matrimonium vocamus.¶Item si respicimus secundarium matrimonij finẽ,qui est mutuum obsequium sibi per coniuges in familiaribus impensum rebus,& hoc etiam naturale:sicut enim naturalis ratio suadet cohabitationẽ hominum,quia minus sibi sufficiunt in omnibus,quæ ad vitam pertinent,cuius ratione dicitur homo naturaliter politicus,ita illorũ quibus indigetur ad humanam vitam quędã sunt competentia viris,quædam mulieribus,

vnde

vnde monet natura quòd sit societas viri ad mulierem quæ matrimonium dicitur. vnde etiã philosophus viij.ethi. vbi tractat de amicitia coniugali, dicit quòd homo est animal magis naturaliter coniugale, quàm ciuile politicum. Fornicatio autem & omnis vagus concubitus directè videtur esse contra vitam & educationem prolis, cuius necessaria est cura matris in nutriendo: sed & fortius cura patris in ea instituenda, defendenda & promouenda in bonis interioribus: oportet ergo secundum.l. naturæ ordinatam esse cohabitationem parentum ad tempus non modicùm propter nutrimentum & disciplinam quàm debẽt proli: quod non est nisi per matrimonium. ergo fornicatio & omnis vagus concubitus est contra bonum prolis educandæ: & ideo mortale. nec obst. quin dicas fornicàntem sufficienter prouidere proli circa educationem & disciplinam: quòd illud quod cadit sub determinatione legis, iudicatur secundum id quòd communiter accidit, & non secundum id quod accidere potest. Communiter autem accidit fornicarios diuertere, & vtrunq; educandæ proli non vacare; ergo vt.s̃.patet. ergo.l.diuina. l.naturæ fornicarium coitum damnatum.l.canonica patet in glo. etiam ad quas remisi, vnde dicit.c.non solum.xxxij.q.vij. inter cætera.vij.vitia fornicatio magnum scelus est, & lex ciuilis concubinatum permittẽs est reprobata.xxxij.q.iiij. nemo.& dicit illas.l.iur.ciuili correctas. Inducit in auth.de leno.col.ij.& col.v.scenicas mulieres.&c.& vt non luxu.cõtra naturam.col.vj.& quia castitatis sumus amatores. quib.mod. na. effi.leg.§.illud.& quia certa pacta corrigenda lex sequitur canonẽ. in auth.quomodo oportet episcopos & de ec.ti.& vt cler.ap.propter emp. §.si verò.hîc not.ipse qui si.sint legislator.

10 Concluditur ergo † quòd ex quo dicit canon legitimari illegitimum per parentum coniugium, illud intelligi de suscepto ex damnato coitu, dummodo coitus tempore &c.vt.s̃.dixi.& à parte videtur hic velle lex.insti.de nup.§.si qui primò loquens de legitimatione quæ fit per dationem curiæ, loquitur de naturali, postea subdens de legitimatione per matrimonium, non exprimit de naturali, sed id solùm quòd non fuerit inter parentes matrimonium legibus interdictum. cui concor.præ.l. cùm quis.in princ.C.de natura.li.& per hoc fit responsum ad secundo allegata pro hac parte. Fateor enim coitum damnatum: sed in non sufficit, vt prædixi ad id quod primo allegabatur de milite, dico quòd lex non prouidit in eo contra concubitum, sed contra sponsalia militum. Resumendo igitur hos tres articulos dicam quòd cùm decret. tanta tractet de tantitate & quãtitate virtutis matrimonij, ne illi virtuti detrahatur. Accedat quod no.in cle.de sum.trini. c.vno.in v l.gl.primæ partis, dicã sic, tãta est vis, idest virtus matrimonij, vt qui antea sunt geniti ex quocũq; coitu: quod tamen potuerit esse vxoris, si tunc affuisset consensus postea subsecutus post contractum matrimonij quantũcũq; in alio matrimo-

plo intermedio. Item in sanitate vel in morte dummodo esse debemus in matrimonium legitimi habeantur: saltem ex nunc an extunc in sequenti quæstione dicetur Io. And.

SECVNDA. & principalis quæstio habet tria dubia. principale est. an naturale primo genito, sed letimato post natiuitate legitimi competat. succedere. iur. primogenituræ. Secundum an consuetudo talis præiudicet secundo genito qui clericus est. Tertiũ an inter laicos valeat consuetudo; sed hoc vltimum prosequi non intendo, super quo tamen videri posset quod post Ho. scripsi de voto, licet. Pro legitimato inducã rationes sex. secundo totidẽ contra ipsum. tertiò ponam trium disputantiũ solutionem, & contrariã Bartho. quã approbo cũ certa determinatione per tres dec. & ad contraria copiosè responde-

11 bo. Ad primũ † quòd prius natus licet post legitimatus habeat in successione ius primogenituræ, sic probo, constat illum primum ꝙ nullum habet ante se. de ver. si. Ioseph. ff. e. ti. proximus. & l. proœmi. proœmio. digestorum. §. discipuli. aliàs incipit in reliqua. sed iste reperitur primo natus naturaliter. Item legitimus: & hęc duo concurrũt eo tempore quo defertur hæreditas, & indubitatum est, quòd cessante consuetudine succederet simul cùm alijs. vt in c. tanta. insti. de hæred. ab intes. §. j. in auth. de incest. nup. §. dubitatũ. C. de naturali. auth. si quis cõsuetudo. ergo inter legitimos respic. primogenituram debet in isto prius nato, & legitimo aliquid operari. de priui. in his. e. ti. si papa. li. vj. ff. de leg. si quando. in prin. ad muni. l. j. sicut ergo idem ius de toto quod de parte. de offic. de leg. pastoralis. §. j. de don. inter vir. & vxo. nuper. ff. de rei. ven. quæ de tota. sic ergo si ius communi iur. in totum excluderet personas secundi gradus, qui si. sint leg. c. j. ita quod primogenitus & legitimus in totum excludat secundò genitum iur. consuetudinis, sic ergo ex prioritate & concurrentia duorum tempore debito, & arguendo de parte ad totum. Item de toto animali specie. ad hoc totum cõcluditur pro primò nato. Secundò arguo de proximioritate ad primogenituram: certũ est quòd sicut de iur. ex gradibus diuersis succedit proximior. ff. de suis & le. l. post consanguineos. §. ij. & saluo quod habetur in auth. de hæredi. abintes. §. reliquum. facit. xij. q. j. fuit manifestè. xvj. qõ. vij. filijs. ita hîc de consue. in personis eiusdem gradus succedit primogenitus idest, primo in genitura quod conuenit legi diuinę. Geñ. xxv. & xxvij. de qua. vij. q. j. quam periculosum. & facit præ. dec. licet. de voto. nam vt ibi patet in fi. Ingenitum plurium est ordo & prioritas & posterioritas. ff. de sta. ho. Arethusa. sed certũ est quòd in proximioritate spectatur tempus mortis, vel posterius & non anterius. vt. prę. l. post cõsanguineos. §. proximus. vnde legit. l. j. & l. si duobus. vnde cognati. l. capitis. Inst. de legit. agna. succes. §. proximus. ff. de in ius. rup. te. si quis exhæredo. ij. respõ. ergo primogenitura legitima spectabimus etiã tempus mortis. non enim oportet prius quæri de cõditione eius quãquã hæreditas vel legatum ad eũ pertineat.

pertineat.ff.de leg.ij.non oportet.ad idem.ff.de leg.prę.per contrata.l.interuenit.non suscipiatur,igitur quod prius fuit,sed quod nunc est.l.di.ferrum.s.de rescrip.eam te.& ff.de ædi.edi.quòd ita.ad id.xxxij.q.j.nō enim &.c.non est.quia licet certis casibus inspiciatur tempus testamenti, hic non potest,id dici, cùm sit successio ab intestato. Tertiò sic aliquod retrotrahi procedit non solùm in iudicijs & maleficijs,sed etiam in contractibus.habetur concor.iur.gen. ratihabitionem.eo.ti.in prin patet.C.ad Mace.l.fi.Item & vbi non est contractus, vnde retroducitur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenit.ff.de capti.l.retro. C.quando igitur potestatem legitimationis potestati iur. postliminij.dicam, quòd sicut illud eunuchus persona admouet ius serui tutis per captiuitatem inductæ,facit eiusdem conditionis, ac si nunquam in eodē species seruitutis fuisset.xvj.q.iij.prima actione.ff.de cap.& postli.reuer.l.postliminium.sic & legitimatio istum perindefaciat haberi,ac si illegitimus non fuisset.ff.de iuius. tes.si quis filio.§.pe.& sicut per illud ius posthu.reuersusexcludet secūdogenitos & remotiores. vt præd.l.si quis.§.sed & si pater.ff.de bo.liber.si necē.§.si deportatus.C.de bo.pos.secūdum ta,qui ex liberis.§.j.ita & per legitimationem quæ retrotrahitur: nam constat ipsum naturalem à conceptu,& partu habuisse statum legitimationis implicitū explicitū,&consummatū postmodū in contractu:trahatur ergo cōsummatio ad initium. xxxv.di.ab exordio.ff.qui.po.in pi.ha. potior.ij.respon.de contrahen.empt. nec emptio.ff.de peri.& com.rei.vē. quòd si pendente.aliâs est.§.sub.l.necessario.ff.ad l.fal.fundo legato.nec hoc impedit matrimonium intermedium,vt dictum est in secundo membro primæ quæstionis:& si dicamus retro non erat secundum illud certo tempore naturalis tantùm, & certo naturalis & legitimus quod esset monstrum,vt not.s.de clan. despon. cùm inhibitio.& eadem res sic censetur duplici iur.& contrario contra id.xij.qō.ij.cognouimus.de deci.cùm in tua.ff.de re.permu.l.j.C.de cond.l. fin.Quartò sic arguo, Proles legitima dicitur causa omnis priuilegij,& præcipuitatis quæ doti indulgentur. ff.solu.matri.l.j.de iur.do.l.ij.de priui.l.cre.interest.sed tamen ipsa dotis causa omni tempore præsenti preterito & futuro,sit præcipua & fauorabilis.ff.sol.ma.l.j.facit.s.de pig.ex literis de do.inter.vi.& vx.nuper.quanto magis ergo fauorabilis erit proles omni tēpore,quia propter vnum quodq; &c.sumitur hoc.C.de natura. li.cū quis.sit ergo iste pro omni tempore legitimus:cū hominibus legitimis gaudeat princeps rē publicā frequentari:qui fi.sint le.ex tenore.&.c. fi.& ibi pro vtilitate publica.C.de in di.vidui.l.ij.sicut de ingenuisdicitur. C.de bo.lib.§.fi.& attendi debet tempus quod plus expedit legitimato.vt prę.ti.cùm inter.C.de natur.li.nuper. ad fi. Quintò iudico quòd hoc beneficium est sacramenti & iur.positiui canonici, & ciui. ergo latissimè sumendum.ff.de consti.prin.beneficiū, de ver.sig.olim.de doñ.cùm dilecti.

Item talis legitimatur ad spiritualia: vt not.in c.tanta.& de elect.innotuit.fortius ergo ad primogenituram,cùm spiritualia &c.qui fi.sint le. per venerabilem.xxvj.dist.duo sunt.s. de ma.& obe.illud.&.c.solite. ¶ Sextò & vltimò noster textus apertus, in authen.qui.mod.na.ef.sui. §.reliqui.ibi semel eos efficientes legitimos, damus habere effi.etiam successores illos,etiam quos habent hi qui ab initio legitimi sunt:& ibi.iij. §.illud aliâs.si quis ergo.in fi.vel à legitimis filijs differentes, ad id.ff. de lib.& posthu.l.filio.& C.de consul.l.j.in fi.lib.xij.quarum legum casus.j.patebunt.& per hoc concluditur pro legitimato. In contrarium quod prius legitimo certũ est quod ipsius cœpit esse hæreditas.ad Gala. iiij.si filius,ergo hæres.ff.de libe.& posthum.l.in suis.& primò fuit constitutus in iur.succedendi.insti.de hę re.qua. C. sed sui. nec est hîc fauor ampliandus, quia si fauorem matrimonij inspicimus, hoc est contra prius legitimum,nõ debet ergo concedi posteriori quod denegaretur priori.&c.s.de præben.cùm causam. C.qui po.in pi.l.si.ver.cõceptis.Cùm ergo in duabus dotibus in quibus etiam locum habet fictio. C. de rei. vx.ac.l.vna, circa princ.ex tempore prærogatiua seruetur,vt ibi:ergo.& hoc,ne quod prius legitimè factum fuerat,vel inquisitum, per superuenientem euentum vitietur, vel per datum contra regulam. eodem.titu, factum legitimè.cum concor.nam & habet regula, quòd id quod nostrum est sine nostro facto à nobis euelli non potest.ff.eod.titu.id quod nostrum.primogenitus autem legitimus nil fecit hîc propter quod illud ius successionis sibi debeat deperire,nec pater id facere potuit.primò quia iste non est de casibus illius.§.causas.In auth.vt cùm de ap. cog.notatis.s.de iur.iur.quintauallis. Secundò quia in præiudicium filij ex primo matrimonio non potuit mutare.cùm concor.Tertiò non poterat expressè priuare vel fraudare illum cui competebat ius ex primogenitura,multominus tacitè contrahendo cùm illa olim concubina, de præben. dilecto. Item nec papa nec princeps in alterius graue præiudicium priuilegia concedunt,de consue.cùm olim in fin.ff.ne quid in lo. pu.l.ij.§.si quis.C.de eman.nec auus. Secundò sic probo quod incipit hodie valere,non trahitur retro.de dest pon.impu. c. j. eod.lib.valet ergo vt ex nunc,vt no.in regula,non firmatur.patet hoc insti.de mili.tes.§.penult.ff.eod.titu.quod ab initio.ff.de offi.procon.obseruare in fin.Facit.ff. quæ res pi.ob.pos.l.Titius.& de mili.test. tribunus. Cùm igitur legitimatio, æquipolleat restitutioni, & vtraque ex suo tempore secundum veritatem aliud non tribuat istius attributionis effectus,retro non extenditur, sed inchoat ex tempore suo: ergo prius legitimus, & per id ius primogenituræ adeptus, per legitimationem naturalis, quam ponderamus ex suo tempore non perdit. vt patet in.c.tanta.ibi post contractum matrimonium.in authenti. qui natura.mo.ef.sui.§.illud aliâs si quis

quis ergo.ad finem.& ibi: ex hoc. & glo.exponit tempore,de rescrip.quãuis.libr.eodem.ff.de minor. l. & fine §. sed quod. Pap. de hære. institu. ei quod soluendo.de bo. possef. contra tabu.l. j. §. fina. nec mirum si retro non trahitur. quod legitimatus habere debet,quæ huius apostolicæ docent.In authen.de incef.nup.§.dubitatum. colla. ij. sed non decet quod plus iur.habeat legitimatus, quàm legitimus.in authen.quibus mo. sui. §. si quis ergo. §. & quoniam varie. & §.si quis. authen. ergo &c. ponderamus autem quod deceat: de voto mag. de ele&io. cùm non deceat libr.eodem.

¶ Tertiò sic Sicut nos habemus certos modos vel casus quibus secũdus expectans beneficium ponitur in locum primi,quos not.de præben. quia sæpe.libr.eodem in vltim.gloss. sic legistæ habent certos modos vel casus quibus in successionibus hęreditarijs constitutus in loco secundo in locum prioris adducitur. vt in morte naturali qua primo subducto. &c .vt qui si.sint le.lator.ff.de suis.& leg.l.filius à patre.§.filius.& l. Gallus.In princip. Item morte ciuili. vt deportatione vel damnatione in metallum. vt in l, Gallus. §. quid enim si nepos de his modis.ff. de seruis. & &le.l.j.§.filius.vsque ad.§.post suos. ff.de in ius.de. l. posthumorum: institut.de exhæredi. lib. §. posthumorum. sed modus legitimationis non est de illis per quos seruus adducitur in locum primi. ergo &c.per locum,à sufficienti numeratione partiũ. suprà de institu.c. fi. de postul. bonę enim.in fi. ff. de his qui sui vel ali.iur.sunt.l.j.in princi.de ac. & ob. obligationum: ferè de præto. stipu.l.j.§.j.Institu.de accus.§.actionum.nec arguas à simili,de legitimatione ad casus expressos. quia casus omissus à principe vel impetrãte habetur pro omisso.de rescri. susceptũ. lib.eod.vbi de hoc dixi.super glo.ar. contra & à canone de tempore ordi. dilectus.de senten. excommu.is qui. in fin.j.respon.libr.eod.in clemen.de ele.ne romani.post prin.& c.cõstitutionem.in princip. à testatore. ff. de li.& posthum. commodissimè. ff. de excusa.tu.à pascente.ff.solu.matri. si cùm dotem.in prin.de pac.com.l. fin. & à lege.C.de edi.præ. an. in totum. & quæ sit long.consuetud.l.j.

12 ¶Quattò sic probo constat † quod consuetudo duo requirit coniunctim scilicet,primogenituram, & legitimitatem,sed natus ex concubina nõ est talis, cùm verba sint circa quæstionem voluntatis non admittunt. qui si.sint leg.c.ij.C.delit.præte.l. iij. ff. de lega. iij. ille autem. §. cùm in verbis sed in nato ex vxore. simul concurrit vtrunque.ergo &c. si ergo quærimus quis prior est filius non est dubiũ quòd naturalis:hunc enim natura genuit.licet non honestas cõ iugij.xxxij.q.iiij.c.fin.ff.de adopt.l.j. vnde. & spurium vocamus filium cap. præal. tanta. sed quæritur quis prior naturalis, an legitimus. patet quod seruus.

13 ¶Et si † quæritur quis prior in iur. succedendi, soluit is qui prius illa duo iura natus est ex quibus ius successoris competit, vt sic in hoc

ponderetur ius primogenituræ.xxij. quæstio.ij.§.vlti.in princip.& si vis quod concedam eum censeri à natiuitate legitimum, hoc non est secundum veritatem naturæ, sed secundum dispositionem, vel ciuilitatem: sed constat quòd illum quem excludunt filij secundum naturam: non excludunt filij secundum ciuilitatem.ff. deleg.ij.si ita quis. §. j. de condi. & de.fideicommissum, vnde non est satis ciuiliter fieri de rescript.susceptum.scripsi de hoc.suprà de conuer. coniuga. cùm sis. ad id ff.de verbo.obligatio.ex ea parte. §. in insulam. vbi de hoc. C. de his qui ve.æta.l.fin.

¶Quintò arguo sic, quando quærimus de ordine, & oportet ad alicuius perfectionem duo concurrere, si inter duo perficientia in vno hæc iura simul in altero cōcurrant, prior intelligitur ille medius, quòd inter duo primi sua duo consequitur. hoc patet in rei vendi. & in publiciana. C.de rei vend.l.quoti.ff. de publi. vt siquidam. & hoc tanto fortius, quia actus traditionis erat necessaria sequela contractus:& tamen non trahitur ad contractum:sed hîc non sic, quòd secundus contractus matrimonij fuit ad nudam voluntatem parentum:idem in pignore, si prius im perfectè conueni, posteà cum alio perfectè, demum sequuta est perfectio cum primo & nuntio. vt pr&.l. Titius.ff. quæ res pign.qui po. in pi. ha.l.j.in fi.& l.quod balneum.& l.potior.j.respon.sic est videre multa qua mandatur alicui prouideri,dato executore ad cōferendum sine decreto. præsentatio enim, & executoris inhabitatio afficiunt ita quod collatio ordinarij non tenet, si interpretationem, & inhibitionem ordinarius cōferat, tenet collatio:hæc probantur de concess.præb.si soli.l.ea. ita sponsalia de futuro & copula faciunt matrimonium, sed si inter hæc duo desponsetur alia de præsenti valet intermedium de spon.veniens.&.cap.si inter.de eo.qui cong.cou.per totum. ista verò non procederent vbi primum perficit sine secundo:vt in c. si. de spon.du. vel sufficit. vt ibi.c.si tibi absenti.de præben. eodem lib.beneficium enim ante acceptatā collationem mihi factam non fit meum. sufficit tamen collatio ad impediendū collatorem ante repudiationem vltimi lapsum vt ibi.

¶Sextò ponderanda est, æquitas, quod enim dices de nobilium cōtractura cum eo, cum quo contraxit si primogenitum habuisset ad successionē habilem postmodum primogenitum habuit ex matrimonio. Itē quali periculo illam submittis si naturalis pareat se illa mortua legitimari posse cum iur. primogenituræ, facilè enim venientem vel aliter cōspirabit cùm eius mortem ex quibus cōcluditur pro primo legitimo, id est ex primo matrimonio nato. Ad solutionem quæstionis est sciēdum quod olim hæc quæstio fuit disputata per Gulier. Accursij & tenuit per pr&. §. reliqui inductum.in fin.j.partis legitimatum præferendum, maximè quia consideratur tēpus mortis, Institu.de hære.quæ.§.sui.&.§. in extraneis. sic secundū eū ex pacto olim .vero hodie

die datur actio. C. de re. permu. ex placito.& dicebat quòd.§. illud alle. si quis ergo ad fin. vbi dicit ex hoc nō debet intelligi, scilicet,tempore, vt dicit ibi glossella,sed ex hoc, scilicet,matrimonio & obligatione curiæ,vel alio modo ad legitimandum idoneo. Item modernis temporibus tenuit hoc alius solennis doctor hoc disputās.Idem dicitur tenuisse alter summæ scientiæ doctor in studio Paduano inducens principaliter.l.filio.ff.de libe.& posthu.sed Bar. Brixi. hoc disputans in dominicali. Iv. quæ incipit. ¶Quidam habens filiū tenet contrarium pro legitimo nato ex primo matrimonio,dicēs quod id tenebat. h. nescio si Hugutio vel Hugolitio intēdit:quia per illorum scripta hoc non apparet:& hanc partem teneo:sed tremulus propter illorum authoritatem & reuerentiam qui tenuerunt contrarium. Tamen hanc partem eligo deliberato consilio & responso trium doctorum legum solennissimorum huius studij quos in disputatione nominaui: doctor etiam meus in theologia hanc partem deliberatus prælegit à me consultus. Ad hanc autem solutionem induco tres decre.sexti,scilicet, de rescrip.si pro te.& cap. quāuis. de præbend. si apostolice. & hoc modo dices quod per secundum matrimonium fit in illum naturalis collatio legitimitatis,aut confirmatio,vel restitutio,vel alterius prædictorum fictio.De primo fit casus.in decr.si pro te certum est quod naturalis habet statum conditionatum ad legitimitatem,scilicet si parentes consenserint in matrimonium: & ille, pro quo fuit ibi scriptum, habuit etiam statum conditionatū,scilicet,si consenserint episcopo.&c.& tamen si antequàm veniat ille consensus alius canonicatū in illa ecclesia cōsequitur, postea superueniat ille consensus,ille,secundus in gratia cui conditionē præuenit est.prior & potior,etiam in assecutione præben.pòst vacantis:sic iste,qui primo consecutus est ligitimitatem,erit primo potior,cuius postea legitimitas superuenit: si dicas ꝙ est confirmatio, fit casus in decreta.si apostolicè, vbi si reseruatio legati præcessit,& confirmatio papalis secuta est,tamē post reseruationem, & ante confirmationem alter ibi impetrauità papa,iste medius erit prior. Confirmatio enim; præponit illum solū ius acquirentibus post confirmationē,sic.& hæc legitimatio præponit istum pòst genitus tantùm si dicas quod est restitutio. facit. C. de nata. festi.l. ij.ibi natalibus antiquis restituti.&c.& in authen.qui.mo. na. effi.sui.§.si quis.ergo si prolē naturę voluerit restituere,tunc est casus in dec.quāuis.ibi:restitutio nō præiudicat iuri acquisito alteri ante restitutionē,cui cōuenit.l.ij.ff.de decur. ꝓcedat solutio si de speciali contraria interpretatione vel obseruātia cōsuetudinis quo ad casum ꝓpositū nō apparet:modo est ad cōtraria respōdendū: & primò ad.§. reliqui. & dico ꝙ mēs literæ sonat solùm hîc ꝙ sicut à principio legitimis defertur successio, sic & legitimatis: nec dicit litera quòd cēseantur ab initio, sunt legitimi.vide.s.de ætate.& qualitate multis.

14 multis in fin. subdiaconus † eligitur in episcopum sicut diaconus vel sacerdos, nõ per hoc fingitur diaconus. vel sacerdos vel aliter. illud ibi: iur. repugnãtia nõ impedit talẽ fictionẽ secus vbi impedit. nihil in minus nostris vt ibi dicã. Respondeo ad tertium argumentum. vel dic quòd lex non ponit prærogatiuam in successione ex ordine filiationis: vnde vocatur sicut ab initio legitimus: cùm hodie vterq; naturalis & legitimus nec iur. communicamus. quis prior ꝓcedit solutio & casus prædicti quibus non quærimus de excludendo secundo sed postponendo, faciat ad prædicta quod recitare soleo, de in inte. rest. constitutus. aliter enim iudicamus de temporali pręscriptione, quàm præuidit ius, quam de illa quã non præuidit: puta si inducta sit per consuet. & ibi. vel per conuentionẽ, vt not. ff. de minori. Aemilius, & per eundem modum potest responderi ad. §. si quis. ibi: nihil à legitimis. vel dic quòd nihil differunt vt ex nunc, & in successionibus quæ nondum pro alijs erant effectæ: & si stemus glosellæ. ibi: ex hoc. s. tempore habeo propositum: qui conuenit decr. tanta. ibi: post contractum matrimonium & quod recitare soleo post Host. de elec. innotuit. quòd legitimatio superueniens per parentum coniugiũ, non ratificat electionem prius factã de legitimato Ad. l. ex placito. dico quòd facit pro, cùm ibi consideretur vt ex nunc, quo cõcurrit vtrũque naturale, scilicet, et ciuile.

¶ Ad l. filio. respondetur primò sic, quòd illa lex inducitur pro, nam ibi exhæredatio de naturali emancipato non impeditur per arrogationem: quare dedit in potestatem, vt sic vinculum ciuile non tollat impedimẽtum medij temporis, super naturali iur. fundatum: sic & hoc eius, quod competit naturali, primo legitimo: quod exhæredat illum naturalem tantùm non tollatur propter ciuilitatem vel legitimationem superuenientem. Item illa lex loquitur de filio semper naturali, & legitimo, & à principio in potestate, qui postea iur. legitimo priuatus fuerit per emancipationem. Vnde per adoptionem potius dicitur recuperare ius legitimum amissum, quam de nouo quærere. vt. ff. de pac. si vnus. §. quod si. non tamen impropriè. sic dicitur quod illud in iur. eliso nõ perempto. ff. de sol. qui res. §. aream. vel sic põderata ratione licet ille foret emancipatus: verè tamen, & efficaciter filius quo ad ius exhæredationis saltẽ de iur. prætorio. ff. de inof. tes. Papinianus. §. j. & C. eo. l. ij. Non fuit ergo tantæ potentiæ adoptio vt ita eundem nouũ filium faciat: sicut fieret extraneus, & per id extinguatur ius naturale per ius ciuile. vt sicut facta exhęredatio de nouo filio non nocet illi filio facto. ff. de bo. pos. contra ta. non putauit. §. si quis emancipatum. Item facta de emancipato non noceat adeptione secuta, quia verè filius fuit lex. j. de consulibus. Facit pro in princip. inquantum, ibi; dicitur quod prius dignitatem adeptus legitimitatem. in fine. Facit contra, in quantum ille prior consul, secundo patritiatum adeptus pręfertur

præfertur secundo prius patritiatum adepto: si quæremus secundam lectu ram quæ ibi ponit. glo. negaretur ca sus: & sic non esset respondere necesse: quia faceret pro: si secundum com munem casum prędictũ etiam quem approbat glo. solue quòd ibi ex ordi ne consulatus debebatur magistra tus. facit. ff. de mu. & ho. rescripto. si ergo alibi factum fuerat, ex quo pri mus adeptus est magistratum, meri to præferendus illi cui in adipiscen do præferri debuerat: vel habebat ibi consuetudo consulatus quod ha bet consuetudo multarum ecclesia rum, quòd inter canonicos eiusdem ordinis nõ inspicitur prioritas in or dine, sed in constitutione vel cano nicatu ecclesiæ: sic inspiciebat prio ritas in consulatu tantùm inter ma gistratus habentes, vel dic quòd ca sus ille non conuenit isti. ibi de se hoc de successione, sed ibi ex solo consulatu habebat consul sedem: sed ex magistratu maiorem, hîc ex solis natalibus nil iur. habebat in succes sione: vnde probamus per legem il lam quòd habens purum ius ad ca noniam, licet secundo receptus præ fertur secundo impetrãti, licet prius præcepto vel canonicatum adepto: vt de rescri. ibi: qui. lib. vj. vbi in apo stil. de l. illa mentionem feci & ibi vi deas. Ad aliorum solutionẽ est sciendum quòd logicus habenti asinam cum pullo de quo nunc est sermo Euangelicus in ramis palmarum per fallaciam accidentis probat quòd il la asina est sua iur. & sic ista asina est tua, quod cõceditur. Item est mater, & hoc conceditur propter pullum: concludit ergo coniungendo ista, er go est mater tua ratione. sic faciunt aliqua argumenta contraria: quia di cunt iste est primo natus, & hoc con ceditur. Item est etiam legitimus, & hoc etiam conceditur: coniungunt, ergo est primo natus legitimus. hoc negatur. Licet ergo aliqua prædica re diuisim quæ non licet coniunge re. vt hîc vides ad sensum, quod hoc non sequitur, Ego sum primus cano nicus in ecclesia, & sum sacerdos, er go primus factus sacerdos. Concedo ergo quod dicebatur in primo argu mento, cùm primo natum, sed nõ est primo legitimè natum, quod re quirit consuetudo quæ subdebatur de tempore quo differtur hæredi tas inspiciendo fateor, nisi prius ius non competijsset illi per consue tudinem, saltem ad rem & tale quòd afficit. & impedit patris potestatem, vt dixi in fine quinti argumenti se cundæ partis: & per hoc sit respon sum ad totum secundum argumen tum, excepto ipsius fine, ad quẽm re spondetur quod illud verum in eo dem instanti, aliâs constat quod di uersis temporibus eadem res diuer so iur. censetur, quod subdebatur in primo argumento. quod consuetudo quæ in fin. dicebatur, Idem de toto quod de parte, verum: si eodem. iur. deberetur vtrunque: sed de iur. debe tur pars, quia legitimus de consue tudine totũ, quia primus legitimus. Cum ergo non sit eadẽ vtriusq; &c.

¶ Ad tertium argumentum de re trahendo, respondeo: quod in fictio nibus quæ ad principiũ trahi dicun tur: oportet quod eadem causa, vt ex licen

licentia perseueret: aliàs si ex potestate alia sit emancipata fictio, suam naturā immutat. patet. C. de rei. vxo. act. l. vna. §. videamus. Cùm ergo pro tempore, quo pater habuit legitimā vxorem, & ea filium concubina non potuerit esse vxor: ergo fictio mutabit naturam: & ad id tempus non trahetur. nec enim trahi debet ad tempus quo sequi possit iur. repugnantia. ff. de vsur. si is qui. C. de inoffi. do. l. ij. & de dona. inter vir. & vxo. l. donationes secundum illos qui dicunt quòd non trahitur ad dominiū. Item nec fictio trahitur ad princi. mutata conditione personæ vel quando res posset vitiari. C. de testa. ma. l. j. ff. de testa. mi. si certatum. §. fi. ff. de cap. in bello. §. codicilli. plus videtur quod fictio locū non habeat cum alterius præiudicio, quod sic probatur, vt dixi in fin. argumentorū secundi membri, primæ quæstionis: actio de dote quæ non competit constante matrimonio, facto diuortio competit. & reintegrato matrimonio desinit cōpetere iam inchoato. vt l. si mulier diuertit. ff. sol. matri. & alijs. l. ibi allegatis: sed licet hoc ex fictione, quæ fingitur non diuertisse vel non comperijsse, procedat quando debetur soli mulieri vel mulieri & patri, non tamen procedit quando debebatur extraneo: vt patet. ff. de iur. do. stipulatio. de dote. ff. sol. mat. in insulam. §. fi. in illius enim præiudicium non procedet illa fictio: licet ergo quoad parentes contrahentes & ipsum filium procedere posit fictio, non tamen quoad præiudicium primogeniti legitimi habentis efficax ius ad rem, vt dixi. Si ergo poneremus patrem habentē legitimos vxore mortua, ex concubina habuisse filium cum qua postea contrahit, hîc nulla iur. repugnātia, vel alterius præiudicium impedit fictionem ad principium trahi. & sic etiam procederet. §. reliqui. vt suprà dixi ad id quod dicitur proli fauorem deberi. Fateor, sed non contra aliam prolem, ad perimendum ipsius ius: sicut nec priuilegiamus dotem contra dotem, vt dixi in primo argumento secundæ partis ad vltimum quod de beneficio dicebatur: dico quod nedum sacramentum baptismi quod maius est, tollit ius actionis vel exceptionis alteri competens: vt not. xvj. di. demum. xxviij. q. j. si quis. & de diuor. quanto. in vlti. glos. beneficia ergo licet ita largè interpretemur, non tamen sic largè, quod alterius ius perimant: tamen quod sic aliquid cōferant: istud autem multùm confert quod honoribus fingitur legitimus, cessante consuetudine in parte succedit. Item deficiente illo primogenito, ad alios eum sequentes primogenituræ Plus casus est, Quia legitimatur naturalis, non succedit in feudo, & sic beneficium non recepimus latissimè. iij. lib. feu. si feu. contro. su. c. naturales. so. cum dicere in. c. tanta id loqui. de legitimato per matrimoniū, sed per principis beneficium in quo id non exprimitur: vt ibi not. tales autem dispēsationes natalium sunt odiosæ: & cōstrictam habent interpretationem. de fil. presb. c. j. lib. eod. & super hoc vide quod plenè scripsi. in c. lator super. j. glos. Quia in præcedenti articu

articulo mihi ipsi videre oportet prolixius hûc vltimum, quod qui est an posito quod clericus sit ille secundogenitus, & alter habet ius primogeniture, an sibi præiudicet, consuetudo breuiter expediam. Et contra clericum inducam quatuor: secundò pro ipso alia quatuor, & opinionem: tertiò datur solutio: soluitur opinio per quam contrarijs respondetur.

¶ Et quòd præiudicet videtur per g. legum expeditum. quærunt enim glos. ff. de legi. de quibus. C. quæ sit lon. con. l. j. an consuetudo, quòd monachus non succedat extendatur ad regulam, canonicũ. ponunt ergo gl. illæ pro indubitata consuetudine illam non solùm clericis, sed & monachis præiudicare. ad id. glo. vlti. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccle. licet communiter nõ approbetur. secũdò constat quod liber vsus feudorum iuxta quod verbum sonat. ff. consuetudines feudorum. quod cùm per illas consuetudines clericus non solùm non succedit in feudo: sed etiam illud perdit per clericatũ: vt de vas. qui ar. bel. depo. c. vno. si de feu. contro. fue. c. qui clericus. de beneficio fœminæ. c. vno. in fin. qui an mutus vel aliàs imperfectus. c. vno. & sic patet per has gloss. & casus per tales consuetudines clericis præiudicari.

¶ Tertiò suadet quòd hîc est æqualitatis ratio: cùm enim ipsi tales consuetudines recipiant pro se, tenentur illas accipere contra se. de vi. & hone. cleri. c. fi. cum concor. præcipuè cùm consuetudo talis super æquitate fundetur, scilicet patrimonia anihilẽtur. Facit quod post Host. scripsi de voto. c. licet. facit. supià de præben. maioribus de pig. ex literis. de conces. præb. ver. iiij. lib. eod. ff. de exercita. ne in plures. & appetit res publica subiectos fore locupletes in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. coll. ij. si ergo fatemur consuetudinẽ æquam: fateamur etiã quod ipsius virtus ligat priuilegiatos: scilicet clericos, sicut priuilegiatos minores & pupillos. vnde conductor, quia possessor, ad tributa tenetur, & non dominus. ff. de vsur. attenus. & de impensis in rebus dotalibus factis, neque stipendium. C. de an noñ. & l. j. li. x. de agri. & cen. litibus. §. hoc redditibus. & de coll. fine pa. omnes. lib. xj. sed cõsuetudo quod domini teneantur & non possessores, ligat etiam minores: vt patet. ff. de admi. tu. sine hærede. §. Lucius. Itẽ probent decre. ex eo. de elect. coniuncta. cum decre. vlt. de consue. eo. lib. cùm ergo consuetudo detrahat singulorum patrimonijs. ff. communis præ: vẽdito. §. si constat. patet etiã in successione feu. inter laicos. si de feu. cõtro. fue. c. mulier. & c. si filij. & de matrimonio ad anorga. cõtracto. c. vno. fateamur ꝙ huic clerico prçiudicet in portione sibi aliàs de iure debita. nam videmus quod priuilegium Anglicis concessum prodest clericis. de foro compe. dilecti. Sic & consuetudo eos ligabit, cùm in iure ista æquiparemus. ix. q. iij. conquestus. de offic. ord. duo simul. de iud. nouit. ver. non enim. cum concord. Item videmus quod de iudicato in foro ecclesiastico excipitur in seculari: & ecõuerso. de excep.

de excep.c.ij.lib.eod.

Multa exempla de virtute consue tudinis scripsi de consue.c. fin. super glos.& quam.

¶Quartò, probatur hoc etiam ab originis principio vt dicamus quod est eadem origo ipsarum eadem sit ratio. Facit de cler.peregri.c.j.de deci.ex parte.ij. & cap. cùm in tua successione. patet. C.de liber.præteri.l. finali.de legibus hæred. libro xij.instit.de hæred.liber.§. nostra. delicti. ag.tu.§. cæterum. & §. sequentibus. Sed constat quod B. & C. ambo nati sunt laici & nudi.xlvij.di.sicut vnde. nec clericatus confertur infanti vel illiterato.de tempo.ord.c.fi. lib. eod. ipsum ergo in necessitate sua: & prius, si fas est sic loqui, ligauerat consuetudo quæ primogenito detulerat ius primogenituræ quo sibi debebatur bona.etiam patre inuito, vt dictum est in primo membro clericatus:ergo subsequẽs illud ius prius quæsitum primogenito auferre non potuit: sicut nec abstulit baptismus: vt dictum fuit in proximo membro in fin.& sic de his concluditur contra clericum. In contrarium pro clerico allegatur æquiparatio: scilicet ad cõsuetudinem.ff.de legi.l. de quibus. Si ita est quod lex non ligat nisi subditos,de sent.exc.à nobis.de pœn. & remis.quod autem.de constit.c. ij. eod.lib. & iij. l. cunctos populos. in principio.C.de summa trin.ergo nec consuetudo ligabit non subditos. Constat autem quod alius est clerus quàm populus.de præben.c.j. de ver. signifi.ex parte.de sent.excõ.quod si sententia.lib.eod. inde est quod plebiscita olim non ligauerunt nobiles. ff.de origi.iur.l.ij. §. deinde. de iure natu.gen.& ciui.§.plebiscitum. Item

16 nec statuta vel consuetudines populi ligant hodie clericos qui nobiles sunt.C.vt nemo.præ.l. ij. & quomodo militibus æquantur. satis dixi.s. in tertiò membro primę quæstionis.

¶Secundò clerici sunt maiora statuta:ergo minorum vel consuetudines illos non ligant.xxj.dist.inferior. de maioritate & obedientia,cùm inferior. Item etiam spontè non possunt clerici se subijcere. vide laicorum.de.fo.compe.si diligenti.lib.eo. titu.significasti.

¶Tertiò pro clerico faciunt textus.xcvj.dist.bene quidem.de consti. ecclesiæ sanctæ Mariæ. &. c. quæ in ecclesiarum.de re.eccle. non aliæ. c. si.hoc de l.vel constitutione. de con-

17 suetudine patet, quod ex quo onerosa est ecclesijs vel clericis non tenetur de consuetudine.c.j. &. c. cùm inter.de iudi.clerici.& de re iud.cùm causa.ec.C.de sacrosan.eccle.authen. cassa.& maximè in terminis quęstionis.quibus loquitur de constituto in sacris qui à statu clericali non potest diuertere,de electio cùm ex eo. eod. lib. Sint ergo immunes à lucratiuorum inscriptionibus. C. de sacrosan. eccle.l.penultima.


¶Quartò negatur verũ esse quod allegabatur. primò hanc consuetudinem esse rationabilem: imò iniqua & irrationabilis videtur quæ aufert alteri quod sibi debetur, de consuetidine. c. penul. & filios, qui non habita prioritatis ratione dicit ęqualiter patri succedere: vt dixi in proximo

ximo membro.in fo. contrariorum facit summè inçquales: vt l.alteri to tum.alteri nihil debeatur,contra id xvj.q.vij.c.j.Item priuat istum legitima,quod pater expresse nõ posset, de testamen.Raynu.&.c.Raynal.ergo dato quòd valeat inter laicos,& inter eos de facto seruetur, non tamen noceat clericis:& hanc partem tenet Iac.de Ra.vt notat Cy.C.quæ sit longa cõsuetudo.l.ij.in fi.loquendo in communi.de consuetudine.& Host.in summa de consuetudine.§. fi.Sed pone qđ post eũ scripsi de for. cõpe.postulasti.ad fi.magnæ glo.Sed puto in terminis quæstionis cõsuetudinẽ clerico præiudicare per alleg.in prima parte.& maximè in fi. Coadiuuatur hîc quia aliàs consuetudo in illis partibus nõ procederet propter remedium fraudis paratæ.Secundogenito circa clericatum suscipiendũ: & damnosum munus esset primogenito,si nobiliorem quotam hæreditatis sibi per primogenituram non solum debitæ sed affectæ partis vnius vel plurium clericatum admittetur: tales autem fraudes non amplectimur.de diuor.quanto.in fi.cum contcor.ff.de rei vend.cùm in fundo.hoc etiam coadiuuat,quia sic se habet in partibus illis nisi viget interpretata. ff.de consuet.quæ optimè etiam interpretatur legem de consue.cũ dilectus.ff.de lega.si interpretatione.sed est sciendum ꝙ opi.Host.& Iac.posita in fi.partis contrariæ nihilominus vera est extra terminos nostros, quãdo,scilicet,quæritur de præiudicio quod inchoaret consuetudo in iam clericum, per quod dici posset quòd si vera esset in articulo proximo opinio contraria: scilicet quòd legitimatus haberet ius primogenituræ cùm tempore huius iur.quæsiti ille tam esset in sacris,vt ponit thema,sibi non præiudicaret consuetudo:& per hunc modum soluẽdi sunt concordia contraria.Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Vsucapere an possimus ignorantes.*
2 *Præscriptio quæ exigat antè, quàm sit completa.*
3 *Dominium alicuius rei insolidum eodem tempore acquiri à duobus, an sit possibile.*
4 *Præscriptio quæ nam nunquam currat absenti.*
5 *Possidenti ciuiliter intra quot annos præscribatur.*
6 *Interdictum, vti possidetis, cui detur.*
7 *Actor quomodo ex reo fit.*
8 *Reus fauorabiliores esse debemus, & quare.*

REGVLA III.



Ine possessione præscriptio non procedit. Exponit Dy.j.non inchoatur,licet quandoq; inchoata sine possessione continetur.nam hæreditas iacens non possidetur.ff.si quis ex testamẽ. lib.&c.l.j.§.Sceuola.& tamen vsucapit.ff.de vsuc.l.cœptũ.& l.nunquam. §.vacuũ.& l.iusto.§.nondũ adire.satis instat ad hoc finaliter dicẽs,quòd possessio,quã habuit defunctus,apta est continuari in hærede,qui est ea-

de pœna iure ficto. ff. de vsuc. l. heres. si non sit per aliū occupata: tūc enim impediretur prædicta continuatio. ff. de acquir. pos. Pomponius. §. quæsitum. & de vsuc. l. possessio testatoris. si verò per alium occupata nō est per contumaciā debet haberi. arg. ff. de testa. l. filius. ff. ex quib. cau. ma. cū miles. circa princip. hoc pro hærede. l. ij. §. filium. & ideo procedit præscriptio.

¶ Prima glo. dicit vnde sumpta: & ponit & specificat exempla: secundò de multiplici possessiōe remittitur. Tertiò, qualis possessio in præscriptione requiratur. Quartò quę possessio debet esse continua: Quintò de quasi possessione. Vltima gl. pręmissa ratione regulę ponit duas op. legales, quas soluit: vltimò obijcit, de decre. contingit. & tripliciter soluit.

¶ In j. glo. ibi: sine possessione. ergo non procedit vsucapio.

¶ In glo. ij. ibi. l. iij. vide in sequenti gloss.

1 ¶ In gl. iij. ibi. l. ij. in † peduliaribus receptum est: vt ignorantes vsucapiamus. & idem. §. scelus. & ibi: seruus clam facit qui æstimare debet quæstionem sibi mortuam hoc non æstimet non stultus & cætera. & ibi: quamuis. vide in c. contingit. in iiij. glo. & ibi: lege vna. vide in c. is qui. statim allegato in glo. ij. ¶ In glos. j. ibi ciuilis possessio. prolixè tractat

2 hîc Dy. quod ad præscriptionem † requiritur ciuilis & naturalis possessio, vel ciuilis tantū, scilicet, quæ animo retinetur: sed naturalis tantū sufficit, nisi alius ciuiliter possidet, quòd sufficiat ciuilis, probat per. ll. dicentes quòd absens quem constat solam ciuilē animo retinere, possidet quo ad continuādam vsucapionem. ff. de furto. l. serui & filij. l. vlti. de diuer. & præ. temp. pręscrip. l. in accessione. de acquir. pos. l. j. §. per seruum qui in fuga. addit quòd sola naturalis non sufficiat. ff. de acquir. re. do. l. acquiritur. §. vlti. de exhiben. l. Celsus. §. Iulianus. & de acquir. pos. l. j. §. per eum. sequitur hoc etiam necessariò secundū eum, ex quo ponimus ciuiliter possidentem præscribere, vt probatū est nam si diceremus idem de possidente, naturaliter sequeretur iure impossibile, quòd duo alicuius rei domi-

3 nium † insolidū eodem tempore acquirerēt, quod esse nō potest. ff. commo. si vt certo. §. si duobus. & de cast. pecu. l. hæreditate. §. pater. & de reg. iur. ꝙ contra. §. viij. duo. sed opponitur ꝙ secundū hæc contra absentem non curret præscriptio quę nō currit contra possidentē. C. de præscri. xxx. ann. l. ij. Item tempus non est modus perdēdę possessionis. ff. qui. mod. vsus

4 fru. l. mulieri. ergo † cōtra absentem ciuilem possessionē animo retinentem nunquam curret præscriptio. Respondet quòd licet tēpus non sit modus perdendę possessionis, est tamen modus inducēdi obliuionem, & obliuio est modus inducendi dispositionē animi, & dispositio animi est modus perdendæ possessionis, vt leg. & not. de vsuc. l. furtum. §. fundi. si ergo

5 ciuiliter † possidēs neglexit naturalem possessionē per x. anno. vel vltrà, illa negligentia priuat illum possessione ciuili, sicut negligentia in adipiscenda vel recuperanda possessione

ſione inducit amiſsionem ciuilem. ff.de acquir.poſſeſ.ſi ideò.§.ſi fortè: Concludit ergo contra ciuiliter poſſidentem præſcriptionẽ non inchoari duabus rationibus ſupradictis:inchoabitur autem ex quo ciuilẽ perdiderit,vt eſt dictum:& dicit quòd gl.in l.j.C.de ſer.fugi.noluit hoc dicere:ſed non plenè.

¶ Propter prædicta verò incidenter tractauit aliam quæſtionem.an ſint duæ poſſeſsiones ſpecie differentes,an vna tantùm diuerſificata per accidentia,quam plenè proſequatur: tenet autem opin.Ioã.quòd ſint duæ per l.ff.de acquir. poſſeſ.l.iij.§.Nerua filius.& pro hærede.l.ij.§. quod vulgò.& in ſi.idem Dyn.qui de hoc formauit obiectionem ad vltimum. aliàs.ff.ſi ſeruit.vend.ſi quis diuturno.& de aqua plu.arcen.l.j. §. denique.& l.ij.in princip. de ſeruitu. & & aqua lege, prima, & ſecunda. de præſcriptio. long.tempo. lege vlti. 7
6 dat etiam ſimile.de † interdicto vti poſſ.quod non datur niſi poſsidenti. ff.vti poſſ. l.j.§.interdum.& tamen ſicut datur pro tuenda natura poſſeſſione rei corporalis immobilis, ita datur pro quaſi poſſeſsione tuenda rei incorporalis:quæ de numero immobilium reputatur.ff.de ſerui.l.penul.ſi ſeruitus ven.lege,ſicuti.§.Ariſto.j.vti poſ.l.fin.¶ In gl.vltima ibi: ſex.lex idem Dy.& ibi:ſolutio.idem dicit hîc Dy.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem quã diſputaui poſt Io.de mõte Murlo quam ſic propoſui,Ioanni diœceſano epiſcopo petenti quartam decimarũ opponit eccleſia præſcrip.quæritur quis habet probare. ¶ Pro epiſcopo duo allegauit diſputans quæ fortifico:ſecundò contra ipſum alle. quatuor:quæ etiã fortifico.iij.ponitur ſolutio diſputantis.oſtẽditur difficultas ſolutionis,ponuntur euidentialia, datur ſolutio diſtinguens, & contrarijs reſpondens.¶ Quòd eccleſiæ excipiẽti incumbat probatio,ſic arguo,Certum eſt petitionem epiſcopi circa quartã fundatam eſſe iure communi.x.q.iij.viuo.ff.de off.or. conquerente.s.de præſcrip.de quarta.de deci.quoniam.&.c.dudum.habet ergo probare ipſius aduerſarius c.diſt.contra morem.¶ Item præſumptio facit etiam pro epiſcopo, quòd legi diligens fuerit in exigendo :& quòd non tractauerat pecunias ſuas. ff.de proba.cùm de indebito. de ſol. c.fina.ergo probet eccleſia ſolut.ſic reus + in excipiendo quo ad onus probandi ſit actor.ff.de proba.in exceptionibus.C.eodem.l.j. de excep. pia.lib.eo.& habet probare etiam ſi excipiat negatiuè.de renun.ſuper eo. hæc proba. [illegible]

¶ Tertiò de teſti.cum literis,de his quæ ſi.à præla.quanto.& generaliter allegans præſcriptionem habet illam probare,eo.tit.veniens.&.c.cũ olim. &.c.auditis.de cauſa poſ.cum eccleſia.ſicut.& allegans conſue.de conſue.cũ dilectus.& ſi eccleſia probare nõ poteſt,hoc nocere non debet epiſcopo,qui probauit:ſed dicetur eccleſiæ deficere nõ ius ſed probatio ſecũdũ Ioã.de mon.¶ Fortificatur primũ ſic.Si ius cõmune,& præſumptio quæ

licet per se transfert probationem in aduersariū nō negantem, vt. j. probabitur, fortius vtruq; coniunctū facit. de rest. spo. audita. de pur. ca. inter. Itē si prædicta transferūt probationem, fortius impediunt, ne ex vi negatiuę transferatur probatio in episcopum, cū plus si trāsferre, & minus impedire. ad hoc. xv. q. j. c. si. de iureiu. quēadmodum. Secundū fortifica per not. post. Inno. & Host. de accu. super his. vbi tenet quòd excipiens contra electum in tali negatiua, quæ probari non potest, per hoc non transfert in ipsum onus probādi, vbi videas: & ꝙ talis negatiua nō transferat, probat. l. cùm de indebito. & decre. is qui. in præal. sic inductæ. Certum est ꝙ repetens indebitum, quod soluit, habet necesse probare quòd fuit non debitum: sed hîc, si nunquā fuit debitum, impossibile est probari aliter, quàm per confessionem aduersarij: quod patet & dicere solutionem. vt lit. nō conte. quoniam super vlti. glo. de rescrip. nonnulli & c. ex parte. iij. nō tamen per hoc transfertur probatio in aduersarium. ad idem de priuil. cùm personæ. eo. lib. c. iij. vbi probat allegans præscriptionem & consuetu. & negatiuā scilicet, quod nō subest episcopo: & ꝙ non requisiuit episcopus consiliū capi. satisfacit ad idem. C. de fun. pri. l. fin. ad fi. li. xj. vbi allegatur præscriptio xl. an. in canone nō soluto quā approbat allegans ibi xl. an. possessio, testatur ad idē. C. de serui. l. fi: vbi allegatur præscriptio xx. an. contra non vtente seruitute: ex quibus concluditur quòd probet excipiēs. Quòd probet episcopus, sic ostēditur, dicēs habet probare, non is qui negat. ff. de proba. l. ij. C. e. actor. vj. q. fi. si actor. & est virtus puræ negatiuæ trāsferre probationē in aduersariū. no. de elec. bone. etiam si huic negatiuè aduersetur iudex: vt patet de probatio. quoniā contra. Secūdò probatur per l. plures. C. de fi. instru. cuius consilium aliâs esset inutile scilicet, quod datur domino scilicet de recipiēdo instrumēto solutionis sibi factæ à colono vel emphyteota, ne cōtra ipsum, allegetur xxx. an. præscriptio in nō soluendo: at si deberet. l. cum all. talem pręscriptionem propter negatiuā, quæ modò nō habeat necesse probare contrarium, ne succumbat. Tertiò quia inutiliter emanasset. de decr. de præscrip. de quarta, quę dicit hanc quartam pręscrip. hoc esset quod præscribens haberet probare, & probare nō posset: nec valet si dicis ꝙ probare poterit per positionem de confessione. c. j. lib. eod. quia adhuc illud ius non emanauerat.

8 Quartò † iuuent clericos, quia rei sunt fauorabiliores, & pūgnant pro libertate. s. de probat. ex literis. de re iud. c. fi. secundum Ioā. demo. Fortificat primū, quod not. accusatur. C. de num. pec. l. ij. scilicet, negatiuam purām probatam hoc ipso, quod non probat contrarium. Ad secundum optimè facit suprà, de test. significauit. ver. consultus. producenti testes in casu publicationis quòd de requisitione aduersarij, confici faciat publicum instrumentum, ac si apparentibus attestationibus, si negaret aduersarius se citatū, producēti incūbit probatio. habeat igitur instrumētum ad id

ad id quod facit,quòd lex debet esse inutilis,& de verbo tantùm,nec impossibilis.iiij.dist.erit autem.s̄.eo.li. de elect.commissa.§.porrò.C.communia deleg.l.ij.in fi.ex quibus concluditur,quòd episcopo cōpetit probatio ¶Secundò si non allegatur titulus obtinet episcopus,licet nil probet: si verò allegat ecclesia ti.præscriptionem,puta confessionem episcopi,sine consensu capituli:vel confessionem papæ in communi forma: vel alium sufficientem,vel probat se alijs hanc quartam soluisse spatio.xl. an. vel hanc quartam aliàs petitam ab episcopo,& denegatam:vel filiæ, per quod apparet ecclesiam fuisse in possessione:& sic præscripsisse:& tūc succūbet episcopus,nisi probet possessionem,&interruptionem per pręc.auditis.& per plures.l.&.C.de non nu.pec.si ex cautione.&.l.asseueratio.& iura quæ dicunt quòd probat negans,loquuntur quando præsumptio est contra ipsum,quæ debēt probare ipsum,qui præscriptionem obijcit,loquuntur in affirmatiua,secundum Io.de Mon.mihi videtur quòd huius quæstionis solutio sedeat tremula inter duas fortes cōtraias ęquitates.Si enim dicimus episcopum debere probare,sequitur quòd succumbet,nisi probet:quod videtur iniquissimum scilicet,quod ex sola verbali allegatione præsbyteri nil probantis,succumbat episcopus,cuius petitionem fundat ius commune:& formaliter est impossibile solutionem probare,licet facta fuerit propter famam episcopatus mortuam vel mutatam,vt est moris:vel incendiū palatij si extabant instrumenta vel hijs similia.Et discutiat quisq; qua conscientia potest iudex hîc ecclesiā absoluere:&super quo fundetur hęc absolutio.In contrarium si dicamus ecclesiam debere probare, sequitur ꝙ succūbet,si non probet.sed fingamus ꝙ ecclesia verè præscripsit non soluendo,nec existat aliquis modus probandi hîc:quia nec fuit interpellata, nec alteri soluit:quia cōscientia condemnamus ecclesiā:quæ non reperitur in aliqua culpa:cùm istud sit tale negatiuū in quo durante pręscriptione ad nil tenebatur ecclesia idest,nō occurrit ꝙ aliquo modo circa hoc sibi debuit vel potuit prouidere:quia nec instrumēta nec testes poterat rogare.Nam & si singulis diebus præscriptionis rogasset notos vel testes super solutione non facta, alijs horis eorundem dierum soluisse potuerat,& fatuè fecisset,episcopum interpellando propter quæ dubius sum in casu.& puto sic fuisse prædictum per do.Io.quod satis collegio ex verbis solutionis.Ad declarationem tamen dicendorū est sciendum ꝙ circa negatiuā facti principaliter duo quæruntur,licet plura incidenter.Primò an debeat probari,secundò an possit probari.Ad primum vtriusq; iur.doctores concordant ꝙ negatiua probari non debet nisi in casibus.Primò quando præsumptio est cōtra negantem,inducunt Inno.in dec.cùm in iure.de offic.dele.& alij decre.vnica.vt eccl.bene.de succes.ab intesta.c.fi.de proba.post cessionem.C.de codicil.l. nec codicillos.de donatio.inter virū & vxo.lib.ij.de iureiu.si non conuitij

de fica.l.j.ſolutio ſecundum legiſtas in generibus delictis.C.de aboli.l.fal laciter.in fin.ſed mixti legiſtæ ideſt, qui viderunt ſcripta iuris noſtri intelligunt illam.l.de infamatis:& hoc placet.vj.quæſtio.vlti.&.§.vlt.¶Tertiò quando probatur negatiua per ſacramentum ex commiſsione iuris vel iudicis exempla ſecundum leges patent.C.de his qui ad.ecc.confu.prę ſenti. vltra medium.cum ſuis concor.de teſtibus,præſentium.& ca.de pœ.de ſenten.excommu.ſi verò de le.vt circa.&.c.nulli.lib.eod.cum ſi. ¶Quartò quando negatur vera ſcriptura vel probatio actoris,ſuprà de teſti.ex tenore.C.de conſti.prin.optimam.Circa ſecundum quo quæritur an poſsit probari,reſpondetur quòd non:niſi cùm reſoluitur in affirmationem vel æquiualentem,de renuntiatio.ſuper hoc. ff. ad l.Aquil.inde Neratius.§.finali. vel cùm includitur aliquod affirmatiuum, quo probato probatur negatiua. qui accuſa. poſſunt.capi.finali. ff. de his qui ſui vel alie.iur.ſunt.l.filium.& bene facit quod not. eod. titu.præſumitur. Item quando habet determinationem.vt præ.decre.ex tenore.&.l.optimam.Item quando propter determinationem vel coarctationem cadit intellectui teſtis,vel ſubiacet inſpectioni oculorum, quo caſu probari poteſt, etiam directè, vt ſatis ſcripſi in dec.bone.de ele.ſuper gloſ. negatiuè.Ex his videtur concludendum iuxta prius dicta quòd cùm ius & præſumptio ſit contra negantem probare debuerat eccleſia: ſed iura adhuc inducta ſuprà,verſicu.primò, quando loquuntur in negatiua,quæ poteſt probari, vbi patet per ſingula exempla ipſorum iurium:& ſic etiam reſponſum ad alia iura ſuperius inducta in princip.Propter quod ſoluendo dico,quòd aut allegat eccleſia conſuetudinem generalem in loco, aut ſpecialem ſuam præſcriptionem. Primò caſu probet eccleſia quòd aliæ eccleſiæ loci non ſoluunt hanc quartam,quo probato per clericos & rectores eccleſiarum loci qui ſuo negatiuo facto ad iſtius commodum deponere potuerunt, tuta erit:niſi contrariam conſuetudinem huius eccleſiæ probet epiſcopus per decre.vlti.de offi.Archi.&.c.qui nuper. ſcripſi,& ſic intelligo.ff.de publica.l.ſi putamus.in fi.&.l.latitatio. §.earum.vt ſi conſuetudo eſſet quòd de libris vel pannis ſericis non ſoluatur vectigal.Secundo caſu an eccleſia allegat præſcriptionem nomine alieno,puta alicuius epiſcopi cui ſoluit quartam: quo caſu prohibet papa affirmatiuam: ad hoc de præſcript. cùm ex officij.& ſic loquitur dec. cùm perſonæ ſcilicet, non ſum tibi ſubiectus,quia ſum alteri immediatus.Aut proprio,tunc aut all.præ ſcrip.xl.an.aut tanti temporis cuius initij non eſt memoria: vel contrarij:ſi.xl. tantùm probet titulum qui præceſſerit inchoatam præſcriptionem, quo probato transfertur onus in epiſcopum: ex hac præſumptione qui negatiuè,& fortius ſi cùm titulo probaret ad negationē. Secundo caſu probet, & ſi non titulum, ad quod non aſtringitur, ſaltem communem opinionem & famam,iuxta ea,quæ

ea,quæ not.supra eodem.lib.de præscrip.c.j.& vlti.glos.& in spe.de proba.§.j.ad fin.quo probato transfertur in episcopum onus probandi, vt suprà.facit.eod.lib.de præsump.quia verisimile.de hæredi.filij.& tunc vtilis est episcopo apol.solutionis,vt in l.plures.& in decre. significauit.vel loquitur decre.in actis iudicialibus, in quibus negatiua transfertur,vt in decre.quoniam contra.& sic intelligo.l.si ex cautione & asseueratio.C. de non nume.pecu.vt scilicet,non ex vi negatiuè tantùm,sed quæ ex præsumpt.qua debitores egentes consueuerunt se sic obligare sub spe futuræ numerationis,transferatur probatio in creditores:nec multum in hoc grauatur episcopus,cui satis erit probare semel infrà.xl.ann.in primo casu, vel à tempore cuius non est memoria. In secundo quartam fuisse solutam,& sic tempeietur æquitas suprà, pro episcopo.allega.de præscript.illud.&.c.auditis.si verò neutrum istorum.&.c.auditis.in altera dictarum præscriptionem probet ecclesia:& si probaret quartam petitam & denegatam,ex quo titulum in prima vel in communem opinionem in secunda non probet,succumbet,diœcesano etiam nil probante:si tamen esset talis præscriptio quæ non requireret titulũ,posset ecclesia probare quòd non soluit per positionem negatiuam,si confiteretur ipsam episcopus. de confes. c. j .suprà,eodem.lib.per quam decre. satis posset attentari, quòd sola negatiua nõ trãsfert onus probandi, si probari non potest per negantem : aliàs non video quare fuisset necessaria vel vtilis prouisio illius iuris noui, ex quo aduersarius sit negãs,haberet necesse probare; concurreret verò præsumptione.secus,vt dixi,posset etiam probare per libros rationis, si super his existant, & ita probantur apud nos aliqui non soluisse decimas papales, & eo casu intelligo præ.l.fin. C. de fun.pat.debent enim illi collectores libros habere per quos solutorum rationem reddant:&per illos probari poterunt soluta & non soluta:& facit quod dixi de proba.quoniam contra.super si. vlti.gloss.Per modum autem decre. tertiò non puto negatiuam casus nostri posse probari. nam illa loquitur de accu.alienationis quæ non potest expediri nisi per tractatum & deliberationem collegij. illi ergo qui fuerunt etiam de necessitate in illo tractatu,bene possunt probare quòd fuit ibi tractatum & confirmatum affirmatiuum fuerit vel negatiuum. Sed solutio quarte episcopalis est actus,qui per solum prelatum vel dispensatorem ecclesię sine scientia vel tractatu capituli potest fieri licitè,& sic longè diuersus : & sic etiam respondetur ad dec.cùm literis & decr. quanto. in dec.iij.de consue:li.e.negatiua probatur per affirmatos actus quibus coarctata bene cadit in intellectũ testium qui pro opere ponũtur exercitiui,illorũ actuũ capitulo non vocato,nec consulto per episcopum expediuntur:per hoc sic distincta & addita puto singula cõtraria partim concordata & partim fore soluta.

¶ Regulæ iur. ciuilis siue digestorum huius literæ.S.sunt hæ.

Vlpianus. Lex IX.
Semper in obscuris, quod minimum est sequimur.

Paulus. Lex X.
Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

Pomponius. Lex XIX.
Si filiusfa. sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit: deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

Vlpianus. Lex XXXV.
Semper in stipulationibus, & cæteris contractibus id sequimur, quod actũ est. Vnde si non apparet per quid actum est: consequẽs erit, vt id sequamur, quod in regione, in qua id actum est, frequentatur: Quid ergo si neq; regionis mos appareat, quia varius fuit. Ad id quod minimum est, redigenda summa est.

Pomponius. Lex CXLII.
Sicuti in pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.

Caius. Lex LVII.
Semper in dubijs benigniora præferenda sunt.

Idem. Lex LXI.
Semper, qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur: Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione.
¶Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil nocere quominus, & reus & fideiussor teneantur.

Vlpianus. Lex CV.
Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: proponenda est causa æstimationis. Vbi autem æquiparentur famosa iudicia: etsi summam disparem habeant, pro paribus tamen accipienda sunt.

Paulus. Lex CXVI.
¶Si quis obligatione liberatus sit, potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri.

Vlpianus. Lex CXLII.
¶Si nemo subijt hæreditatem, omne ius testamenti soluitur.

Celsus. Lex CXLVIII.
¶Si quis prægnantem vxorẽ reliquit non videtur sine liberis decessisse.

Modestinus. Lex CLVIII.
¶Semper in conuentionibus non solum, quod liceat considerandum est, sed quod honestum sit.

Caius. Lex CXC.
Semper specialia generalibus insunt.

Vlpianus. Lex CCIX.
Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

Paulus. Lex XIX.
Seruus reipublicæ causa abesse non potest.

Vlpianus. Lex XLV.
Sub litera . t . sequitur hæc regula, Toties in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo.

SVMMARIVM.

1 *Vtile nõ debet p inutile vitiari. L.uni.nu.2.*
3 *Rescripti pars an poßit approbari, & reliqua impugnari. & nu.4.7.*
5 *Vitiosa coniunctio, sæpe totum improbat.*
6 *Excõmunicati consuetudo & usus, num iure prohibeatur?*

REGVLA XXXVII.



Tile nō debet.¶ Prima gloss. ponit exempla, secundò vltra tria exē pla alleg. ad hanc partē broc.xxij.iura: ad par- 2 tem contrariam alleg. x. ponit solutiones Bar. Brixi.demum plenius soluit, respondens ad solutionis contraria.¶ In j.glo.ibi:si ex falsis. loquitur cùm translatio habeat plura capitula & vnum solùm decisum est per falsa instrumenta:& ibi: si prætor.j. declaratur.& ibi:facilis. vt quia mancipia sunt coniuges vel parentes & liberi vel fratres, vel iumenta sunt paria, vel est triga vel quadriga, hæc volūt illę leges.& ibi.l.plenè.in prin. si testator legatum mihi factum in alium transtulit, mihi non debetur, etiam si ille capax non sit: & ibi. §. sed si mihi stipulor Pāphilum inutilis adiectio non vitiat vtilem.& ibi; quæ extrinsecus adiecta stipulationē non vitiant.vt si stipulanti. respond. Arma virúmq; cano.spondeo. & ibi. § ij.donatio facta coniugi extraneo, si est inseparabilis rerum vel personarum causa valet tota:si separabilis cætera valent dicta.cū coniugi non valet.¶ In glo.j.ibi non tenet.Dy.ponit exempla per.l.si duobus.§.hęres. super.j.vbi debetur legatū, ad quod præstantum dānatus est hęres & non hæres:& ibi: vsuræ immixtæ sorti. & ibi:Pedius.aliâs incipit, parū refert. & ibi:regulariter.idem Accur.in prę. l.Pedius.sed dicebat.Dyn. solutione non sufficere, nisi ad casum suum exceptorum specialis ratio reddatur.& ibi inseparabilia.idem.Ioan.mo. hic. & ibi. cùm frater à præ.l. Pedius. & ibi:& integra vicino.sed in l. Pedius. non fiebat insolidū compromissum: quia tunc secus, vt in l.se.sed cùm ita Dy.distinguebat tres casus: nā quādoque† concurrunt ad confirmationem vnius actus, quorum vnum est vtile, alterum inutile:& tunc si vnū per se sufficeret, valet quod agitur. vt l.prę.quod cum fal.tu.& si vtrunque requiritur non valet.vt in l. Pedius.¶ Secundus casus quando vnum solum est factum ex pluribus commistum, quorum alterum vtile, alterum inutile,& tunc locum habet distinctio de separabili ad inseparabile. ¶ Tertius casus quādo plures sunt actus quorum prorsus distantes & separatim quorum secundus accidere videtur ad reuocationem primi. tūc secundus omnino inutilis non tollit primum: si verò aliquid vtilitatis licet non perfectè contineat, tollit primum.ff.si cer. pe.l.certi conditio. §. quoniam.Insti.qui mo.tol.ob.§.præterea.ff.de leg.j.si seruus legatus.§.si seruus. de iniust. rup. te. l. ij. de his quibus.vt in l. cùm quidam.de lega. j.l.planè.in prin.& de adimen.le.l.legatum. §. patri.& l.licet dicit autem quòd tres.l.vltimæ allegatæ videntur solutionē destruere:sed non destruunt, quia ademptio legati, quæ per eas inducitur, poterat vtiliter pcedere separatim sine translatione: & eodem modo respondetur ad.l. Iulianus.§.minor. ff. de fun. instruc. secundum Dyn.hanc materiam Cynus prosequitur.in l. sancimus. C. de donatio. vbi etiam ponit, dictum Iacobi de Aret. quod fuit tale, Aut

vtile causatur ab inutili, & tunc vitiatur. ff.de verbo. oblig.l.j.§. si quis ita.& de fideiuss.l.cũ lex.&.c.de legi. nou dubium. fallit secundum eum, qui quando primum est inutile in respectu ciuilis vinculi,sed vtile respectu naturalis. C. de contra. stip.l. nuda.de pac. si pacto, aut causatur inutile & trahitur ad vtile.ff.de contraben.emp.l.fundum.& sic potest loqui.ff.de doñ.inter vir.& vx.si sponsus.§ generaliter. quod verum, nisi expresse per.l.ꝓhiberetur.ff. de vsur. vsuras. aut vice mutua vnum est alterius causa:& tunc vitiatur vtrunque.vt in le.Pedius & ff.fam.herc. in hoc iudicio.aut neutrum est alterius causa, & tunc non vitiatur vtile, si separati potest:si separari non potest vitiatur,sed agẽti culpa possit ascribi. Inducitur. §. Item quæritur.& §. Trebatius. ad secundum casum obstat.s̄.eodem libro.de electio.si confirmationem. propter quod temperari potest illud:deinde quòd trahitur inutile ad vtile supplendo,vel saltem vtile non vitiatur vt ibi.

QVAESTIO.

Huic regulæ conuenit. quæstio.d. Francij. de Cinglo. episcopi Circeñ. quam prosequitur abbreuiando, & erat talis A.& B.litigantes in curia super receptione testium vtriusque rescriptum impetrauerunt ad partes coram receptore opponit A.testes B. recipi non debere, cùm rescriptum pro ipsius parte sit nullum: quia excommunicatus erat, maiori tempore datur excommunicatio. quæritur an hoc probato rescriptum ex toto valeat,vel ex parte illius A. tantùm, an verò in nullo valeat.

